CONSTITUTIONES MEDIOLANENSIS DOMINII CURANTE ILL.MO COMITE...

Milano, Gabriele Verri, Pius Antonius Mognus Fossatus, ...

Digitized by Google

Nuytz Sost.° avv.° gen.le
nel R. Senato di Torino

B° 11. 2. 25

Digitized by Google

9147
2.10

Digitized by Google



Digitized by Google

N 9147

CONSTITUTIONES
MEDIOLANENSIS DOMINII

CURANTE

ILL.MO COMITE GABRIELE VERRO

Ex LX. Mediolani Decurionibus, ex Patrio quoque Nobb. J. PP.
Collegio; Sacri Militaris Ordinis S. Stephani
Equite Commendatario;
Regio-Ducali Senatore, & in Supremo Rerum Italicarum Concilio
Regente emerito.

JAM PRIMUM

PRODOMO DE ORTU, ET PROGRESSU
JURIS MEDIOLANENSIS
AB EO ILLUSTRATÆ,
ET DECRETIS, ET SENATUS-CONSULTIS AUCTÆ;

NUNC VERO

UBERIORI DECRETORUM,
ET SENATUS-CONSULTORUM NUMERO,
OPPORTUNISQUE ADNOTATIONIBUS

AB EGREGIO J. C., ET ADVOCATO

PIO ANTONIO MOGNO FOSSATO

MEDIOLANENSIS ATHENÆI CONSOCIO

PUBLICÆ UTILITATI
SUMMO STUDIO ACCOMMODATÆ.

MEDIOLANI M.DCC.LXIV.
EX TYPOGRAPHIA JOSEPHI MARELLI.
SUPERIORUM PERMISSU.

Digitized by Google

Digitized by Google



ILL.MO ET EXCELL.MO VIRO
J. C. C. MARCHIONI
D. JOHANNI CONRADO DE OLIVERA
S. R. I. A. M.
MARIÆ THERESIÆ
REGINÆ HUNGARIÆ, BOHEMIÆ &c. &c. &c.
AC MEDIOLANI DUCIS &c.
A PENITIORIBUS ACTUALIBUS CONSILIIS
ET MEDIOLANENSIS SENATUS PRÆSIDI.

PIUS ANTONIUS MOGNUS FOSSATUS

F.

TVæ veteri, perpetuæque in me benignitati, & benevolentiæ ILLUSTRISSIME, ET EXCELLENTISSIME PRÆSES *jamdiu reſpondere cupiebam perenni quoppiam monumento, quod gratiſ-*

a ſimum

ſimum meum, officioſiſſimumque erga Te animum omni poſteritati teſtaretur: atque hæc meditanti viſum eſt mei me poſſe voti denique compotem fieri, ſi Nomini Tuo ampliſſimo legales haſce lucubrationes meas inſcriberem, dedicaremque.

Terrebat, fateor, dignitatis Tuæ altitudo, & verebar ne tenue munus non ſatis obſequii, officiique mei magnitudinem declararet: illud etiam metuebam, ne mihimet nimium ſumere viderer, hunc Te talem Virum operi meo Patronum deligens, ſed animum erexit ſumma humanitas, qua me quidem ſemper indulgentius amplexus es; itaque confido hoc qualecumque obſervantiæ meæ argumentum Tibi non ingratum fore.

Manet enim animo, manebitque profecto ſemper dulciſſima illius ætatis recordatio, cum una ſimul Juriſprudentiæ Candidati operam daremus, diſciplina uſi præſtantiſſimi tum Advocati, nunc autem ampliſſimi Senatoris, & Regentis emeriti Marchionis Don Ca-

roli

Digitized by Google

roli Mariæ Cavalli; in Teque jam tum quotquot ejus domum frequentabamus, juvenilem vixdum ætatem adepto virilem quandam prudentiam conſpiciebamus, admirati præterea eximium Tuum, & excellens ingenium, quo difficilia quæque, atque aſpera, quæ quotidie in Legalibus occurrunt, primo ſtatim diſpiciebas obtutu, facillimeque explanabas, rectam quandam, & legitimam tranſigendi, decidendique rationem ſtatuens. Quæ facilitas, præſtantiaque ingenii cum ſumma prudentia, & conſilio, cumque tot animi, mentiſque virtutibus conjuncta faciebat, ut intelligeremus jam tum, quæ Te munia expectarent, quove honorum, & graduum eſſes progreſſurus.

Neque vero noſtra nos fefellit de Te concepta opinio, namque celeriter in graviſſimum iſthuc, & ubique terrarum illuſtre Juris Conſultorum Collegium cooptatus, florente adhuc juventa Præfecturam Urbis conſecutus es, quod munus tanta prudentiâ, vigilantiâ, curâque explevisti, ut dici vix poſ-

Digitized by Google

ſit. Nactus enim difficillimum, & alieniſſimum illud tempus, quo bellum atrox incubabat Inſubriæ, cum jam Gallorum, jam Fœderatorum armis omnia tenerentur, tantum obtinuiſti conſilio, conſtantia, atque ea, quæ ſtatim vel exteris hominibus explorata fuit, atque comperta, ſapientiæ, & æquitatis laude, ut jura Civitatis, ut ajunt, ſarta tecta, & ab omni detrimento conſervarentur. Quid autem prædicam, qua diligentia, quave fide effeceris, ut, quo tempore bellum tam magnum, tantiſque exercitibus geſtum late omnia exhauriebat, non ſolum annona non deficeret, ſed rerum omnium copia moderato admodum pretio redundaret? Quid vero illud? tantam quietem in provincia militibus, armis, cædibus plena, tantam, inquam, quietem fuiſſe, ut neque ulla perturbatio, aut ſtrepitus ſubnaſceretur domi, neque militaris licentia quemquam uſque offenderet, neque feritatis imagine, & exemplo popularium animi afflarentur? Itaque & tum Te omnes divino quodam conſilio

Pa-

Digitized by Google

Patriæ Patrem in tempore datum agnoverunt, Tuaque illa Urbis Præfectura etiamnum in oculis, animiſque eſt omnium Civium.

Quo tanta cum laude ſapientiæ munere perfunctus, tum Menſæ S. Ambroſii gubernatione donatus, Quæſtorque poſtmodum Extraordinarii Magiſtratus, deinde vero Cameralis factus, quas omnes provincias ſumma omnium commendatione geſſiſti, cum ad Aulam Viennenſem Tui parta jam nominis claritas perveniſſet, cumque non eſſet obſcurum, qua vi mentis valeres cum ad civilia, tum ad politica quæque negotia gerenda, ſalutatus es Senator, Viennamque evocatus, ut in Supremo rerum Italicarum Conſilio Regens ſederes. Et vero ſediſti, ſed non multorum menſium ſpatio; namque exercitata cominus virtus Tua, primiſque conſiliis ſtatim cognita, majorem Te famâ, majorique dignum munere comprobavit. Quare ita ad nos celeriter rediiſti, ut deſtinatum jam Tibi Senatus Præſidis munus Reginæ, *Auguſtæque judicio*

gra-

Digitized by Google

graviſſimo referres, ſimul ac ejus vacatio dignitatis eſſet oblata. Non dicam quo plauſu, quibuſque gratulationibus Patria AUGUSTISSIMÆ *erga Te munificentiam exceperit. Illud certè fuit omnium judicium, neminem deligi ſapientius potuiſſe, qui ſuccederet Anteceſſori Tuo Comiti Don Carolo Pertuſato, illi inquam ſummo, admirabiliſque ſapientiæ Viro: itaque lætabantur, cum de Te publicæ utilitatis, felicitatiſque ſpem maximam omnes præciperent, imo certiſſime hæc ſibi quiſque beneficia polliceretur.*

Collatum munus Te exercente, omnia comprobaſſe eventum conſpeximus. Vidimus enim, quotidieque videmus qua conſtantia, quove ſtudio Regiis juribus defendendis excubas; qua inſiſtas curâ, uti qui Judices præſunt, integritati, juſtitiæque ſerviant, omneſque nec muneri ſuo deſint, & ſanctè recteque ſatisfaciant. Quid vero non efficis, ut, quem debent, exitum habeant cauſæ, liteſque infinitæ, quæ cum naturâ ſuâ ſolent eſſe impeditiſſimæ, tum

ſive

ſive Clientium, ſive Forenſium petitionibus, declinationibuſque expoſitæ ſunt morarum, ſatietatiſque pleniſſimæ? Qua quidem in re utinam apud omnes valerent ſemper Tua conſilia, quæ a controverſiis, ac diſſidiis unumquemque dehortantur, & impendia, ſumptus, fraudeſque præcavent. Quamobrem etiam Te excitante, cohortanteque Sanctiones illæ ſanctiſſimæ identidem propoſitæ, promulgatæque ſunt, quæ non ſolum in Urbe homines aperte nequam in officio contineant, legitimiſque pœnis afficiant, ſed etiam vafre callidos legibus, judiciis, æquitatique inſidiantes, & abuſus, dolos, corruptelaſque vel in ipſo Foro miſcentes deterreant, quo fit, ut innocentia Te Patronum habeat, ne injuriâ, calumniiſque obruatur, ſcelus autem vindicem, ne impune audeat.

Hæc Te ſpectant præſidentem Senatui, advigilantemque juſtitiæ; namque politicas res adminiſtrantem admirati ſumus, cum & Senatus Præſidis, & Magni Cancellarii munus una ſimul obeun-

obeuntem, vidimus non levi intervallo temporis ſummam omnium rerum gubernantem tanta ſapientiæ, prudentiæ, diligentiæque cum laude, quantam graviſſimum Cæſareo-Regium Diploma honorificentiſſimis de Tua illa adminiſtratione verbis comprobavit.

Qua tanta mentis, animique virtute, tot autem, tamque magnis honorum muneribus cumulatus gloriari merito potes, niſi Tua ſumma eſſet moderatio, & modeſtia, ſed, inquam, potes merito gloriari nomini, atque celebritati Tuorum Te Majorum reſpondiſſe, qui literis, Juriſprudentiâ, rebus præclare geſtis, & titulis, ac dignitatibus præſtantiſſimam famam, nomenque Hiſtoriis commendatum obtinuerunt. Quanta hîc mihi ſe ſe præbeat copia dicendi, procurrendique in laudes Majorum Tuorum nemo non videt. Generoſa enim nobilitate florens jam quinque abhinc ſæculis Conrada Familia Viros excellentes tam multos protulit, ut de manu, in manus tradita perpetuo a Majoribus in Nepotes virtus, & dignitas

vide-

Digitized by Google

videretur, idque in unoquoque genere & Pace, & Bello, & Domi, & Foris uſque adeo, ut nulla unquam ætate in Familia Tua deſiderarentur aut conſilium, & prudentia ad Patriæ, Reique Publicæ præſidium; aut ſapientia, & doctrina, quam ſummi Civiles, Eccleſiaſticique honores exornarent; aut animi fortitudo, & virtus, quam maximi gradus militares, præmia, Præfecturæque ampliſſimæ conſecuta ſunt.

Quæ quidem, modo per Majorum Tuorum nomina, perque Honorum titulos excurrere liceret, ſunt tot, ac tanta, quot, quantaque nemo in Familia ſua non mallet. Sed ſi Modeſtia Tua non patitur prolixam Avitæ amplitudinis enumerationem, ſuaviſſimus certe Tui ſenſus animi facile feret, ut ne prætermeam Ornatiſſimum Don Joſephum Fratrem Tuum Regiæ Scalenſis Baſilicæ Præpoſitum Infulatum, quem præſentem intuemur, & excellenti quadam Probitate morum, Conſilii vi, Æquitate, Integritateque præditum ſic admiramur, ut Virtutis

ipſius Inſtar quoddam, & Eccleſiaſticæ diſciplinæ, ac Gravitatis imaginem in illo videre videamur.

Talis igitur, tantuſque cum per Te Te, tum per Tuos cum ſis, affabilitate tamen, qua præſtas, hoc qualecunque monumentum Tuo dicatum nomini non dedignaberis.

Deus immortalis diutiſſime Te ſoſpitem habeat, longævamque ætatem tribuat Reipublicæ beneficio, Civium omnium præſidio, & jucunditati, hujuſce denique Patriæ decori, & ornamento. Vale.

Mediolani Cal. Februarii MDCCLXIV.

Digitized by Google

LECTORI HUMANISSIMO

PIUS ANTONIUS MOGNUS FOSSATUS

S. P. D.

CUm huic Dominio quamprimum adjiciendæ forent Mantua, & Parma cum Agro Placentino (ut ſecutum eſt Anno MDCCXLIV.), deficerentque tum apud Bibliopolas, & Typographos Noſtrarum Conſtitutionum exemplaria, non amplius recuſa poſt Annum MDCXVII., orta eſt neceſſitas eas iterum prælo committendi, quibus inſtructi Populi earum Provinciarum nobis adjuncti noſtris poſſent legibus vivere.

Iis ſubinde editis, atque Senatus-Conſultis, & Prodomo de Ortu, & Progreſſu Juris Mediolanenſis hinc illuſtratis, tantam ex illo Opere utilitatem Inſubria hæc noſtra conſecuta eſt, ut mihi incitamento fuerit novis annotationibus, atque uberiori Senatus, aliorumque Tribunalium Deciſionum numero eas exornare rerum judicatarum momenta ad ſingula Conſtitutionum Capita novo ordine accommodare.

Igitur huc curam, laborem, ſtudium omne contuli, ut perfectius opus exiſteret: conquiſitis exploratiſque loculis retruſioribus, excuſſis, revolutiſque antiqui ævi ruderibus, non me fefellit ſpes, meuſque exitum,

b 2 quem

Digitized by Google

quem maxime optabam, habuit labor. Plures enim annotationes, Senatus ſapientiſſimi Sanctiones plures, ejuſdem deciſiones amplius quingentas collegi, curavique novam hanc Conſtitutionum impreſſionem, ut hæc omnia, aliaque mox recenſenda, publici juris eſſent.

Annotationes, & Deciſiones ſejunctas in anteriori Editione Conſtitutionum, eas opportunius duxi in hac noviſſima earumdem junctim Titulis aptare; namque inter ſe connexæ viciſſim ſe ſe illuſtrant, atque ita diſpoſitio, ac declaratio uno obtutu conſpicitur.

Habes igitur, Lector benevole, in hoc Volumine Appendicem annotationum cum rebus judicatis ad Ordines Excellentiſſimi Senatus in lucem editos Anno MDCCXLIII. meis annotationibus illuſtratos.

Habes noviſſimam Additionum Ordinum ejuſdem Senatus tum excuſſam, nunc aliis Ordinibus, qui aut reperti ſunt, aut poſtea emanarunt, meiſque annotationibus auctam.

Habes noviſſimè Concordata cum S. Sede Apoſtolica circa ſacrum Aſylum pro Gallia Ciſalpina Auſtriaca.

Habes Diſſertationem de Annata, in qua plures & Senatus, & Magiſtratus deciſiones.

Habes denique Edictum de Immunitate duodecim Liberorum promulgatum XV. Julii MDCCLVII. juſſu Reg. Junctæ Præfectorum novo Cenſui, & Sententiam ab iis latam XX. Decembris MDCCLVII. pro Oneribus, ac norma in eorumdem ſolutione in poſterum ſervanda, ut ſi qua controverſia, aut dubitatio exoriatur in intelligendis Conſtitutionibus eadem de re agentibus, illis collatis cum nova Edicti ſententia, ſententiæque forma, illico emergat reſolutio.

Hic meus hactenus labor fuit: mentem deinceps ad alia perutilia converti, cœpique jam illuſtra-

re

Digitized by Google

re Statuta Civilia Mediolani, ea exornans diſſertationibus, rebus judicatis, annotationibus. Arduum profectò opus, longèque ſuperius meis viribus; mihi tamen non deero, & enitar abſolvere, ſi jam provecta ætas ſinat. Faxit Deus O. M. illud ut proſequi liceat, atque perficere ad Majorem Ejus Gloriam, cui unicè ſtudeo, mihique indulgeat clementiſſimè vitam, corporis valetudinem, vireſque tanto Operi pares. Vale.

Digitized by Google

ANnotationes, & Deciſiones, quas, poſt jam editas, ad illuſtrandas Novas Mediolanenſis Dominii Conſtitutiones auget Egregius J. C. D. Advocatus Don Pius Antonius Mognus Foſſatus mandante Reverendiſſimo Patre S. T. Magiſtro Thoma Angelo Ciccarelli Inquiſitori generali Mediolani, ſedulò perluſtravi; cumque in illis nihil mihi occurrerit, quod ab Ortodoxa fide diſſentiat, ſed imò labor ipſe eò magis patefaciat conſtans, & laudabile eruditiſſimi Illuſtratoris genium adjuvandi præcipuè ejuſdem Mediolanenſis Dominii Forum, ideò illas dignas reputo, quod publici juris fiant. Datum Mediolani hac die 9. Septembris 1762.

Petrus Tentorius J. U. D., & pro Sanctiſſima Inquiſitione librorum Reviſor.

Die 14. Septembris 1762.

Attenta ſupradicta atteſtatione

IMPRIMATUR.

F. Petrus Martyr Roſſi O. P. S. Theol. Magiſter Vicarius Generalis S. Officii Mediolani.

J. A. Viſmara Pœn. Major pro Eminentiſſimo, & Reverendiſſimo D. D. Cardinali Archiepiſcopo.

Vidit Julius Cæſar Berſanus pro Excellentiſſimo Senatu.

AD

Digitized by Google

AD ILLUSTRISSIMUM, ET EXCELLENTISSIMUM

PRINCIPEM

ALPHUNSUM AVALI

Marchionem Vaſti, Montis Herculei Ducem, Cæſ. Majeſt. in Italia Capitaneum Generalem, & in Statu Mediolani Locumtenentem &c.

Franciſci Craſſi in utroque Jure licenziati, Mediol. Civis

De origine Juris Mediolanensis LIBELLUS.

Civitas Mediolani, Illuſtr. & Excell. Princeps, non tantùm Inſubriæ, ſed totius Italiæ antiquiſſima perhibetur. Hanc jure ſcripto primùm vixiſſe accepimus, quum Langobardi Reges ei imperarent (quorum leges adhuc in multorum manibus extant) ſed publice in deſuetudinem abierunt. Nec ante Juſtiniani Cæſaris leges apud nos receptæ, occupantibus non ſolum Inſubriam, ſed ferè totam Italiam Gothis, qui à Beliſario primùm, demum à Narſete Eunucho auxiliaribus Langobardis ad internecionem deleti fuerunt; interceſſere poſtmodum Narſetis infœlix Revocatio, Juſtiniani mors, & repentinus Langobardorum in Italiam adventus, Inſubriæque occupatio, ita ut nullus locus fuerit apud nos introducendis Juſtiniani legibus. Tamdiuque Langobardicis viximus inſtitutis, quamdiu eorum duravit imperium, Annis fere ducentis ſupra ſeptem, genteque illa à Carolo Magno, Deſiderio eorum Rege capto, occiſione occiſa, leges hæ per tempora, quibus Caroli uni poſt alios deſcendentes, Italiæ Imperium tenuerunt, fere evanuerant, primus ex Caroli ſucceſſoribus Lotarius Imperator Auguſtus, leges aliquas nobis dedit, quæ adhuc vigent, & Feudales cauſas reſpiciunt. At eorum progenie in Italia extincta, Berengariis Italiam occupare conantibus, Imperio Rom. ad Germanos translato, nulla ulterior lex à nobis recepta, quàm à Federico cognomento Enobarbo Imperatore, ante infelicem noſtræ Civitatis everſionem, eodem Cæſare auctore factam. Reſtituta demum opibus, & auxilio nonnullarum Civitatum Italiæ, nobis noſtra Civitate, ubi à continuis bellis reſpirare licuit, non tantùm intenti fuerunt majores noſtri Civitate reædificandæ, quàm legibus condendis, etiam ex ip-

ſius

ſius Federici Cæſaris placito, antequam in Aſiam, ubi obiit, proficiſceretur. Non tamen aliæ leges tunc conditæ, quàm quòd Conſuetudines Feudorum in unum volumen à Mediolanenſibus Jureconſultis redactæ. Feuda enim principium apud nos à Langobardis Regibus habuerunt, ſed majus incrementum ex munificentia, & liberalitate ſucceſſorum Caroli Magni, qui fere omnia in Italia ſub diverſis titulis Ducatus, Comitatus, & aliis nominibus in Feudum conceſſerunt. Vindicatà demum poſt pacem Conſtantiæ certis conditionibus à Cæſare libertate, modo Conſulum, modo Capitaneorum populi ex noſtratibus, demum Prætorum annuo, vel ſemeſtri imperio paruimus, Edictaque eorum multos annos obſervavimus pro legibus, uſque ad Turrianorum tempora, quibus Civitas noſtra cœpta eſt factionibus agitari. Hinc Turrianis, illinc Vicecomitibus (civibus noſtris) imperium affectantibus, prævaluere Turriani, expulſo Matthæo Magno Vicecomite, uſque ad Henrici Lucelburgenſis Auguſti tempora. Et tunc primum Mediolani leges municipales conditæ. Ejectis demum Turrianis, Vicecomitum aſtu, & Henrici potentià, paulatim Matthæus, & ſucceſſivè filii adminiſtrationem Civitatis occuparunt. Modò contenti Capitanei Populi titulo, modò à Cæſare Vicariatus dignitate inſigniti ſunt. Id primi exercuerunt Matthæi filii, qui Decretis condendis principium dederunt. Et hæc ſunt, quæ cenſuram Judicum, & Officialium reſpiciunt. Johannes dehinc Archiepiſcopus, cum Luchino fratre, pleraque condidit ad onera dividenda, & ferenda, facientia. Nonnulliſque aliis per Galeatium, & Bernabovem fratres Vicecomites circa venationes, & onera decretis conditis, ubi Bernabove capto, & dignitate privato, res eſt devoluta ad unum Johannem Galeatium generum, & fratris filium, qui non contentus Vicario titulo, Ducis nomine, atque Excellentia à Vinciſlao Imperatore inſigniri voluit, is ſilvam Decretorum propoſuit, præſertim contra libertatem Eccleſiaſticam pluſquam ducentum. Hujus etiam ſunt, quæ ad Præfectos Annonæ, & Salis pertinent, & quæ ad civiles cauſas inſtruendas, & decidendas reſpiciunt. Eo primo Duce defuncto, plerique populares motus emerſere, ut intra paucos annos Johanne Maria filio conjuratione nonnullorum civium noſtrorum interfecto, Philippus frater ubi paternum recuperavit Imperium, patrem in condendis Decretis ſuperavit, ut difficile ſit credere, occupatum continuis bellis Principem tantam molem legum condidiſſe: Hæc ſunt, quæ ad confiſcationis bonorum, onera, redditus ordinarios, & extraordinarios, ac cauſas Fiſcales pertinent, pleraque tyrannica, & quæ tempore bonorum Principum recepta non fuerunt. Philippo defuncto ſublata noſtra libertate, Franciſcus Sfortia primus Mediolanenſe obtinuit Imperium. Admiratus is Princeps tam immenſam Decretorum congeriem, cogitavit quæ tyrannica erant tollere, & quæ bona recipere, ac juſta, & æqua ſancire: Itaque adhibitis celeberrimis nedum Inſubriæ, ſed totius Italiæ Jureconſultis, qui tunc in Ticinenſi Academia florebant, unico Edicto omnia Decreta ſuſpendit (quod adhuc extat.) Verùm immenſi ſuſcepti oneris molem contemplatus, ab incœpto deſtitit, pauciſque Decretis Philippi ſoceri antiquatis, reliqua ſervanda permiſit. Hujus etiam ſunt, quæ Taxas

Equo-

Digitized by Google

Equorum, & tutelas, & curas concernunt. Franciſco ſucceſſit Galeaz Sforiia primogenitus, qui imitatus patrem pauca Decreta condidit. Eoque conſpiratione trium noſtrorum civium occiſo, Ludovicus frater modò curator Johan. Galeatii Ducis fratris filii, modò, eo ab humanis ſublato, Ducatus dignitate à Maximiliano Cæſare inſignitus, pleraque, quæ primus Dux fecerat, in melius reformavit, unicoque edicto, ut Alexandro Pont. Max. ſatisfaceret, omnia, quæ contra Eccleſiaſticam libertatem erant, revocavit, diverſaque ſtatuit, cauſas Fiſcales, & Feudales pertinentia; plurimumque Fiſco ſuo favit, ut nihil accuratius, nec intentius faceret, ſed Ludovico à Chriſtianiſſimo ejuſdem nominis Gallorum Rege, capto, fluctuavit per multos annos Mediolanenſe Imperium, modò Gallis obtinentibus, modò Maximiliano Sforiia Ludovici primogenito per tres annos, aut paulo plus nobis imperante. Et dehinc Chriſtianiſſ. Franciſco Francorum Rege prævalente donec Auſpiciis ſacratiſſ. Caroli V. Imperatoris Auguſti Domini noſtri Franciſcus Sforiia ſecundus, Ludovici filius, à Cæſare de Ducatu inveſtitus, rerum potitus eſt. Is Princeps preſſus anniverſariis armis, & quandoque extra Cæſaris gratiam exiſtens, animum ad civium excolendam politiam ponere non potuit, donec à Clementiſſimo Cæſare in gratiam, & dominium Mediolani reſtitutus; pacato ferè toto Chriſtiano orbe, per Bononienſe fœdus: Quo facto Magiſtratus inſtituit, & ex omnibus Ordinibus unumquemque optimum in Senatu elegit: Nihilque attentius fecit, quàm ut Magiſtratus bene ſe gererent, & juſtitiæ ſuas integras partes darent, congeriemque Decretorum illorum temporum damnans, ſtatuit ſuperflua reſecare, & cætera repurgata in unum volumen redigere: Itaque id munus injunxit Illuſtri Equiti, & Clariſſ. Juriſconſulto Jacobo Philippo Sacco Senatus Præſidi, qui ex Senatu duos Juris ſcientiâ, rerumque experientiâ inſignes, Franciſcum Lampugnanum, & Ægidium Boſſium Mediolanenſes cives huic operi perficiendo unà cum aliis, de quibus prima Conſtitutio loquitur, præfecit. Etſi multi electi ad id opus fuerint, tamen (ut ingenue veritatem fatear) hujus rei pondus, & æſtus ſuper eorum humeros reſedit. Teſtis ego horum ſum locuplex, cui Senatus principalem curam conquirendorum Decretorum, & compilandarum Conſtitutionum dederat, me omnia primum ad hos duos Senatores detuliſſe, & eorum operâ, ſtudio, & ſcientiâ caſtigata, & concinnata, demum à toto Senatu me referente perpolita, & conſummata fuiſſe. Cæterùm huic egregio corpori caput imponi non potuit, ob mortem ipſius Ducis; non tamen eo defuncto, & Regno Mediolani ad Cæſarem devoluto, deſtitutum eſt ab opere ex ipſius Cæſaris decreto, conquiſitis nedum per noſtras Civitates his Decretis, ſed etiam per alias, quæ huic imperio olim parebant, maximo meo labore, & impendio, ita ut multa millia Decretorum ſparſa, in unum volumen redacta ſint, ſuperfluis reſecatis. Et his, quæ intra leges recipi non debeant rejectis, hoc Volumen ſub novo nomine Conſtitutionum ſuperiori jam biennio oblatum Cæſ. Majeſtati, & per eam approbatum juſſu tuo, Illuſtriſſ. Princeps, publicatum, uſu receptum eſt. Verùm ob feſtinum Cæſaris receſſum in Africanam expeditionem, tam accelerata fuit editio, ut non potuerim errores, qui vitio Impreſſoris ine-

rant, corrigere, & cauſas reddere, quibus ad hoc opus neceſſariò, & ex utilitate publica deventum fuerit: Itaque cùm per ocium licuit, id in præſentia feci, & Indicem addidi, & pleraque alia: Quæ omnia tuis auſpiciis nunc in lucem veniunt. Datum eſt hoc fœlicitati tuorum temporum, Magnanime Princeps, ut quod tot Duces attentarunt, tuo tempore perfectum editum, & impreſſum ſit: Nec id munus fœlicitati tuæ adſcribendum cenſeo, quam quod ultra alia per te præclare geſta, Niceam Urbem, fortiſſimum Italiæ propugnaculum, à Turcis hoc anno captam, occupato ab Ariadeno ingenti claſſe noſtro mari, Turcarum Imperatore cum innumero exercitu Pannoniam inferiorem occupante, & jam ſuperiori imminente, nec quietis in Germania rebus, ferociſſimo Gallorum Rege, potentiſſimo exercitu Galliam Belgicam infeſtante, firmiſſimiſque præſidiis Taurinos contra nos tenente, in omnium rerum penuria, coacto exercitu, per difficilia itinera, ad ſolam tui nominis, & tui adventus famam recuperaſti, ultraque Varum flumen hoſtes fugere coëgiſti, Oramque maritimam Italiæ liberaveris, & eodem quoque tempore paucis diebus Montem-Regalem Civitatem nobiliſſimam firmiſſimo præſidio à Gallis munitam cum univerſa ejus Regione ad deditionem compuleris, Magna ſunt fœlicitatis ſigna; ſed non minora ſunt, quòd tuis auſpiciis, dum pro Cæſare Italiam armis tueris, Inſubria provincia inter primas Italiæ, legum, morumque reformationem receperit. Quot per tot ſæcula tot Principes, & bello, & pace inſignes, deſideraverunt, nec aſſequi potuerunt. Eſt Deus Opt. Max. qui te protegit, Religioſiſſime Princeps, qui opera tua in vias rectas dirigit. Bene facis, pie facis, & Chriſtianum agis, omnia ad Deum referens, is à tenera uſque ætate, multa tibi pollicitus, multa dedit, majoraque dabit, ut ſpero, & eam, quam ſemper tuæ Excellentiæ, & tuis opto, fœlicitatem, ac bonam, & proſperam valetudinem.

NOMI-

Digitized by Google

NOMINA

Illuſtr., Rever., & Magn. Senatorum, qui intervenerunt compilationi Conſtitutionum.

JACOBUS Philippus Saccus Præſes.
Franciſcus Taberna Supremus Cancellarius.
Joannes Angelus Arcimboldus Epiſcopus Novariæ.
Galeaz Petra Epiſcopus Viglevani.
Hermes Stampa Prothonotarius Apoſtolicus.
Philippus Caſtillionæus Prothonotarius Apoſtolicus.
Franciſcus Lampugnanus.
Ludovicus Porrus.
Ægidius Boſſius.
Marcus Barbavaria.
Franciſcus Craſſus.
Franciſcus Sfondratus.
Alexander Amannius.
Julius Viuſtinus.
Jo. Baptiſta Specianus Capitaneus Juſtitiæ.
Joannes Maſſonerius de Brinonia.
Petrus Paulus Arrigonus.
Franciſcus Caſatus Prothonotarius Apoſtolicus.

GABRIELIS FAERNI
Carmen.

INſubrum Decreta Ducum, legeſque vetuſtæ,
    Vaſtum incompoſita mole volumen erat.
Congeriem informem, confuſaque jura Senatus,
    Digeſſit, certis diſpoſuitque locis.
Inque novam Legum faciem, corpuſque redegit,
    Fuſaque in exiguum membra coëgit opus.
Has igitur quiſquis veterum farragine legum,
    Atque indigeſta mole gravatus erat,
Perlegat, utatur, ſunt hæ brevitate minores,
    Ordine majores, utilitate pares.

ANNOT.

PRæclarè geſta a Senatus Præſide Jacobo Philippo Sacco Alexandrino recenſet Julius Cæſar Ruginellus *in comment. ad tit. Conſtitution. de Senatoribus* §. 1. *Gloſ.* 3. *cap.* 2. *n.* 39. *& ſeqq.*

In ejus locum ſuffectus eſt Marcus Barbavaria Mediolanenſis, qui ferè per biennium functo munere Præſidis obiit, ejuſque ſingulares animi dotes commendat idem Ruginel. *ubi ſupra n.* 44. *& ſeqq.*

In munere Præſidis ipſi ſucceſſit Senator Petrus Paulus Arrigonus Mediolanenſis. Eximias ejus virtutes, præclaros honores adeptos, & conſtantem in adminiſtranda juſtitia, implendoque munere zelum commemorat laudatus Ruginel. *loc. cit. a n.* 47. *ad* 55.

Senator, & Eques Franciſcus Craſſus Mediolanenſis fuit dein S. R. E. Cardinalis.

Senator Ægidius Boſſius Mediolanenſis prædeceſſit publicationi Conſtitutionum, ut teſtatur Plot. *de Blaſphemia n.* 30.; hocque notandum eſt, quia prædictus Boſſius allegat Ordinem, ſive Ducale Decretum in ejus *tract. var. tit. dè proclam. quod fit bonis confiſcatis n.* 3. *&* 4., quod fuit ſublatum per Conſtitut. *in tit. de Offic. Quæſtor. reddit. extraord.* §. *Hoc quoque Edictum*, ut obſervat Magnif. Regens Comes Carollus *diſquiſit. juridic. pag.* 14. *n.* 11. *&* 12. *& pag.* 117. *n.* 34.

Digitized by Google

MAGN. EQUITI, ET CLARISSIMO
JURISCONSULTO

FRANCISCO
CRASSO

Cæſ. Senat., ac Præt. Cremonæ,

Franciſcus Craſſus S. P. D.

CUm vidiſſem, Senator Clariſſime, ſuperioribus annis editis duobus Decretis ſuper Abolitione Criminum, uno per Illuſtriſſimum, & Excellentiſſimum Franciſcum Sfortiam, Illuſtr. Ducem noſtrum, eo tempore, quo Illuſt. Chriſtiernam uxorem duxit, & eo defuncto, Ducatuque Mediolani ad Sacrum Romanum Imperium devoluto, altero per Illuſt. Antonium Leyvam Cæſaris Vicemgerentem edito, in pluribus eorum decretorum partibus hæſitatum fuiſſe, majoreſque difficultates nunc oriri, ſuper hac novella Conſtitutione interpretanda. Quæ per Illuſt., & Excell. Alphunſum Avalum Cæſaris Capitaneum Generalem, & Locumtenentem, ob publicam lætitiam ſacratiſſimæ pacis edita eſt, operæ pretium duxi, ut amicis ſatisfacerem, aliquas Annotationes, quas ſuperioribus annis cumulaveram, in publicum edere. Sed ut cum præſidio in lucem venirent, tibi dedicandas cenſui. Accipe igitur hilari fronte, affinis, & amici hominis parvulum munus: quod ſi gratum fuiſſe intelligam, dabis anſam multa alia edendi tuo ſub nomine, & præſidio. Bene vale. Mediolani primo Novembris 1544.

NOVA

Digitized by Google

NOVA CONSTITUTIO

DE ABOLITIONE CRIMINUM

Illuſtriſs., & Excellentiſs. Alphonſi Avali Marchionis Vaſti, Caroli V. Rom. Imp. Invictiſs. Capitanei Generalis, & in Statu Mediolani Locumtenentis,

Edita die decimatertia Octobris MDXLIV.

SI unquam (*) ante hac publicæ lætitiæ (*a*) cauſa cum illis, qui in aliquam pœnam incidiſſent, aut propter æs alienum carceribus recluſi detinerentur, mitiùs agendum fuit; ſi gratia, aut liberalitate aliqua hi complectendi, condonandive fuerunt, id hoc maxime tempore faciendum eſt, quo divino numine afflati, Cæſ. Majeſtas, & Chriſtianiſſimus Francorum Rex jam tot bellis, præliis confectis, quibus univerſa Reſpublica Chriſtiana innumeris cladibus affecta eſt, firma, ſtabili, & perpetua pace inter ſe pro communi omnium quiete & ſecuritate fœdera ſanxerunt. Ea res cùm ab omnibus Chriſtiani nominis cultoribus diu deſiderata fuerit, & ingentibus votis expetita, ac jam tandem ſummi Dei benignitate aſſequuta, non immeritò videtur expoſcere, ut in ſignum tam læti & fœlicis nuntii etiam erga eos, qui in pœnam prolapſi, aut ob æs alienum carcere incluſi ſunt, clementia, & manſuetudine uti debeamus, quo & ipſi participes fiant hujus maximi, & exoptati gaudii. Harum igitur ſerie, Imperiali, qua fungimur, auctoritate, ex voto etiam Excell. Cæſarei Senatus, cum quo ejuſmodi res participata eſt, decernimus, ſtatuimus, & volumus, ſubditos omnes, & ſingulos hujus dominii (*b*) mediatos, & immediatos de inſultu, percuſſionibus, vulneribus etiam animo deliberato illatis, ubi mors ſecuta non ſit, de homicidio, caſu, vel in rixa commiſſo, receptione bannitorum, robaria, ſfroſatione ſalis, aut bladorum, (*c*) & de aliis quibuſcunque criminibus, (*d*) dummodo non ſint Officiales, qui in ſuo officio deliquerint, ſive damnatos, ſive bannitos tantùm, & ſive adhuc eorum proceſſus pendeant, ſive adhuc non ſint accuſati, vel delati, etiam ſi (*e*) crimen occultum ſit, liberari & abſolvi, (*f*) ipſo jure, & facto, prout & nos prædicta auctoritate ipſos liberamus, & abſolvimus, tam à pœna corporali, quàm à quacunque alia, quæ Cameræ Cæſ. aut Feudatariorum, aut Communitatis alicujus ſpectaret. Et ſi carceribus mancipati eſſent, eos illico liberari, & relaxari volumus; dummodo pœna realis exacta, compoſita, aut bona ipſa deſcripta, ſeu actualiter apprehenſa non fuerint. Et hoc tamen,

ſi (*g*)

Digitized by Google

ſi (*g*) remiſſionem & pacem ab offenſis habeant in caſibus, in quibus (*b*) neceſſaria eſt remiſſio, ſeu intra duos menſes, à die publicationis hujus noſtri Decreti numerandos, illam habuerint, & eam intra dictum tempus præſentaverint Officialibus, quibus ſpectat, & ſpectabit. Quæ omnia locum habere intendimus in his tantum, quæ facta ſunt: aut commiſſa ab hodierna die retro. Reſervatis dumtaxat in præmiſſis criminibus ſacrilegii, hæreſis, fabricationis falſæ monetæ (*l*), homicidiis animo deliberato paratis, qui ad offenſam in cauſa talium homicidiorum animi deliberati, & aliorum reſervatorum, ut ſupra, teſtimonium depoſuerint, vel deponi mandaverint, quæ in hujuſmodi gratia, & liberalitate non intendimus. Reſervata tamen nobis facultate providendi ſuper homicidiis etiam animo deliberato, jam decennio elapſo commiſſis, prout qualitati caſuum, & perſonarum nobis convenire videbitur. Mandamus itaque omnibus, & ſingulis Juſdicentibus, Officialibus, & Notariis hujus Dominii mediatis, & immediatis, quibus ſpectat, & ſpectabit, ut omnes, & quoſcunque proceſſus, banna, ſcripturas, acta, & condemnationes, & quæcunque alia, quæ facta reperientur in his cauſis, quarum mentionem ſupra fecimus, gratis, & abſque aliqua prorſus ſolutione deleant, & penitus annullentur, prout & nos per præſentes jam dicta Imperiali auctoritate delemus, & penitùs annullamus, & eorum Reorum nomina de albo caſſari faciant; quin etiam volumus, & ita expreſsè injungimus omnibus, & ſingulis Magiſtratibus, Juſdicentibus, & Officialibus hujus Dominii mediatis, & immediatis, ac præſentibus, & futuris, quòd pro criminibus, delictis adhuc non delatis, & forſan incognitis (*m*), ſervatis, & adimpletis præmiſſis, à prædicta die hodierna retrò commiſſis, in futurum quoquomodo non audeant inquirere, procedere, nec moleſtare delinquentes, ſalvis tamen, & exceptis caſibus ſuperiùs expreſſis, & reſervatis. Ad hæc decernimus, omnes, & ſingulos carceratos, & detentos, ex cauſa publici, ſeu privati debiti, modò non ſit ex cauſa datiorum, ſeu reddituum ordinariorum, relaxari. Quos omnes, & alios debitores ex cauſa privata, perſonaliter moleſtari intra trimeſtre proximum nolumus. Cum autem nimis gratioſe agere poſſe hoc tempore nobis non videamur, ſtatuimus etiam, & jubemus omnes, & quaſcunque mulctas, ſive condemnationes pecuniarias Cameræ Cæſ. quacunque ex cauſa in hanc uſque diem factas, & applicatas, nullas eſſe, neque exigi quoviſmodo poſſe, ſalvo tamen ſemper jure tertii (*n*). Et quoniam ad reprimendam delinquentium temeritatem, & proterviam, pro ſubditorum quiete, in proximis bellorum turbinibus, neceſſe fuit nonnullas Proclamationes, & Ordines facere, pœnas extraordinarias delinquentibus imponentes, & in præſentiarum pace jam conſtituta, operæ pretium videtur minus ſeverè agere, decernimus & ſtatuimus, omnes ejuſmodi Proclamationes, & Ordines (*o*) aboleri debere, prout nos per præſentes jam dicta Imperiali auctoritate abolemus: Præter (*p*) Ordines adversùs primò evaginantes, deferentes Sclopum à rota, & in re sfroſationum bladorum editos, quos pro totius Status quiete, & ſubditorum commodo, & ſecuritate, ac durante præſenti penuria, firmos manere decernimus.

mus. Cæterum quia & extra caſus in generalibus Conſtitutionibus comprehenſos, de provocationibus quandoque evenit, ut attenta loci, perſonarum, ac caſuum qualitate, ſeveriùs procedendum ſit, quàm jure ordinario proviſum eſt: Volumus & declaramus, quòd quandocunque in hujuſmodi caſibus Juſdicentibus viſum fuerit acriùs animadvertendum, aut animoſiùs procedendum, rem ad Excellentiſs. Senatum deferant, qui pro facti qualitate quid faciendum ſit, ſtatuet.

ANNOTATIONES.

(*) SI *unquam*. Hæc conſtitutio facta eſt ob publicam lætitiam Pacis initæ inter Sacratiſs. Carolum Quintum Romanorum Imperatorem invictiſs., ac Chriſtianiſs., & Potentiſſimum Franciſcum Francorum Regem, & confectæ die ſextadecima menſis Septembris anni præſentis 1544. per Mandatarios eorum Principum in Gallia in loco Abbatiæ S. Joannis de Vineis, ſito in agro Sueſſonium finitimo Remis, loco propinquo ambobus exercitibus; per quam pacem funeſtiſſimo bello, quo totus Chriſtianus orbis ardebat, fuit finis impoſitus, certè dono Dei Opt. Max., quòd poſt tot funeſta prælia animos horum Sereniſſimorum Principum ad pacem, & amicitiam induxerit, quam Deus pro beneficio Chriſtianæ Reipublicæ conſervet.

(a) *Publicæ lætitiæ*. Quæ veniant appellatione publicæ lætitiæ eſt *text. in l. unica C. pub. læt. vel conſ. lib.* 12. ubi inter cætera connumeratur pax, quæ adfert lætitiam publicam ſubditis ob ceſſationem malorum, & qui voluerit videre, qui ſint effectus pacis, & multa cumulata, videat Luc. de Penna *in d. l. unica*, cujus dicta non tranſcribo, & Doct. maximè Matth. de Affiict. *in tit. de pace jur. fir. in uſib. feud.*

(b) *Subditos*. Mediatos, & immediatos, hoc dictum fuit, ut etiam comprehenderentur ſubditi feudatariorum, & ſervavit ſemper Curia, ut comprehendantur etiam ſubditi exemptorum ſub eo vocabulo mediatorum, quia & ipſi per omnia æquati ſunt feudatariis *c. interdicti de feud.*

(c) *Homicidio, caſu, vel rixa commiſſo*. Hæc dicta ſunt ad excluſionem homicidii animo deliberato commiſſi. Quomodo autem homicidium caſu commiſſum dicatur, plura exempla ponunt glo. & Doc. *in l.* 1. *C. de ſic.*, & Ang. de Aret. *in tract. maleſic. in glo. in ver. ſcienter, & doloſe*, & Mar. Soc. in *c. ad audientiam, de homicid. per totum*. Et caſus conſideratur dupliciter, quia aut eſt caſus fortuitus, aut improviſus. Caſus fortuitus eſt, quando non præcedit aliqua cauſa dependens ab eo, cui caſus vult imputari. Caſus improviſus eſt, ubi culpa præcedit, ita not. Bal. per glo. *in d. l.* 1., & bonum hoc eſt ſcire, quia caſus fortuitus non punitur; improviſus autem punitur pro modo culpæ. Non inſto, quia non eſt materia noſtra. Sed redeundo ad caſum Conſtitutionis, quia fuit hæſitatum quando non apparet ex inquiſitionis lectura de animo deliberato, quia non fuit formata cum expreſſione qualitatis animi deliberati. An condemnatus habens pacem in hoc dubio comprehendatur in hac Conſtitutione: quòd non comprehendatur etiam ſi non ſit expreſſa qualitas: ſi tamen ex natura facti colligatur animus deliberatus, facit, quia ratio, & mens legis illa eſt, ut tantummodo homicidium caſu vel rixa commiſſum comprehendatur. Iſta igitur qualitas neceſſariò requiritur ad hoc, ut quis ſit comprehenſus, & cùm non conſtet in proceſſu de iſta qualitate, nec mens, nec verba conveniunt. Quòd autem ſit neceſſaria qualitas, patet per expreſſionem in ejuſdem ibi *caſu, vel in rixa*, & ibi *exceptis homicidiis animo deliberato patratis*, & quotieſcunque qualitas eſt neceſſaria ad actum, prout iſta, quæ eſt de forma, quæ dat eſſe rei, eâ non probatâ cætera corruunt, eſt deciſio Bal. *in conſil.* 181. incip. *juri publico, in quarta par. conſ.*, & latè in terminis noſtris tradit ſolemnis doctor Albert. Brun. *in tract. ſuo de ſolemnitate, & forma, fol.* 12. *ver. item ſolemnitatum, aliæ ſunt communes*. Nec obſtat, quòd in pœnalibus mitior fieri debeat interpretatio *l. ſi de interpretatione ff. de pœn.*, & reg. *in pœnalibus de reg. jur. in ſexto*. Quia hîc non agitur de pœna imponenda, ſed de condemnatione pœnali abroganda, quæ quo ad declarationem pœnæ jam ſortita eſt effectum. In contrarium facit, quod in dubio, ubi non apparet ex inquiſitione, nec condemna-

Digitized by Google

demnatione, quòd quis ſit inquiſitus, vel condemnatus de animo deliberato, quod dicere debemus, & præſupponere homicidium eſſe caſuale: nam ſi ex proceſſu conſtaret de qualitate animi deliberati, utique formata fuiſſet inquiſitio de animo deliberato, quæ ubi formata non ſit, reſultat præſumptio in contrarium. Facit etiam, quia in dubio in foro contentioſo, præſumptio eſt ſemper pro illo, qui imputatur de delicto, & delictum præſumitur ſemper magis leve, quàm grave, ut decidit Mar. Soc. in *d. c. ad audientiam*, *in 2. col. de homic.* dum diſtinguit de foro contentioſo ad forum peccati, & conſcientiæ. Item privilegium ſemper latè interpretandum eſt. Nec contraria obſtant, quia ſatis eſt, quòd ex proceſſu non conſtet plenè de qualitate animi deliberati, & id arguit ipſa inquiſitio, quæ non eſt formata cum illa qualitate. Reſpondebant Fiſcales, quòd quando erant indicia animi deliberati, licèt non eſſet probata qualitas ſufficienter; tamen non ſolere Principem facere gratiam imputatis, & inquiſitis cum narratione facti, qui modus inventus eſt, noviſſime, per iſtos Judices criminales. Caſus igitur cùm exemplaris eſſet, viſus eſt dignus Curiæ conſulere Excell. Senatum, qui conſultus cenſuit, ubi ſint indicia qualitatis animi deliberati per condemnatum in fortiis Judicis conſtitutum, purganda eſſe, dehinc omnia Senatui referenda. Erit igitur practica, quòd condemnatus cum narratione facti, ubi eliciantur indicia animi deliberati, producta remiſſione partis ſe in fortiis Judicis conſtituat, & duo erunt modi purgandi inditia, unus per probationes, alter per tormenta. Probationes autem fieri non poſſunt, niſi habitâ copiâ indiciorum. Et nota quod Judices edere indicia tenentur, etiam quòd non ſit publicatus proceſſus, & ita obtinuit, & ſervat Curia in cauſis in quibus admittitur condemnatus ad novas defenſiones quòd dantur indicia, ubi eſt eadem ratio per omnia, prout in caſu iſto. Tormenta autem arbitraria ſunt Judici, ſecundùm qualitatem indiciorum. Tamen laudo, quòd probationes fiant de qualitate vitæ conſtituti, & occiſi, & per homines probos; hæ enim multum movent Judicem, plus Senatum in actu relaxationis, maxime in caſibus, in quibus plenè non conſtat de qualitate animi deliberati. Sed quæro nunc: quid ſi inquiſitio formata eſt de animo deliberato, & inquiſitus condemnatus fuerit de animo deliberato, cùm non comprehendatur in iſta Conſtitutione, ſi condemnatus vellet ſe conſtituere, & probare, non ſubeſſe animum deliberatum, nunquid admitti deberet? caſus nunquam contingit, ſed ego dicerem admittendum, & ratio eſt; nam videmus, quod etiam condemnatis de animo deliberato fiunt gratiæ per Principem, ſi exprimitur probaturum in cauſa approbationis gratiæ qualitatem animi deliberati non ſubeſſe, & id videatur veriſimile cum narratione facti in inquiſitione expreſſi: nam nulla diverſitatis ratio aſſignari poteſt in gratia ſpeciali quàm generali. Caſus, ut dixi, nunquam contigit; ſed ſi contingeret, putarem decere Principem, & Senatum facere id, quod in ſpecialibus gratiis facere ſolet, ſcilicet admittere condemnatum ad probandum qualitates animi deliberati non ſubeſſe, & ſic ad novas defenſiones contra qualitates animi deliberati.

(d) *Et de aliis quibuſcunque criminibus*. Sub iſto verbo comprehenditur etiam crimen falſi, & ita ſervavit, & ſervat Curia.

(e) *Dummodo non ſint officiales*. Litera videtur clara; ſed dubium eſt, numquid iſta exceptio comprehendat Notarios damnatos, vel delatos de falſo, cùm officium publicum exercere dicantur. Quòd ſint Notarii in caſu iſtius exceptionis facit, quia tabellionatus eſt officium, & id probatur per *text. in l. univerſos C. de decur. lib.* 10., ubi Imperator dicit *Univerſos Decuriones volumus à tabellionum officiis temperare*, & in *§. cum autem Inſt. de adopt.* appellat perſonam publicam, facit glo. *in l. fi. C. qui mil. non poſs. lib.* 12., & quod ſcribit Bar. in *l. eadem ff. ad l. Jul. repet.*, ubi appellat munus tabellionatus, munus autem ſonat in officium; ut eſt gl. *inſt. de excuſ. tut. in ver. munerum*, & tanto magis, quia ad id munus creantur ab Imperatore, vel Pontifice, aut habentibus auctoritatem ab eis, ut ſunt iſti D. Co. Palatini. Eſt plus, quòd in ſtatutis Colleg. Not. Mediolani, & aliarum Civitatum ubique legitur Notariatus officium; cùm ergo Notarii Officiales dicantur, videntur eſſe exceptuati in verbis Conſtit. In contrarium tamen facit, quia Notarii noſtri nullam habent juriſdictionem, nec imperium, ut ſcribit Bal. in *l. adoptio. C. de adopt.* per illum tex. licèt aliqui voluerint tenere, quòd habeant juriſdictionem, quia faciunt præcepta guarentigiæ, & ſic juriſdictionem voluntariam, inter quos fuit Innoc. in *cap. cum à nobis de teſte.* tamen illa opin. non eſt recepta, niſi in his, qui à Principe, vel à Rege, cùm fiunt Notarii creantur Judices Ordinarii, ut

Bal.

Bal. ſcribit in *d. l. adoptio*, quod non fit, nec ſervatur in Notariis hujus dominii. Item hæc opin. ex alio confirmatur, quia in his Conſtitut. attendi debet communis uſus loquendi, qui etiam præfertur proprio ſignificatui vocabuli, ut ſcribunt D. Ant. Abb., & Fely. in proœ. Grego. per *l. Labeo ff. de ſupel. leg.* Bar., & alii in *l. omnes populi, in materia declarativa ff. de juſt., & jur.*, Alex. in *conſ. 44. in 6. col. in primo vol.* Clarum autem, quòd in Ducatu Mediol. Notarii non appellantur Officiales, nec veniunt appellatione Officialium, & tenendo iſtam opin. limitarem non procedere in Notariis Magiſtratuum, qui à Principe deputantur, & habent ſalaria, quia hi Officiales ſunt, & per communem uſum loquendi appellatione Officialium veniunt. Curia tamen conſulto Senatu ſervat, quòd Notarii, qui deliquerunt in munere Notariatus, non comprehendantur in hac Conſtitut., & abolitione. Motus eſt Senatus, quia his Notariis omnes facultates noſtræ committantur, & magna eſt eorum fides. Et hoc ad deterrendum, ne habeant ſpem veniæ, qui delinquunt. Et certè laudo factum, licèt de jure tenerem magis ſecundam opinionem, quàm primam eſſe veriorem.

(*f*) *Etiam ſi crimen occultum ſit*. Bonum eſt ſcire, quod dicatur crimen occultum, non tantùm ad declarationem iſtius Conſtitut., ſed etiam *cap. omnium* §. *fin.* ibi, *& hoc quando crimen occultum eſſet. de jure, & privil. fiſc.*, Alb. de Roſ. in *Dictionario ſuo*, in verb. *occultum*, videtur diffinire, quòd eſt illud, quod nulla ratione probari poſſit, tamen inferius multa diſtinguit, quæ potius concernunt materiam peccati, & non fori contentioſi. Sed in terminis noſtris quid ſit crimen occultum, eſt *text. in l. ſecundo* §. *& generaliter ff. vi bon. rap.*, & ibi d. Alex. in addit. ad Bart. *in litera C*, qui multa allegat. Apud me in materia noſtra occultum dicetur crimen, quod eſt clam factum, & delatum non eſt, nec in cognitionem Judicis deventum, iſtud probatur in *d.* §. *& generaliter*. Erit ergo intellectus, quòd ſi crimen non ſit manifeſtum, vel notorium, & delatum, quòd dicatur occultum in caſu utriuſque Conſtitut., & id colligitur ex dictis Abb. *in loco prælleg.*, & Spec. *in tit. de noto cri.*, & aliqua per Bar. in *l. 2. C. de his qui ex pub rat. lib.* 10., quæ omnia per te videre potes utilia ad practicam d. §. & in iſta Conſtitutione planus eſt ſenſus per verba infra *adhuc non delatis, & forſan incognitis*.

(*g*) *Ipſo jure & facto*. Curia ſervat, licèt non faciat declarationem ſolemnem quo ad damnatos, niſi in caſu dubio, de quo ſupra; tamen decernit Judex literas ad locum, ubi deſcriptus eſt in albo condemnatus, & in earum literarum exequutione deletur de albo, & hoc eſt neceſſe facere, quia etſi eſſet præſentata in tempore remiſſio, & eſſet in caſu, attamen ſi reperiretur condemnatus in albo deſcriptus, eſſet in periculo; & ſi offenderetur, credo quòd poſſet defendi occiſor, vel offendens de jure, & alias fuit hoc in controverſia, & deciſum. Cauti ergo ſint hi, qui ſunt in caſu iſtius novellæ Conſtitut. ut literas has obtineant, quæ vim declarationis obtinent, & eos à periculo vitæ eximunt.

(*h*) *Remiſſionem & pacem ab offenſis habeant*. Nota, quod licet per delictum offendatur Reſpub. cujus intereſt crimina puniri *l. ſi ita vulneratus ad fi. ff. ad leg. aquil.* principalius tamen inde offenditur læſus, & ejus principaliter intereſt *l. ſi quondam C. de adult.*, *& l. ſepulchri. ff. de ſepul. viol.* cum ſimil. & propterea lex primò requirit partis offenſæ remiſſionem, & pacem. Ex quo collige, quòd non tantùm pax requiritur, ſed remiſſio offenſæ, unde dicebat Matth. de Afl. in *cap. 1. in gl. 1. de pace jur. firm.*, quod cauti debent eſſe Advocati, ut faciant ponere in inſtrumento pacis, quòd non tantùm faciunt pacem, ſed etiam remittunt offenſam, & promittunt de non accuſando, nec querelam facere in judicio, & addit, remittendo etiam damna, & intereſſe, quæ clauſula eſt maximæ utilitatis, ut infra dicam, & ego hanc clauſulam non ponebam, ſed poſtquam vidi dictam deciſionem, ſemper apponere feci, & bona eſt pratica, quam ſervamus, quòd ſupplicant remittentes Principi, ut faciat gratiam, & Judicibus, ut deleant proceſſum, & condemnationem, & amplius non procedant, quæ ſunt clauſulæ ampliſſimæ, & menti tenendæ. Et per illud ver. offenſis tollitur difficultas, de qua diſputat Bar. in *l. 4.* § *Cato, in fi. ff. de verb. oblig.* ſcilicet, quòd non ſufficit, quòd fiat a majori parte hæredum pax, ſed ab omnibus hæredibus, quia in quæſt. Bar. ſtatutum loquebatur in hærede, & in perſona ſingulari, quæ opinio judicata eſt tutior per d. Jaſ. in *d.* §. *Cato*, & ita ſervat Curia, quòd ab omnibus hæredibus neceſſaria eſt. Bene eſt etiam verum, quòd Inſtituto hærede extraneo exiſten. liberis,

Digitized by Google

vel non exiſten. hærede ſervatur opin. Bart. in *l. ſi filius §. qui pri. ff. de vulg. & pup.*, quòd ſufficit obtinere remiſſionem à filiis etiam quòd non ſint, nec velint eſſe hæredes aſcendentis. Quæ verò ætas ſufficiat ad pacem faciendam diſputat Matth. de Affl. in *d. c. 1. in gl. 1. in 2. col.*, ubi concludit, quòd de jure Romano ætas legitima eſt decem octo annorum ad faciendam pacem, & quòd ita eſt etiam de jure Lombardo, & ſervatur in Regno; ſed hæc opin. apud nos non eſt recepta Mediolani ob diſpoſitionem Statuti, quod ætas legitima ſit viginti annorum quo ad contractus, decem octo annorum in judiciis; ubi autem non eſſet ſtatutum de ætate, ſed eſſet in diſpoſitione juris communis, ego non recederem ab opin. glo. ibi rationibus per Afflict. adductis, quas non tranſcribo. Ulterius quæro, quia ſi minor faciat pacem, & remiſſionem, an poſſit petere reſtitutionem in integrum? Iſtam quæſt. diſputavit Luc. de Pen. in *l. unica C. pub. læt. lib. x.*, ubi decidit, quòd ſi petatur per minorem, reſtitutio in integrum in vindictam, & necem alterius ſemper denegatur, ut *ff. de minor. l. auxilium*, ſi verò petatur adversùs damna, & intereſſe, tunc non denegatur per not. in *d. l. auxilium in prin.*, & per *tex. in l. fin. in §. ult. C. de bo. vacan.* Et iſtud idem non facta mentione dictæ deciſionis, tenet Afflict. in *d. c. 1. §. injuria punitur, col* 10. Et propterea ſupra dixi, quòd bona erat cautela ponere, quòd remittat etiam quo ad damna, & intereſſe, quæ fuit And. de Iſer. in *d. c. 1.* Sed tutior eſt, quam ego ad tollendas has difficultates ſemper practicavi, quòd remiſſiones Minorum fiant cum diſpenſatione literarum Senatus, tollentes omnes difficultates, etiam beneficium reſtitut. in integrum cum conſenſu agnatorum proximiorum.

(i) *In caſibus, in quibus eſt neceſſaria remiſſio.* Hoc dictum, quia plura ſunt delicta, quæ tantùm rempub. concernunt, & non intereſſe partis, ut in ſfroſatione bladorum, & ſimilibus.

(l) *Fabricationis falſæ monetæ.* Fuit hoc expreſſum ad incluſionem aliorum delictorum, quæ circa monetas fiunt, de quibus vide *in tit. de off. Jud. Mon.*

(m) *Adhuc non delatis, & forſan incognitis.* Hæc verba declarant, quid ſit crimen occultum, ut dixi ſupra: & nota, quod eſt neceſſaria remiſſio partis offenſæ, & ejus præſentatio. Et ne te in hoc negotio involvas adeundo Judicem, & confitendo delictum, do tibi practicam, ut ab hæredibus offenſi pacem Notario ſtipulanti nomine cujuslibet perſonæ in forma de delicto obtineas, dehinc pacem præſentes nomine cujuslibet perſonæ, cujus intereſt, ita quòd ſi res detegeretur remedium habes, quod procedi non poteſt. Et hæc tutior via eſt, quia ſunt quandoque Judices adeo maligni, qui cùm vident hominem opulentum delatum, nimis crudeliter inquirunt circa qualitates delictorum, & gratias mille modis revocant in dubium, non dico de Judicibus præſentibus, ſed tempore meo pluries factum. Hic ſucceſſivè quæro. Aliquis reperitur in albo bannitorum condemnatus de homicidio, proceſſus non reperitur, quia res eſt de antiquo, vel ob iſta mala tempora fuit diſperſus, vel combuſtus, an ſi præſentet pacem, debeat deleri de albo. Iſta quæſtio fuit ſuperioribus annis, & tandem deciſa, quòd deleri debet, quia præſumitur homicidium caſuale, & deſcribantur cum delicto, & qualitate delicti.

(n) *Salvo tamen ſemper jure tertii.* Hæc clauſula ſe conformat diſpoſitioni Juris communis, quia ex eo, quod delinquens ad compoſitionem cum Fiſco, vel ad gratiam admittitur à Principe, non propterea tollitur jus partis contra delinquentem, arg. glo. in *d. l. ne quicquam ff. pro ſoc.*, & facit glo. in *l. venia C. de in jus voc.*, & vide not. per Lucam de Pen. in *l. 1. C. de deſert. lib.* 10., & nota quòd iſtud eſt multum utile, quando Fiſcus compoſitionem facit cum delinquente ſine remiſſione partis in iſtis pœnis extraordinariis, quod tamen rariſſime factum vidi. Et nota, quòd iſta clauſula, *Salvo jure tertii*, reſpicit tantùm privatas perſonas, non autem Officiales, quibus pars pœnæ applicaretur, quia etiam quo ad eos abolita eſt pœna, & ita ſervat Curia.

(o) *Omnes ejuſmodi Proclamationes, & Ordines aboleri debere.* Sanctiſſima fuit hæc lex, quæ abolevit iſtas proclamationes factas tempore tumultuoſo, & ad bonum publicum, ſed male interpretatas per aliquot Judices criminales, qui pro unoquoque verbo illaqueabant pauperes ſubditos, & graviſſimis impenſis afficiebant, ita quòd vigebat illud Poëtæ dictum: *Digito compeſce labellum, ſin minus carcer paratus erit.* Benedictus Deus, qui Illuſt., & Excellentiſs. Principis animum ad tam ſanctam abolitionem faciendam movit.

(p) *Præter ordines adverſus primo evaginantes.* Hi ordines in futurum ſervari debent, ex vi iſtius Conſtitutionis, in præteritum verò imputati, vel condemnati,

habita

Digitized by Google

habita pace, ex hac Conſtitutione liberantur. Sed quia dubium oriebatur, ſi quis dumtaxat enudaverit, ſed non vulneraverit, nec percuſſerit, an eſſet neceſſaria partis remiſſio, conſultus ſuperinde Senatus à Fiſcalibus, dixit, hoc caſu non eſſe neceſſariam partis remiſſionem, & ita ſervat Curia, & certe hi ordines quandoque antiquandi erunt rebus magis quietis, quia nimis rigoroſi ſunt. Quòd verò de Sclopo à Rota dicitur, maledictus homo, qui tale genus tormenti invênit, & non ſolum prohibendus eſt uſus, ſed etiam fabricatio. Cætera in textu plana ſunt. Quibus expeditis reſtat diſcutere, quid in damnatis ad triremes, ad tempus, vel in perpetuum ſervandum eſſet? Fuit in dubio Curia, & Senatum conſuluit, qui cenſuit, eos damnatos in caſibus non exceptuatis in hac Conſtitutione, habita pace, comprehendi in abolitione. Et hac ratione idem dico ſervandum eſſe in damnatis, & bannitis ad tempus, in caſibus non exceptuatis, ut ſupra.

Petentes declarari ſe eſſe comprehenſos in gratia generali habent terminum menſis ad ſe conſtituendum, aliàs non audiuntur. Ex ordine Senatus anni 1544. die 8. Januarii.

Nonnulla pertinentia ad materiam Decreti gratioſi, vide in Ordinibus Senatus editis anno 1571. die 18. Decemb., & die 19. ejuſdem menſis.

Et per iſta ſit finis annotationibus hujus Novæ Conſtitutionis.

EJUSDEM ALPHUNSI AVALI DECRETUM SUPER ANNATA EXIGENDA.

ETſi à ſubditis hujus Dominii Mediolanen. Cæſ. Majeſtas pro milite extra ejus ditionem detinendo, quem pro conſervatione rerum ſuarum, & quiete, ac tranquillitate hujus ſtatus neceſſarium ſemper duxit, pecuniarum certam ſummam extra ordinem jamdiu exigi voluerit; ſemper tamen maximo concupivit deſiderio, res ad ordinarium ſuum reduci poſſe, quod præteritorum temporum injuria effici nunquam hactenus potuit. Quod plus eſt, res præſentes hoc poſtulare videntur, ut majori militum numero opus ſit pro ſecuritate & quiete ſubditorum, & pro ſervitio ſuo; Eâque ratione equites levis armaturæ ad certum numerum jam ſtipendio aſcripti fuerunt. Quibus cum de ſatisfactione debita providendum ſit, neque aliunde opportuna adhiberi poſſit proviſio ob alias graviſſimas impenſas, quas pro commodo & beneficio univerſæ Reipublicæ Chriſtianæ, eadem Cæſ. Majeſtas coacta fuit his diebus facere, Nobis propterea literis ſuis mandavit, mentis ſuæ eſſe, ut huic neceſſitati conſulatur à Feudatariis, Donatariis, & his, quibus penſiones, aut proviſiones aliquæ conſtitutæ fuerunt Annatam exigendo. Quod genus ſubſidii promptiùs, & liberaliùs facere omnes, qui ad id tenebuntur, æquum eſt; cùm & per retroactos Principes id factum fuerit, & in re tam neceſſaria pecunia eroganda ſit. Et in hoc liberalitatem Cæſ. Majeſtatis tantò magis promereri ſe oſtendunt, & privilegio obtento digni, quantò in rebus ſervitium ſuum concernentibus, promptiores ſe demonſtrant.

Per has igitur noſtras Imperiali, qua fungimur, auctoritate, & in executione præfatarum literarum Cæſ. Majeſtatis, edicimus, & decernimus, quòd quicunque per ſe, aut præceſſores ſuos habuerunt, aut à Cæſ. Majeſtate, aut ab his, qui antea Dominium Mediolani tenuerunt, aliquas Civitates, Caſtra, Loca, Terras, bona, jura, vectigalia, cenſus, conceſſiones, ſeu penſiones annuas, ad beneplacitum, vel ad vitam adhuc durantes, aquas, exemptiones, & quocumque

titulo nuncupentur, ſivè in feudum, ſivè in titulum donationis, vel cujuſvis conceſſionis gratuitæ etiam pro benemeritis. His denique tantùm exceptis, ubi vera & actualis pretii numeratio intervenerit, teneantur, omni, & quacumque exceptione remota, infra quindecim dies à tempore præſentis publicationis, conſignare privilegia, & jura quæ habent, & habere prætendunt, à Cæſ. Majeſtate, ſeu aliter quomodocunque in manibus deputandorum ſuper ipſa Annata. Et conſequenter dimidium veri redditus dictorum bonorum, jurium, & penſionum, ut ſupra, in manibus Theſaurarii generalis Mediolani ſolvere, & aliam dimidiam infra alios quindecim dies tunc proximè futuros, in manibus, ut ſupra, ſub pœna ammiſſionis conceſſionum feudorum, donationum, remiſſionum, exemptionum, penſionum, proviſionum, aut aliorum quorumcunque jurium ſuorum conceſſorum ut ſupra, in quam pœnam ipſo facto ipſi Feudatarii, Donatarii, & alii, ut ſupra, incurriſſe intelligantur in caſu contraventionis præſentis noſtri decreti. Item volumus, quòd quicunque habuerint Molendina, Reſecas, Follas, Traverſarias, vel alia quæcunque ædificia aquæ impetu, & curſu laborantia, in quibuſcunque fluminibus publicis Dominii Mediolani, aut ab eis derivantibus, aut aliter quomodocunque aquæ ipſæ decurrant in ipſo Dominio ſub adminiſtratione noſtra, mediatè, vel immediatè ſuppoſito, qualiacunque ſint flumina ipſa, & quibuſcunque nominibus, tam ea flumina, quàm aquæ aliter decurrentes nuncupentur, ſive Rivi, ſive Torrentes ſint, (non comprehendentes tamen in præſenti decreto, qui utuntur aquis ex fontanilibus opere manu factis) teneantur, & debeant hi modo, & forma, de quibus ſupra, ſolvere Theſaurario, ut ſupra, in pecunia numerata, verum redditum unius anni molendinorum ipſorum, & aliorum quorumcunque ædificiorum, ut ſupra. Comprehendentes etiàm quòd illi, qui irrigant prata ex acquis publicis, ut ſupra, teneantur ſolvere ſolidos quinque pro qualibet pertica, & in dicto termino, ut ſupra, conſignare in ſcriptis verum numerum perticarum Præfectis noſtris Annatæ, ut ſupra, ſine aliqua exceptione, & omni contradictione ceſſante; ſub pœna, de qua ſupra. Volumus item, quòd quicunque habuerint exemptiones imbotaturarum, teneantur ad ſolutionem libr. trium Imperialium pro centenario perticarum terræ tàm cultivæ, quàm vitibus conſitæ, & ad conſignationem veri numeri perticarum ſub pœnis, & modis, de quibus ſupra. Decernimus etiam, quòd ſi aliquorum bona fuerint pro aliquo crimine etiam læſæ Majeſt. Cameræ confiſcata, etiam ſi per Agentes Cameræ apprehenſa non fuerint, aut pro parte, aut in totum reſtituta, teneantur ad ſolutionem redditus unius anni, ut ſupra. Et hæc omnia quibuſcunque Decretis, Statutis, Ordinibus, Privilegiis, præſcriptionibus, exemptionibuſque in contrarium facientibus, non attentis etiam conſuetudinibus, quarum initii memoria in contrarium non exiſtit, etiam ſi de eis ſpecialis, & individua, & de verbo ad verbum facienda eſſet mentio, quibus in hac parte de plenitudine poteſtatis nobis conceſſæ, & attributæ, ex certa ſcientia derogamus, & derogatum eſſe volumus. Mandantes Illuſt., Rev., & Spectabilibus D. Præſidi, & Senatoribus Cæſ. Senatus Mediolani, Præfectis redditũum Cameræ, Gubernatoribus, Prætoribus

Digitized by Google

ribus, & Referendariis Civitatum, & cæteris Officialibus, & Subditis Dominii Mediolani, mediatis, & immediatis, & præſertim quibus executio præſentis Decreti demandata eſt, & ad hoc onus deputati ſunt, ut Decretum ipſum obſervent, & ab aliis obſervari faciant per omnia efficaciora, & promptiora Juris remedia, etiam per mulctas, & pœnas Cameræ Cæſ. applicandas, ac etiam per detentionem perſoſonalem, & prout eis melius videbitur, quia ſic nobis placet, & fieri volumus. Declaramus nihilominus, nullum juribus Cameræ Cæſ. fieri præjudicium per hujus præſentis Decreti publicationem, & Annatæ ſolutionem. Quinimmò tam Fiſci, quàm privatorum omnium jura in ſuo robore permanere decernimus. Harum teſtimonio literarum, quas fieri, & regiſtrari juſſimus, noſtrique ſigilli impreſſione muniri. Mediolani ultimo Decembris MDXLI.

EJUSDEM ALPHUNSI DECLARATIO.

D. VICARIO PROVISIONUM.

QUum in Decreto per nos condito ſuper Annatæ ſolutione, inter alia ſtatutum fuerit, etiam eos teneri ad prædictam ſolutionem, quorum bona fuerint pro aliquo crimine, etiam læſæ Majeſtatis, confiſcata, etiamſi per Agentes Cameræ apprehenſa non fuerint, aut in parte, aut in totum reſtituta, quod & in ſimilibus Decretis aliàs conditis ſtatutum fuerat, dubiumque oriri poſſet circa eos, qui Rebelles, præteritis temporibus, exſtiterunt, quibus bona reſtituta fuerunt, & nos memoriam hujus nominis extingui multum cupiamus; Poſtea quàm omnes in Cæſaris ſupremi Domini noſtri immediatam ditionem venerunt, tenore præſentium edicimus, & declaramus, mentis noſtræ non fuiſſe, nec eſſe, aliquem quoviſmodo, ad ſolutionem Annatæ teneri pro bonis ex cauſa rebellionis vel læſæ Majeſtatis confiſcatis, eiſdemque reſtitutis, niſi quatenus alia ex cauſa tenerentur, vobiſque ut hanc mentis noſtræ declarationem publicari, & pro decreto obſervari faciatis, mandamus. Mediolani 4. Januarii 1542.

EJUSDEM ALPHUNSI AVALI DECLARATIO.

PUblicari his diebus fecimus Decretum ſuper ſolutione Annatæ in toto Dominío Mediolanen. cum declaratione mentis noſtræ circa bona confiſcata pro crimine rebellionis, & reſtituta. Verùm cùm nobis ſignificatum fuerit, quamplurima ex ejus interpretatione oriri in dies dubia, quæ non ſinè ſubditorum incommodo, & impenſa tolli poſſunt. Propterea que nobis ſupplicatum exſtiterit, ut quatenus fieri poſſit his provideamus, ut omnis dubitandi, & expenſarum tollatur occaſio, & clariùs de mente noſtra appareat, his noſtris decernimus, & declaramus, eos, qui titulo emptionis, vel dationis inſolutum, vel permutationis, aut qui dotis occaſione, vel alio titulo oneroſo rei correſpondente bona acquiſiverunt, non minus ab Annatæ ſolutione excludi, & in Decreto non comprehendi, quàm qui vera

d 3 & actua-

Digitized by Google

& actuali pretii numeratione interveniente acquiſiverint. Non etiam teneri intendimus aliquos pro aquis, quæ in fundo privato naſcuntur, & juris privati remanent. Et quia anno ſuperiore MDXL. ex ordine noſtro impoſitio ſuper molendinis, & aliis in ipſo ordine contentis exacta fuit, inconvenienſque eſſet, eos, qui dictam impoſitionem exſolverunt, etiam nunc ad eandem ſolutionem cogi; Propterea declaramus eos, qui Annatam pro prædictis dicto anno MDXL. ſolverunt, amplius non teneri, neque in præſenti Decreto comprehendi. Eos verò, qui à Principibus donationes, immunitates, conceſſioneſve habuerunt, eorumve hæredes; non autem qui ab eis titulo oneroſo acquiſiverunt, teneri virtute Decreti decernimus, & declaramus. Quòd ſi in aliquos titulo lucrativo translata fuerunt, poſſeſſores teneri, ſalvis tamen quibuſcunque juribus eorum contra datores ſuos, ſi quæ competunt. Eos quoque, qui aquas pro uſu molendinorum, pratorum irrigatione, aut ad alium uſum habuerint, duplici onere gravari nolumus, & verba (in præſcriptionibus, & conſuetudinibus, quarum initii memoria in contrarium non exiſtit) in derogationibus appoſita, ad terminos Juris, & decretorum reducimus. Ad hæc, ut impenſis ſubditorum, quantum fieri poſſit, occurramus, cùm honeſtam proviſionem Spectab., & Egr. D. Annatæ Præfectis conſtituere decreverimus, ut nullum ſubditis onus inferant, omnibus innoteſcere volumus, eos nihil à quoquàm accepturos pro honorario, vel ſalario, ſive pro reviſione ſcripturarum, ſive pro quacunque declaratione, aut ordinatione, quæ per ipſos in cauſa Annatæ fiet. Mediolani die 28. Januarii 1542.

De Annata vide diſſertationem inferiùs impreſſam p. 489.

No-

Nomina Patrum Excellentiſſimi Senatus Mediolani.

ILLUSTRISS., ET EXCELLENTISS. D. MARCHIO DON JOANNES CONRADUS DE OLIVERA EX INTIMIS ACTUALIBUS CONSILIARIIS STATUS SS. IMPERIAL. ET REGG. MM. REGENS, ET PRÆSES.

D. Comes Don Paulus Caroellus.

ILLUSTRISS. D. MARCHIO DON CAROLUS MARIA CAVALLI SENATOR, ET REGENS EMERITUS.

D. Don Alexander Caſtillionæus.

D. Marchio Don Paulus Æmilius Olivatius Præſes Tribunalis Sanitatis.

ILLUSTRISS. D. COMES DON GABRIEL VERRUS SENATOR, ET REGENS EMERITUS.

D. Comes Don Petrus Paulus Andriani Cremonæ Prætor.

D. Don Joſeph Lambertengus.

D. Don Philippus Muttonus Vicecomes Papiæ Prætor.

D. Don Petrus Paulus Joſeph Santucci.

D. Don Nicolaus Pecci.

Egregii

Digitized by Google

Egregii Secretarii Excellentiſſimi Senatus Mediolani.

Don Joannes Baptiſta Stampa.

Don Julius Cæſar Berſanus.

Don Franciſcus Galliorius,

Don Hieronymus de Trecate.

INDEX

Digitized by Google

INDEX
TITULORUM CONSTITUTIONUM.

ACquirenda hæreditate. p. 196.
Accuſationibus. p. 223.
Advocatis miſerabilium perſonarum. p. 111.
Appellationibus. p. 143.
Aquis, & Fluminibus. p. 324.
Arbitris, & Arbitratoribus. p. 129.

Bannitis, & Receptatoribus Bannitorum. p. 247.
Bonis ad Cridas ponendis. p. 154.
Bonis in ſolutum dandis. p. 170.

Continuanda poſſeſſione defuncti in hæredem. p. 198.
Conſulibus Juſtitiæ Mediolani. p. 354.
Crimine læſæ Majeſtatis. p. 243.
Cuſtodia Reorum. p. 288.

Donationibus. p. 215.

Ædificiis privatis. p. 329.
Emptione, & venditione. p. 218.
Executoribus, & Famulis Juſdicentium. p. 178.

Feriis. p. 135.
Feudis. p. 203.
Foro competenti. p. 132.

Gymnaſio Ticinenſi. p. 339.

Immunitate, & jure duodecim Liberorum. p. 331.
In quibus caſibus criminaliter procedi non poteſt. p. 242.
Judæis. p. 3.
Judiciis. p. 119.
Jure Emphyteotico. p. 219.
Jure, & privilegio Fiſci. p. 290.

Legitimationibus. p. 201.

Meretricibus, & Lenonibus. p. 344.
Mulctis. p. 287.
Notariis publicis. p. 185.

Officio Quæſtorum Ordinariorum Reddit. p. 36.
Officio Quæſtorum Extraordinariorum Reddit. p. 43.
Officio Theſaurarii. p. 63.
Officio Collateralis generalis. p. 74.
Officio Præfector. Sanitatis. p. 76.
Officio Vicariorum generalium. pag. 78.
Officio Capitanei Juſtitiæ. p. 82.
Officio Commiſſarii Taxarum generalis. p. 86.
Officio Judicis Datiorum. p. 87.
Officio Referendariorum Civitatum. p. 88.
Officio Executorum Fiſci. p. 90.
Officio Rationatorum Fiſci. p. 92.
Officio Judicis Monetæ. p. 93.
Officio Advocatorum, & Syndicorum Fiſcalium. p. 99.
Officio, & juriſdictione diverſorum Judicum. p. 103.
Officio Vicarii Proviſionum. p. 348.
Officio Abbatum, & Conſulis Mercatorum. p. 355.

Offi-

Digitized by Google

Officio Proteſtorum Carceratorum. p. 369.
Officio Commiſſarii Fluminis Olone. p. 371.
Officio Gubernatorum Statutorum. p. 379.
Oneribus. p. 314.

Pœnis diverſorum Criminum. p. 252.
Præfectis Annonæ. p. 64.
Probationibus. p. 136.
Prohibitis, & conceſſis executionibus. p. 175.
Publicanis, & Vectigalibus. p. 302.
Quod Capitanei Martheſanæ, & Seprii juriſdic. &c. p. 368.

Raptu Mulierum. p. 244.
Reſcriptis, & Mandatis Principum. p. 4.

Salviſconductibus. p. 182.
Senatoribus. p. 7.
Sportulis. p. 138.

Teſtamentis. p. 194.
Tranſumptis faciendis. p. 221.
Tutelis, & Curis. p. 113.

Viis publicis muniendis. p. 327.
Ultimis voluntatibus, & certis contractibus regiſtrandis. p. 220.

INDEX

Eorum, quæ ſequuntur poſt Conſtitutiones.

Additio Ord. Senat. p. 383.
Appendix annot. ad Ord. p. 517.
Diſſertatio de Annata. p. 489.
Edictum pro immunitate duodecim Liberorum. p. 502.
Indultum Pontificium circa ſacrum Aſylum. p. 479.
Methodus nova Syndicatuum. p. 500.
Sententia pro Oneribus. p. 508.

PROŒ-

PROŒMIUM
CONSTITUTIONUM
MEDIOLANENSIS
DOMINII.

Digitized by Google

Digitized by Google

PROŒMIUM CONSTITUTIONUM.

CAROLUS QUINTUS (*a*) Divina favente Clementia Romanorum Imperator Auguſtus, ac Germaniæ, Hiſpaniarum, utriuſque Siciliæ, Hieruſalem, Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Inſularum Balearium, Sardiniæ, Fortunatarum, ac Indiarum, & Terræ firmæ maris Oceani, &c. Rex: Archidux Auſtriæ: Dux Burgundiæ, Lucemburgiæ, Gheldriæ, Wirtembergæ, Lotharingiæ, Brabantiæ, Limburgiæ, &c. Comes Hasburgi, Flandriæ, Tyrolis, Artheſiæ, & Burgundiæ: Palatinus Hannoniæ, Hollandæ, Zelandiæ, Ferreti, Kyburgi, Namurci, & Zutphaniæ, &c. Landtgravius Alſatiæ: Marchio Burgoviæ, & Sacri Rom. Imperii &c. Princeps Sveviæ: Dominus Friſiæ, Molinæ, Salinarum, Tripolis, & Mechliniæ, &c. Hi, qui per retroacta tempora vel Vicariatus titulo, vel Ducatus dignitate, Mediolanenſi Dominio præfuerunt, varias & ferè innumerabiles Conſtitutiones (Decreta appellant) ſecundùm variationes temporum condidere. Hæ creverunt in immenſum, nec in volumen redactæ; ita ut non facilis earum cognitio eſſet, multæque erant tollendæ, nonnullæ addendæ, aliæ in melius reformandæ. Ob quam cauſam, cùm pacatis rebus id innotuiſſet Illuſt. Franciſco Sfortiæ ſecundo Mediolani Duci, injunxit viro clariſſimo Jacobo Philippo Sacco, Senatus Mediolanenſis Præſidi, ut conſulto Senatu, aliquos viros exploratæ fidei, doctrinæque, & morum probitate inſignes deligeret: Qui undequaque per Mediolanenſem ditionem has Conſtitutiones conquirerent, in unum Codicem redigerent, ut in melius formarentur, Senatui referrent. Is (ſicut cætera omnia ſolerti officio facit), id munus exequutus, Senatores duos, ex quolibet Magiſtratu unum, Fiſcales duos, & ex Collegio Juriſconſultorum Mediolani duos, Secretarium unum, & qui forenſibus cauſis operam

daret alium, Viros integerrimos, uſuque rerum, & ſcientia pollentes, ad hanc Provinciam exequendam deligens, effecit, ut vivente adhuc memorato Duce, huic muneri principium datum fuerit. Sed eo Duce vitâ functo, Mediolanenſique Dominio ad nos, Sacrumque Romanum Imperium devoluto, ſicut multa alia bene acta præfati Ducis comprobavimus; ità cenſuimus, ut hi, qui delecti fuerant, in opere perſeverarent, & Senatus omnia diſcuteret, & perficeret, atque exinde nobis exhiberet, ut noſtra auctoritate in publicum prodirent. Opere perfecto, & nobis oblato, deprehendimus, exactâ diligentiâ, & maturo conſilio (prout cætera omnia per ipſum Ordinem fieri ſolent) illud abſolutum fuiſſe. Quod ut robur obtineat, hac noſtra ſanctione decernimus, omnes Conſtitutiones in hoc Codice comprehenſas inconcuſsè ſervari debere, reliquis omnibus antiquatis (*b*). Curabunt igitur Senatus, cæterique Magiſtratus, & Judices, ut hæc palam innoteſcant, & ab omnibus obſerventur, Statutis Civitatum, & Locorum, ac aliis his Conſtitutionibus contrariantibus nequaquam attentis. Datæ Mediol. die XXVII. Auguſti anno Domini MDXLI. Imperii noſtri vigeſimoprimo, & Regnorum noſtrorum vigeſimoſexto. Signatæ, CAROLUS. In angulo: Vidit Perennotus. In calce: Jo. Bernburger. Et ſigillatæ Sigillo magno Imperiali in cera rubea, cum bindello morello pendente, more ſolito.

AD PROŒMIUM CONSTITUTIONUM.

(*a*) Ad verba *Carolus V.*

EX FERDINANDO Imperatore ejus Fratre deſcendit MARIA THERESIA Filia olim Inviſtiſſimi Imperatoris CAROLI VI. Uxor Auguſtiſſimi Imperatoris FRANCISCI I. Regina Ungariæ, Boemiæ &c., & Mediolani Dux, animi magnitudine, morum probitate, & juſtitiæ zelo, omnique virtutum genere ornatiſſima, ſub cujus clementiſſimo Imperio vivere Mediolanenſis Provincia ſummoperè gloriatur, ſibique congratulatur.

(*b*) Ad verba *reliquis omnibus antiquatis*.

Per has Conſtitutiones fuerunt ſublata, omnia etiam Senatus Conſulta antea edita.
1 Ita declaravit Excellentiſſimus Senatus die 10. Februarii 1557. Hæc tamen declaratio retinenda eſt de Senatus Conſultis, quæ Conſtitutionibus adverſantur,
2 non vero de prolatis in cauſis inter privatas partes coram Senatu agitatis, ut jam idem Senatus explicaverat die 15. Aprilis 1556.
Dubitatum fuit in Magiſtratu Extraord. Reddit. an vigore earundem Conſtitutio-
3 num abrogatum etiam fuerit Ducale Decretum, reſervans Fiſco jus redimendi bona ab Agentibus Cameræ alienata, & injunctum fuit Egr. Advocato Fiſcali Pecchio, ut verbum faceret in Senatu, & ſuper hoc dubio ejus mentem exquireret, & poſtea retulit Senatum in hanc veniſſe ſententiam, quod etiam antiquum Decretum reſervans Fiſco jus redimendi, ut ſupra fuerit per has Conſtitutiones abrogatum, & annullatum, & ut latius ex relatione ejuſdem Egr. Advoc. Fiſcalis Pecchii diei 17. Martii 1556. per extenſum inferius impreſſa *in Addit. Ord.*, *ibique vide meas annotat.*

LIBER

Digitized by Google

LIBER PRIMUS CONSTITUTIONUM.

DE JUDÆIS.

HEbræis interdictum eſt Mediolani eſſe, nec habitationem habere. §. Nec etiam alibi in Dominio, niſi cum licentia Principis. Quam ſi habuerint, ſciant hac ſanctione inhibitum eſſe, ne cum Chriſtianis in eadem Domo, & ſub eodem tecto habitent, & eò amplius, ut à Chriſtianis dignoſcantur, neceſſe habent maſculi caputium croceum (*a*), & non alterius coloris; Fœminæ autem (ut vulgò dicitur) colletum ejuſdem coloris, ita latum & patentem, ut humeros, & pectus cooperiat, deferre tenentur. Quod ſi præmiſſis contrafactum fuerit, pœna ſit ictuum duorum eculei, & aureorum decem. §. Permiſſum eſt (*b*) tamen Hebræis in hoſpiciis publicis, & Mediolani, & alibi ſine licentia, per triduum hoſpitari poſſe.

AD TIT. DE JUDÆIS.

Decis. et Annot.

1 JUdæi in Mediolanenſi Dominio non poſſunt acquirere bona immobilia, quia ob eorum expulſionem forenſes reputantur. Ita Magiſtratus Extraord. Reddit. die 26. Februarii 1642. referente Spectabili Quæſtore Joanne Guidobono Cavalchino, poſtea ad Senatoriam dignitatem evecto declaravit, decernendo, Maddium, & Iſaiam Fratres de Guzaris Hebræos ſuccedere non debere in hæreditate Pii eorum Fratris alias hebræi, qui poſtea ad Fidem Catholicam erat converſus, quoad bona ſtabilia in hoc Dominio ſita, eaque ad Fiſcum uti hæreditatem vacantem ſpectare, quo vero ad bona mobilia eoſdem Fratres ſuccedere debere.

Habent Judæi Civitatis Alexandriæ, ex privilegio, Conſervatorem, qui in eorum cauſis eſt Judex. Hinc dubitatum fuit an etiam ſit Judex in cauſis Chriſtianorum,

2 ſive Judæi Rei ſint, ſive Actores. In controverſia de hoc vertente inter Prætorem
Alexandriæ, & Hyacintum Farinam Conſervatorem, declaravit Senatus privile-
gium Conſervatoris locum tantum habere, quando Judæi conveniuntur, refe-
rente Magnif. Senatore de Putheo die 23. Julii 1672. -- Egr. Secret. Maddio --
Hoc idem confirmavit non obſtantibus in contrarium deductis die 11. Januarii
1673. referente eodem Magnif. de Putheo -- Secret. eod.

AD CONSTITUTIONEM.

(a) Ad §. *Nec etiam* verb. *Caputium*.

Senatus derogandum non eſſe exiſtimavit huic Conſtitutioni quoad Caputii dela-
3 tionem in caſu Abrami Vitalis Hebræi, qui hujuſmodi petiit derogationem ab
Excellentiſſimo Gubernatore, a quo conſultus ipſe met Senatus, votum dedit
negative, in quo poſtea permanſit die 12. Octobris 1668. Magnif. Senatore Com.
Burro referente -- Egr. Secret. Sadarino.

Cum innotuiſſet Senatui in deſuetudinem abire delationem Caputii quoad Hebræos
ex privilegio commorantes in Civitate Laudæ, & Alexandriæ, conſultationem
4 exaravit Excellentiſſimo Gubernatori pro opportuna providentia, qui ſtatim
Conſtitutionis obſervantiam præſcripſit Proclamate 26. Maji 1683. aucta pœna
immediatæ expulſionis a toto hoc Dominio in caſu contraventionis.

Delatio Caputii quoad maſculos, & colleti quoad fœminas cavetur etiam in Con-
5 cilio Provinciali Mediolanenſi Primo *tit. de Judæis*.

(b) Ad §. *Permiſſum eſt*.

Hebræi in Dominio Parmenſi commorantes petierunt ab Excellentiſſimo Moderatore
6 facultatem liberè accedendi ad hoc Dominium, ibique moram faciendi, negotia
peragendi, & redeundi. Excitatus ſuper hoc Senatus reſpondit die 28. Maji 1685.
ſervandam in omnibus hujus Conſtitutionis diſpoſitionem referente Magnif. Se-
natore Bonetto -- Egr. Secret. Tatto.

DE RESCRIPTIS, ET MANDATIS PRINCIPUM.

PEr Reſcripta (*a*), quibus mandatur ſummariè, facti veritate attenta procedi, non intelligatur ſublatum Sapientis conſilium, (*b*) quod ex jure municipali aſſumendum ſit.

Reſcripta impetrantes, intra menſem (*c*) Judici exhibere (*d*), parte citata, teneantur; aliàs nulla, & irrita ſint.

Reſcripta contra debitores, (*e*) etiam in forma Cameræ conceſſa, creditoribus executionem perſonalem non tribuant, niſi alio jure competat, nec juriſdictionem non habentibus; ita ut eorum virtute nemo extra juriſdictionem ſuam trahatur. (*f*)

Intimata parti citatione peremptoria à Judice ſubſignata, cujus terminus adhuc duret, Judex ubi in precibus non ſit mentio facta peremptorii, inhibitionibus per Senatum faciendis non obſtantibus, judicare poteſt, niſi cauſa eſſet inappellabilis, vel aliàs ſententia mittenda executioni eſſet. Quibus caſibus quando eſſent tranſmiſſa duo peremptoria ſignata ut ſupra, & de eis non ſit facta mentio in precibus, etiam inhibitionibus præmiſſis non obſtantibus, Judex judicare poterit.

Si quis preces dederit, & ad eas in cauſa ſuperſederi (*g*) obtinuerit, & preces parti intimari, ſi id Mediolani fiat, intra decenduum ex-

Digitized by Google

expeditionem à Senatu obtinere teneatur; Si extra Mediolanum, intrà quindecim dies. Quibus elapſis, Judices ampliùs ſuperſedere non teneantur. (*b*)

Quicunque in medio, vel alia parte litis, Reſcripta impetraverit, in precibus exprimere teneatur, proviſiones à Senatu ad ipſius, vel alterius partis petitionem, impetratas, (*i*) & in judicio exhibitas, quæ ad cauſam facere videbuntur. Aliàs reſcripta nullius ſint momenti, nec per Judices executioni demandentur. Et in impenſis impetrans condemnetur, arbitrio Judicis taxandis.

Supplicationes (*l*) non admittantur, niſi prius fuerint ſubſcriptæ (*m*) per Doctorem, vel Cauſidicum, aut Notarium ipſius cauſæ actorem, qui ſit de Dominio Mediolani; Qui, ſi calumnioſè in ſupplicationibus, aut in cauſis ipſis, ſe habuiſſe cognitum fuerit, non ſolùm in expenſis in lite factis, ſed etiam in pœna pecuniaria, & alia graviori, arbitrio Senatus, omninò plectentur.

AD TIT. DE RESCRIPTIS, ET MANDATIS PRINCIPUM.

Decis. et Annot.

Diſpoſitionem hujus Conſtitutionis non procedere in cauſis criminalibus cenſuit
1 Senatus die 10. Decembris 1603. in cauſa Hortenſii Boidi, & Conſortum;
2 in reliquis autem eſſe inconcusſè ſervandam a Judicibus præſcripſit in ejus Ord.
15. Januarii 1580., & 11. Auguſti 1616.
Quænam a Litigantibus impetrari, quæve a Senatu concedi poſſint reſcripta, haben-
3 tur in Ord. Senat. 15. Januarii 1580., & 11. Auguſti 1616., *ibique in meis annot.*
Exequi non debent a Judicibus reſcripta, niſi ſint expedita a Cancellaria in forma
4 ſolita. Ord. Senat. 30. Octobris 1647., 23. Januarii 1664., 4. Martii 1665.,
5 1. Maji 1675., 6. Novembris 1716.; quid autem ſervandum ſit a Cancellariis in
eorum expeditionibus habetur in Ord. Senat. 2. Aprilis 1566. *tit. de Cancellariis*.
Principibus ſemper cordi fuit adminiſtratio juſtitiæ; hinc ubi contingat ob ſuppli-
6 cantium importunitatem concedi reſcriptum continens damnum tertii, ſuperſe-
dendum eſt ab illius executione, etiam ſi agatur de reſcripto reſpiciente favorem
Fiſci. Ord. Vormat. 6. Auguſti 1545. *impreſ. inter. Ord. Senat.*
Mandat quandoque Senatus Judicibus, quod *provideatur prout juris*; & per ejuſmodi
7 reſcriptum retardari non poteſt executio illarum ſententiarum, a quibus per Sta-
tuta non licet appellare ſub pœnis contentis in Ord. Senat. 22. Auguſti 1686.
Reſcripta data Magnificis Senatoribus Prætoribus ut *provideant prout ſibi convenire*
8 *videbitur* non tribuunt ipſis aliquam delegationem, nec immutant formam judicii
Ord. Senat. 11. Auguſti 1616. §. *fin.*
Plerumque obaudiendo Supplicantes non juſta poſtulantes, ſolet Senatus reſcribere,
quod *Partes uti debeant juribus ſuis*, & tali caſu ad cohibendam Supplicantium
9 importunitatem, cautum eſt ſuccumbentem cenſeri debere condemnatum in ex-
penſis Ord. Senat. 11. Auguſti 1616. §. *cum in publica*, & ita referente Magnif.
Senatore Putheo decrevit Senatus die 16 Novembris 1668. in caſu Buellæ Bo-
bienſis; & in Ord. Senat. diei 5. Maji 1700. renovato in ejuſdem Ord. 7. Junii
1714., qui incipit *cohibere curavit*, declaratum fuit dictam condemnationem habere
10 locum contra non obtinentes, quocunque modo conceptum fuerit decretum, niſi
expreſsè a Senatu abſoluti fuerint ab expenſis.
Propoſitum fuerat in Senatu an danda eſſent reſcripta mandantia, *quod ubi appel-*
11 *latio ſit manifeſtè frivola, & calumnioſa, ea non obſtante procedatur ad ulteriora*,
& ſancitum fuit concedenda eſſe præſcriptis iis, quæ ſervanda ſunt in ejuſmodi
reſcripti conceſſione, ut in Ord. Senat. 17. Novembris 1627.
Reſcripta concedit Senatus etiam in cauſis criminalibus, utque partium indemnitati cau-
12 tum ſit, decrevit ea conſignari non debere partibus intereſſe habentibus Ord. 9. Auguſti
1702.

AD

Digitized by Google

AD CONSTITUTIONEM.

(*a*) Ad §. *Per reſcripta*.

13 Quæ ſervari debeant in reſcriptis a Senatu impetrandis, & quæ ab eodem concedi poſſint, diſponitur in Ordinibus Senatus diei 15. Januarii 1580. renovatis die 11. Auguſti 1616.

(*b*) Ad verba *ſapientis conſilium*.

14 Idem diſponitur in jam citato Ord. Senat. 15. Januarii 1580. §. *quod reſcripta*, renovato die 11. Auguſti 1616. §. *eod.*

(*c*) Ad §. *Reſcripta* verb. *intra menſem*.

15 Pro celeriori cauſarum expeditione terminus menſis fuit reſtrictus ad ſex dies juridicos, ſub pœna nullitatis reſcripti Ord. Senat. 15. Januarii 1580. §. *Impetrantes reſcripta*, renovato die 11. Auguſti 1616. §. *eod.*

(*d*) Ad verba *Judici exhibere*.

16 Reſcriptum ad lites præſentari debet ante ſententiam; reſcriptum vero gratiæ præſentari poteſt etiam poſt ſecutam condemnationem. Ita declaravit Senatus in ejus Ord. 9. Martii 1595.

(*e*) Ad §. *Reſcripta* verb. *contra debitores*.

17 Idem cavetur in Ord. Senat. 15. Januarii 1580. §. *confirmationes*, renovato die 11. Auguſti 1616. §. *eod.*

(*f*) Ad verb. *Trahatur*.

18 Niſi contrarium expreſsè in reſcripto conceſſum ſit, ut in Ordinibus prædictis.

(*g*) Ad §. *Si quis preces*.

19 Ad protrahendas cauſarum expeditiones obtinent quandoque litigantes a Senatu proviſiones, quibus præſentatis Judices ob reverentiam ſuperſedent, licet in reſcripto nulla facta fuerit mentio ſuperſedentiæ: Hinc ad tollendas ejuſmodi pernicioſas procraſtinationes, Senatus Conſulto diei 12. Junii 1566. ſancitum eſt non eſſe in cauſis per Judices ſuperſedendum; niſi in ipſis proviſionibus expreſsè demandata fuerit ſuperſedentia.

20 Pendente cauſæ expeditione, & cupientes litigantes eam ulterius protrahi, impetrant quandoque reſtitutionem in integrum, quæ concedi ſolet cum clauſula *ſi, & prout juris*; non obſtante autem ejuſmodi reſcripti conceſſione debent Judices cauſas expedire intra tempus præſcriptum ab hiſce Conſtitutionibus, aliiſque ſanctionibus a Senatus editis pro celeri cauſarum deciſione, ut cavetur in ejus Ord. 25. Junii 1717.

(*h*) Ad verba *Quibus elapſis*.

21 Superſedentiæ obtentæ ad effectum, de quo in hac Conſtitutione, an & quando prorogari poſſint per Senatorem, habetur in Ord. Senat. 11. Auguſti 1616. §. *in aliis cauſis* verſic. *prorogationes*.

(*i*) Ad §. *Quicunque* verb. *impetratas*.

22 Saluberrimam hanc diſpoſitionem, pro eliminandis difficultatibus cauſarum expeditionem protrahentibus, renovavit Senatus Ord. diei 22. Septembris 1569.

(*l*) Ad §. *Supplicationes*.

23 Supplicationes porrigendæ Senatui conſcribi debent claro, & intelligibili caractere, aliter non admitti, vel lacerati debent. Ita præſcribitur in Ord. Senat. 22. Auguſti 1686. §. *Preces*.

24 Ad evitandas reſcriptorum ſubreptiones, in Supplicationibus inſeri debent omnes aliæ ſupplicationes, & literæ ad inſtantiam utriuſque partis datæ in cauſa, de qua agi continget, ſub pœnis contentis in Ord. Senat. 9. Auguſti 1604.

25 Inoleverat abuſus in rebus perſonarum divitum, aut aliquo titulo inſignium impetrandi a Senatu proviſiones per interpoſitas perſonas eorum negotiorum geſtorum, vel procuratorum; cumque hoc non conveniret ſupremæ dignitati Senatus Principem

cipem

Digitized by Google

cipem repreſentantis; vetitum fuit admitti preces, quæ porrectæ ſint non ex perſona propria Supplicantium. Ord. Sen. 28. Junii 1634.

(*m*) Ad verba *non admittantur*.

Conquerente Sanctimoniali quadam Sanctæ Marcellinæ hujus Urbis, quod ab ejus
Tutore ſeducta fuiſſet ad faciendam ei donationem, cauſamque committi, cum
Senatus mandaſſet, recurſum habuit Cauſidicus Tutoris contendens ſe in precibus
26 injuriâ affectum, quia dictum fuerat, quod eam deceperit, & petiiſſet ad effectum
procedendi contra Advocatum, vel Procuratorem, dictas preces ſubſcribi ab alter-
utro, ut hic præſcribitur; cum autem eadem Sanctimonialis ſubſcripſiſſet Preces,
allegans licitum eſſe ea, quæ deſerviunt neceſſariæ defenſioni Cauſæ, exponere
ut cumque Partem collitigantem lædere videantur, & ex Ordinibus anni 1580.
15. Januarii, & 11. Auguſti 1616. permitti, ut ab ipſa Parte Preces valeant
ſubſcribi: Cenſuit Senatus die 7. Novembris 1642. Cauſam committendam,
& in illius deciſione rationem deductorum ſe habiturum.

Subſcriptio quoad Acta civilia fieri pariter debet tantum ab Advocato, vel Cau-
27 ſidico Ord. Senat. 4. Martii 1679., quoad Preces vero ſubſcriptio fieri debet vel
ab Advocato, vel a Cauſidico, vel a Parte Supplicante Ord. Senat. 15. Januarii
1580. §. *Supplicationes* 11. Auguſti 1616. §. *eod.* 14. Decembris 1678., 4. Martii
1679., 9. Maji 1680.

Cum autem noverit Senatus litigantes nimis eſſe proclives in utendo verbis mor-
28 dacibus in eorum precibus; hinc edixit preces eidem porrigendas debere eſſe
ſubſcriptas tantum ab Advocato, vel Cauſidico, quod ſervatur præterquam in
precibus, in quibus allegetur ſuſpectus aliquis ex Ampliſſimis Patribus, quia
juxta praxim ſubſcribuntur a Parte; nam ob reverentiam ipſis debitam Patroci-
natores ejuſmodi preces ſubſcribere recuſarent.

DE SENATORIBUS.

UNus tantùm in Dominio Mediolani Senatus (*a*) ſit, Mediolanique reſideat. Præſeſque (*b*), & Senatores (*c*), qui in eo ſedebunt, eorumque Secretarii (*d*) fruantur, & gaudeant Privilegiis, prærogativis, immunitatibus (*e*), libertatibus, & commodis, quibus præteritis temporibus Præſes, Senatores, & Secretarii frui, & gaudere conſueverunt: ſintque in dicto munere perpetui. §. Habeatque idem Senatus auctoritatem Conſtitutiones Principis confirmandi, infirmandi, & tollendi, ac concedendi quaſcunq; diſpenſationes (*f*), etiam contra Statuta (*g*), & Conſtitutiones. Item Statutorum, Ordinumque, ac proviſionum confirmationes faciendi: Nec non habilitationes, Temporum prorogationes, in integrum reſtitutiones (*h*) concedendi. Et ultra præmiſſa, in his, quæ ad Juſtitiam, aut æquitatem ſpectant, providendi. §. Univerſitatis quoque Papienſis curam habebit, Lectores deputabit, & amovebit; Salaria conſtituet, & denique alia faciet, veluti facere conſueverat. §. Singulo quoque Anno (*i*) Præfectos Peſtis eliget, & circa peſtem, & ſanitatem conſervandam, quæcunque opportuna faciet (*l*). §. Cognoſcetque Senatus (*m*) de cauſis Marchionatuum, Comitatuum, & quorumcumque Feudorum (*n*), ſive lis & contentio oriatur inter Principem, & vaſſallos, & ſeu inter ipſos vaſſallos. Similique modo (*o*), de omnibus aliis cauſis arduis, & magnis, ubi res, de qua agitur, ſit aureorum mille (*p*) annui redditus. Et etiam ubi agatur de interpretatione (*q*) Privilegiorum, & controverſiis Finium,

&

Digitized by Google

& aliis cauſis, de quibus vel viâ appellationis (*r*), vel alio modo, Conſilia Ducalia retroactis temporibus cognoſcere conſueverat. §. Inſuper cognoſcat de cauſis Appellationum (*s*) à Sententiis diffinitivis, vel interloquutoriis vim diffinitivarum habentibus, quæ per Magiſtros Reddituum utriuſque Cameræ, Præfectos Annonæ, Collaterales noſtros, vel Capitaneum Juſtitiæ ferentur (in caſibus tamen, in quibus appellari poteſt). §. Cognoſcet etiam Senatus de approbatione (*t*), confirmationeq; Literarum Principis, Donorum (*u*), Remiſſionum (*x*), Indulgentiarum (*z*), Privilegiorum (*aa*), Ordinationum, Edictorum (*bb*), & Gratiarum (*cc*) tàm in civilibus, quàm in criminalibus. Et eas vel approbabit (*dd*), vel limitabit, aut reſtringet, prout è re Principis, aut publica, eſſe cognoverit: Decernentes poſt hac omnes literas præſentari debere Senatui infra Annum (*ee*): Quas ſi Senatus non approbabit, vel confirmabit, nullæ, & irritæ, & inanes ſint, ac ſi nunquam à Principe conceſſæ fuiſſent. §. Cura quoque Senatus erit circa omnes Juſdicentes (*ff*), ſeu Officiales Juſtitiæ, ut, ſicut tenentur, juſtitiam exerceant. §. Juſque in eos habeat puniendi, ab officio privandi, & ſuſpendendi, ac corrigendi, ſecundùm caſus contingentiam, exceptis Quæſtoribus Ordinariis, & Extraordinariis, Præfectis Annonæ, Collateralibus, Vicariis generalibus, & Fiſcalibus generalibus: Providebitque quòd Officiales ſyndicentur (*gg*) juxta harum Conſtitutionum formam. §. A Decretis verò, Sententiiſve (*hh*), Ordinationibus, & Proviſionibus, quas Senatus faciet, non poſſit quovis modo appellari, provocarive, vel de nullitate dici: Sed hæ omnino effectum ſortiantur, & executioni mittantur. §. Poteſt tamen condemnatus per Sententiam, Decretum, vel Proviſionem Senatus, in termino à jure præfixo (*ii*), coram eodem Senatu ſupplicare, reviſionemq; petere, quæ per Senatum concedatur (*ll*), & per eundem Senatum revideatur (*mm*), parito priùs judicato (*nn*), & executioni miſſâ Sententiâ, ac facto depoſito (*oo*) aureorum centum penes Secretarium Senatus (*pp*), quod Fiſco cedat (*qq*), caſu quo petens reviſionem ſuccubuerit. §. Cæterùm, quia ex conditione temporum, & rerum eventu, neceſſarium eſt ſuper pluribus providere, poſſit idem Senatus ſecundùm caſuum contingentiam, opportunas proviſiones facere, quæ inconcuſsè ſerventur. §. Cùm autem Criminales cauſæ, & quæ in eis incidunt, maximi ſint momenti, & plerumque præjudicium irreparabile parere ſoleant; ſitque per Ordines priſcos hujus Dominii ſublata omnis Appellatio, Reclamatio, aut querela à ſententiis, & actis, quæ ſuperinde feruntur, & fiunt; Operæ pretium viſum eſt, ſubditis conſulere, ut fortè ſi Judices Ordinarii, aut Delegati, ſive Feudatarii, & eorum Officiales, iniquè & perperam contra eos agant, ut Senatus hujuſmodi cauſis criminalibus audiendis, & pertractandis incumbat: Querimonias tàm contra Judices Ordinarios, aut Delegatos, quàm contra privatos, aut Feudatarios, & eorum Officiales audiat, ſivè de pœnis corporalibus, ſivè pecuniariis, aut bonorum confiſcationibus nondum declaratis tractetur, ſivè etiam de mulctis per Ordinarios, aut Delegatos factis,

aut

aut tranſmiſſis agatur: Super quibus ſancimus, oppreſſis, & indebitè mulctatis, per Senatum provideri, & ſuccurri. Ea tamen lege, quòd Judices, qui indebitè mulctaverint, ipſi incontinenti mulctam Fiſco ſolvant. Audiat etiam Senatus, relationes Judicum Ordinariorum, ac Delegatorum, Feudatariorum, ac Officialium ſuorum, ac etiam Fiſcalium petitiones. In dictis rebus criminalibus, tàm oretenus, quàm in ſcriptis, & quid de Reis conſtitutis, & carceratis agendum ſit, cenſebit. Et demum omnia in criminalibus faciet *(rr)*, quæ pro Juſtitia, & æquitate, ei videbuntur opportuna. Et quicquid faciet, vel decernet, parem vim habeat, ac ſi à Principe factum fuiſſet. §. Senatus tamen delictorum remiſſiones, ſeu gratias, vel literas ſalviconductus *(ss)*, Reis criminum dare, vel concedere non poſſit, quia earum conceſſio Principi reſervata eſt.

AD CONSTITUTIONEM DE SENATORIBUS.

Decis. et Annot.

(*a*) Ad §. *Unus tantum* verb. *Senatus*.

SEnatus dicitur, quando Senatores etiam abſque Præſide collegialiter congregantur
1 ſive ſint numero plures, ſive pauciores; ubi autem Præſes cum aliquibus Senatoribus reperiatur, ubicumque reperiantur, intelligitur eſſe corpus Senatus, ut declaravit S. R. M. literis 23. Februarii 1595.

Senatus Mediolani, attenta ſuprema ejus auctoritate, judicat ſola veritate facti
2 inſpecta, ideoque decernit etiam ſuper non petitis, ſed probatis in proceſſu, ut decidit menſe Septembris 1653., referente Magnif. Senatore Bracherio, favore D. Plinii Odeſcalchi, contra hæredes Magnif. Senatoris Arias ſecundi Mariti Matris dicti Odeſcalchi, decernendo eidem reſtituendam eſſe debitam partem Jocalium, de quibus conſtitit Senatui, licet coram ipſo petita non fuiſſent.

Senatus vigore prædictæ ſupremæ ejus auctoritatis judicat juxta veritatem facti
reſultantem etiam ex actu, vel documento impugnato ex capite nullitatis, juxta
doctrinam Hodiernæ ad Surd. *decis. 196. per tot.* Hinc Senatus menſe Decembris
3 1657., referente Magnifico Senatore Carillo, quamvis declaraſſet inſtrumentum a
Cæſare Priſtino factum eſſe nullum, nihilominus condemnavit ejus Adverſarios ad
reſtitutionem pecuniarum, quas in illo inſtrumento habuiſſe ab ipſo confeſſi fuerant.
4 Idem judicavit Senatus die 21. Junii 1658. favore Marchionis Franciſci Mariæ
Corii, contra Marchioniſſam Silviam Coriam Carcaſſolam ejus Sororem, referente
Magnifico Senatore Pernigotto.

Pro debiliorum Subditorum indemnitate ad Senatum ſpectat ſalvaguardiam concedere ad *text. in l. illicitas §. ne potentiores ff. de Officio Præſidis*; in illius autem conceſſio-
5 ne non requiritur partis citatio, ſed tantum juſſu Senatus ſumuntur informationes de potentia, & moribus illius manuprompti, & quod minas exequi ſoleat, iiſque habitis concedit ſalvaguardiam. Ita referente Magnif. Senatore Orrigono cenſuit die 13. Julii 1650. favore cujuſdam J. C. contra quemdam Comitem ejus debitorem, qui minas graviſſimas inferebat loco ſolutionis debiti ſatis gravis -- Egr. Secret. Ivagnez.

Requiſitus fuit Senatus ab extero Tribunali, ut exequi faceret ſententiam ab eodem in cauſa civili prolatam contra Subditos hujus Dominii in bonis hic ſitus, & cum cognoviſſet Senatus dictam ſententiam eſſe injuſtam, & iniquam, dubitatum fuit an nihilominus exequi deberet. Super hoc puncto excitatus fuit Magnif. Jacobus
6 Menochius tunc Senator ſedens, ut votum ſuum exararet, quod fuit, in ejuſmodi caſu dictam ſententiam exequi non deberi, ut in ejus *conſ. 676. lib. 7.*, eoque poſtea in Senatu relato per Magnif. Senatorem Camillum Trottum, decretum fuit die 30. Maji 1592. juxta votum dicti Magnifici Menochii.

Quando Senatus novit aptationem viarum hujus Urbis in dedecus tantæ Metropolis,
7 & in grave Civium incommodum negligi, conſuevit zelo proſpiciendi publicæ utilitati deputare alterum ex Ampliſſimis Patribus, qui Judicem ſtratarum excitaret

ad implendam munus ſuum, & provideret pro opportuna viarum aptatione, ut ex
Ord. Senatus 27. Maji 1639., & 28. Februarii 1674.

Mortuo Ferdinando Gonzaga hujus Dominii Moderatore, gubernarunt Senatus, &
8 Magnus Cancellarius donec Dux Albæ gubernii hujus Dominii poſſeſſionem eſt
adeptus, ut in Ord. Senat. 25. Junii 1555. *ibique in meis annot.*

Senatus, vita functo aliquo Senatore, tres nominat proponendos S. R. I. A. M. pro
9 nova unius electione, & ejuſmodi nominatio fieri debet de Juriſperitis idoneis
Civitatum hujus Dominii, ut demandatum fuit a PHILIPPO II. Hiſpaniarum Rege
literis 29. Januarii 1593., & peculialiter pro Civitate Papiæ ab Imperatore
CAROLO V. literis 1. Junii 1548., & a PHILIPPO III. Hiſpaniarum Rege literis
2. Martii, & 6. Julii 1619.; pro Civitate Cremonæ a ſupra laudato PHILIPPO II.
literis 24. Aprilis 1580.; pro Civitate Laudæ ab eodem PHILIPPO II. literis 13.
Aprilis 1583.; & demum pro Civitate Novariæ ab Hiſpaniarum Regibus PHILIPPO II.
literis anno 1588., a PHILIPPO III. literis 2. Junii 1620., & a PHILIPPO IV.
literis 8. Januarii 1622.

Coram Senatu, aliiſque Tribunalibus comparere vetitum eſt Religioſis pro tractandis
10 negotiis, litibuſque Secularium ex Ord. Reg. 15. Decembris 1646. Tribunalibus
tranſmiſſo ab Excellentiſſimo Gubernatore die 9. Maji 1647.

(*b*) Ad verb. *Præſeſque*.

In decidendis cauſis civilibus, & criminalibus Præſes habet votum præponderans;
11 in nominationibus autem, quæ fiunt per Senatum, habet duplex ſuffragium, & votum
ſuum non poteſt aperire, niſi ſuo loco, & tempore Ord. Reg. 12. Octobris 1586.

Abſente Præſide, illius vices ſupplet Senator Decanus, & iiſdem prærogativis fruitur
12 quoad votum, non ſolum in decidendis cauſis, verum etiam in ſupradictis nomina-
tionibus, ut declaravit Senatus in ejus Ord. 6. Junii 1695.

Præſes poteſtatem habet convocandi Senatum aliis diebus, & horis, quibus ipſi pla-
13 cuerit, non ſolum ex antiquo Inſtituto, verum etiam ex Ord. Reg. 28. Maji 1604.
impreſſo inter Ord. Senat.

Quæ ſervanda ſint ab allegante Præſidem ſuſpectum habentur in Ord. Senat. 11.
14 Auguſti 1616. §. *Qui Senatores ult.*; ſubſiſtente autem recuſatione Præſes abſtinet
15 quidam a voto, ſed non ab aliis, quæ per Præſidem fieri debent, & præſertim a depu-
tatione Relatoris, ut decidit Senatus die 18. Junii 1616. in caſu Illuſtriſſimi
Præſidis Squarciafici – Egr. Secret. Bellaſio.

Præſes in cauſa, in qua habet intereſſe, qui ipſum non ſalutat, non abſtinet a voto.
16 Ita declaravit Senatus in cauſa Donnæ Erſiliæ Galliæ die 18. Maji 1663.

(*c*) Ad verb. *Senatores*.

Ad ſervandam ſupremam Senatus majeſtatem, præcelſam Senatorum dignitatem,
17 recteque juſtitiam adminiſtrandam, quæ obſervanda ſint ab Ampliſſimis Patribus
pro adimplemento eorum muneris, habentur in Ord. Senat. 15. Januarii 1680.

Humanæ imbecillitati ſuccurrendam eſt imploratione divini auxilii; hinc Senatores
18 antequam in Senatu negotia tractent, Sacrum audire debent in Sacello Senatus,
& ſufficit, quod adſint ſaltem duo Senatores Ord. Reg. 28. Maji 1604. *impreſ.
inter Ord. Senat.*

Senatores ſaltem quatuor eſſe debent in tractandis, & decidendis cauſis d. Ord. Reg.
19 28. Maji 1604. Intellige ultra Præſidem, vel Pro-Præſidem, ut declaravit Senatus
20 die 4. Septembris 1619. in cauſa Marchionis Caravagii intentata contra Ducem
Albeti.

Attenta hac Senatus declaratione, & d. Ordine Reg. dubitatum fuit in Senatu die
2. Septembris 1630. præſente Regio Viſitatore Generali, an colligi poſſent vota
pro ferenda ſententia in cauſa Jo: Stephani Baruelli Rei uſus peſtiferæ unctionis
ad perimendos homines fabricatæ, ex eo quia erant ſolum tres Senatores, & præ-
dictus Viſitator votare noluit ob irregularitatem; & re maturè perpenſa concluſum
fuit ſupra recenſitum Ordinem Regium, qui quatuor requirit, intelligi debere,
21 & eſſe ſervandum, quando adeſt copia Senatorum, & facilè numerus prædictus
poteſt impleri; cumque eo tempore deeſſet Senatorum copia ob mortem multorum,
& juſta aliquorum impedimenta ex peſtilentiæ, & belli cauſâ, determinatum fuit,
dictam cauſam, & alias quaſcunque poſſe expediri exiſtentibus tribus ſolummodo
Senatoribus, & ſic prædicta cauſa fuit deciſa, decretumque ita in futurum eſſe
ſervandum durante Senatorum deficientia.

Anno

Anno 1663. die 3. Julii initus fuit Senatus cum tribus Senatoribus, & Præſide,
22 & expeditæ fuerunt diſpenſationes dotium, & duæ relationes deffinitivæ criminales, altera nempè Capitanei Juſtitiæ Modoctiæ, & altera Prætoris Cottonei
exiſtente Secretario Egr. Sadarino.

Quonam ordine votandum ſit per Senatores in cauſis coram Senatu, præſcribitur in
23 ejuſdem Ord. 26. Februarii 1670.

Qui fuit præſens Relationi alicujus cauſæ, ſi antequam decidatur, ægrotet, vel alia
24 juſta cauſâ abſit a Senatu, interim donec redeat, ſuſpenditur Relatio, & difertur
deciſio cauſæ Ord. Reg. Tomar. 17. Aprilis 1581. §. *ancora intendiamo -- impreſ. inter Ord. Senat.* Iſte tamen Ordo non procedit in cauſis Recurſus, quæ decidi
25 poſſunt etiam abſente aliquo Senatore, qui fuit præſens Relationi. Ord. Senat. 10.
Januarii 1613.

Indicta die pro votanda cauſa inter Com. Sancti Secundi, & Ducem Albeti, cum
numerus Patrum ad quinque redactus eſſet, & Magnif. de Magiſtris longo morbo
26 laboraret, parteſque concordes eſſent, ut nova fieret relatio, cenſuit Senatus die
28. Junii 1642. novam relationem fieri debere.

Non poſſunt eſſe Protectores Minorum, eorumque bonorum, & hæreditatum Admi-
27 niſtratores. Ord. Reg 29. Martii 1586., delegantur tamen in eorum cauſis, &
tunc quænam ipſis competat authoritas, habetur in atteſtatione Egr. Secretarii 3.
Junii 1702. *impreſ. inter Ord. Senat.*

In cauſis delegatis uti debent operâ Secretarii, vel Cancellarii Senatus. Ord. Reg.
28 28. Maji 1604. *impreſ. inter Ord. Senat.*, & in quocunque acceſſu faciendo pro mu-
29 nere Senatorio, uti debent operâ alterius ex Oſtiariis Senatus, ex ejuſdem Ord. 1.
Junii 1697.

Ubi ſuſpecti ſint tot Senatores, ut numerus deficiat pro expeditione cauſæ, adjun-
30 guntur Magnifici Præſides utriuſque Magiſtratus, ut ſæpe ſæpius evenit, &
ſignanter in cauſa ſuſpicionum Senatorum, relata die 20. Julii 1726. a Magnif.
Senatore Com. Cattaneo, occaſione litis vertentis inter Com. Don Gaſparem
Stangam, & Marchionem Abbatem poſtea Archiepiſcopum Palmiræ Don Jo: Baptiſtam Aribertam; & tunc ſententia concipitur in caput Senatus, & in ipſa
31 nominantur etiam ipſi adjuncti, ut poſt alios caſus practicatum fuit in ſententia
Senatus lata die 17. Maji 1561. favore Marchionis Caravagii ſuper validitate Teſtamenti Ducis Ludovici Mariæ Sfortiæ, & in prædicta cauſa Stanga, & Ariberta.

Vetitum eſt Senatoribus conſulere, aut Advocati munere fungi in aliqua cauſa;
32 cum hoc nec eorum dignitatis decori, nec collati muneris implemento conveniat.
Ord. Reg. 23. Julii 1622.

Senatores Lecturæ criminalis expedire nequeunt cauſas civiles. Ord. Reg. 17. Aprilis
33 1581. §. *ſiamo informati -- impreſ. inter Ord. Senat.*, & durante eorum lectura
ſaltem bis debent accedere ad Carceres, & Carceratorum cauſas intelligere, &
34 Senatui referre pro celeri earum expeditione. Ord. Senat. 31. Julii 1544., nunc
35 autem a Senatu deputantur Viſitatores Carceratorum, quorum authoritas durat
donec ſequatur alia deputatio. Ord. Senat. 10. Januarii 1678.

Exceptis caſibus de forma, Senatores nullam ſupplicationem expedire poſſunt, niſi
36 prius in Senatu proponatur Ord. Senat. 15. Januarii 1580. §. *Senatores*. 11. Auguſti 1616. §. *eod.*, & Senator Relator non poteſt inconſulto Senatu aliquid
37 addere, vel adimere ab ejuſdem ordinationibus ex ſæpè cit. Ord. Reg. Tomar.
17. Aprilis 1581. §. *vogliamo &c.*

Singulo triennio ab Excellentiſſimo Gubernatore deputantur duo Senatores pro
38 Præturis Papiæ, & Cremonæ, quas per turnum exercere debent omnes Senatores,
& etiam Regentes creati ad honorem, Ord. Reg. anni 1744.

Senatores electi ad dictas Præturas dimittunt cauſas ſibi commiſſas Ord. Senat. 10.
Junii 1613., & eas expleto Prætoris munere alias reaſſumebant ſine nova commiſſione, ubi durante eorum abſentiâ ſecuta non fuiſſet alia ſubrogatio; nunc
39 vero poſtquam redierint, eas non reaſſumunt, neque de conſenſu partium, ut ex
deciſionibus ejuſdem Senatus pro utraque obſervantia relatis *in meis annot. ad d. Ord. Senat. n. 4., & 5.*

Finito triennio antequam diſcedant ſyndicantur ſicut cæteri Prætores; & in eorum
Syndicatores a Senatu eliguntur Senatores, qui ultimò ſederint in Senatu tem-
40 pore eligendorum Syndicatorum, neque ulla admittitur excuſatio, niſi alii Senatores ultro ſe offerant muneri obeundo. Ord. Senat. 24. Novembris 1639., &
reverſi in Senatu non ſedent, niſi ſecuta liberatione a Syndicatu.

Senatores non poſſunt decretare domi: *Quod reſcribatur ſtatus cauſæ ex officio*,
41 etiam ſi adſit votum Fiſci, niſi re propoſita in Senatu; nec decretare: *quod
concedantur proceſſus originales, vel relationes Protectoribus Reorum pro faciendis
defenſionibus*, niſi agatur de pauperibus, vel miſerabilibus perſonis. Ord. Senat.
17. Julii 1677.

Senator Commiſſarius cauſæ modici momenti per Senatum avocatæ, poteſt eam domi
42 expedire, ſi non excedat aureos centum de capitali, exceptis tamen cauſis in gradu
appellationis ex Ord. Senat. 22. Auguſti 1686. §. 22.

Quæ ſervanda ſint ab allegante ſuſpectum Senatorem habentur in Ord. Senat. 11.
43 Auguſti 1616. §. *Qui Senatores alt.*, & quæ ſervanda ſint a Senatoribus recuſatis
44 habentur in Ord. Reg. Tomar. 17. Aprilis 1581. §. *più intendiamo*.

Abſtinere debent a voto in cauſa, in qua ſit Advocatus Filius, Pater, Socer, Gener,
45 Frater, Patruus. Ord. Reg. 28. Maji 1604. Iſte tamen Ordo ſtrictè accipi debet,
nec extendi ad perſonas in eo ſpecificè non expreſſas: Hinc Senatus in cauſa
vertente inter Egr. Advocatum Fiſcalem Bellonum, & Magnif. Senatorem Paga-
46 num, in qua patrocinante celeberrimo Advocato Bonetto poſtea Senatore Fratre
Uxoris Magnif. Senatoris de Clericis prædefunctæ relictis filiis, referente Magnif.
Com. Siccoborella cenſuit die 9. Januarii 1675. Ampliſs. P. de Clericis interve-
nire debere -- Egr. Secret. Coſſa.

Cum pariter in cauſa vertente inter quemdam Gallum, & Annonum allegatus fuiſſet
ſuſpectus alter ex Ampliſſimis PP. ex eo, quia Advocatus unius Partis eſſet Affinis
47 ejuſdem Senatoris, ſed extra gradus in dicto Ordine Regio expreſſos, Senatus die
1. Septembris 1678. decrevit intervenire debere -- Egr. Secret. Oliverio; cæterum
in gradibus affinitatis expreſsè prohibitis ſervandos eſſe inviolabiliter Regios Ordi-
nes ſanxit Senatus in ejus Ord. 9. Maji 1645.

Prohibitio dicti Ordinis Regii quoad perſonas in eo expreſſas ſervanda eſt etiam ſi pars,
cujus favore militat pro recuſatione, conſentiat. Ita declaravit Senatus die 18.
48 Junii 1616. decernendo Illuſtriſs. Præſidem Squarciaficum abſtinere debere a voto
in cauſa vertente inter Triultios, & Eſtenſes, qui libentiſſimè annuebant, ut vo-
tum ferre poſſet, licet pro Triultiis Advocatus foret Joannes Cavalchinus poſtea
Quæſtor Magiſtratus Extraord. Reddit., & demum Senator, qui erat Gener dicti
Præſidis -- Egr. Secret. Bellaſio.

Procedit demum prædicta prohibitio etiam in cauſis criminalibus. Ita referente Magnif.
Com. Loayſa cenſuit Senatus die 12. Junii 1665. decernendo Magnif. Senatorem
49 de Puteo abſtinere debere a voto ſuper relatione definitiva Vicarii Martheſanæ de
quodam Bergomenſi, cujus defenſiones fecerat uti Protector Carceratorum Comes
Foſſatus Gener dicti Magnif. de Puteo.

Pariter abſtinere debet Senator a voto in cauſis criminalibus, in quibus votum jam
50 tulit, dum eſſet Capitaneus Juſtitiæ, vel Advocatus Fiſcalis, quando cauſa pro-
poſita fuit in Curia. Ord. Senat. 28. Junii 1633.

Anno 1589. ex ſententia Senatus Ampliſſimus Senator Boſſius abſtinere debuit a voto
51 in cauſa Scaffeta, quia ipſius Gener cauſam conſimilem habebat, & in ipſius domo
propria degebat.

Cum Marchio Horatius Pallavicinus ageret coram Quæſtoribus Extraord. Reddit. ad
conſecutionem ſui crediti in bonis Rainaldi Tettoni, & Thomæ Abduæ, &
ſuſpectum allegaſſet Quæſtorem Mendociam uti Affinem aliquorum Concreditorum
ipſorum Tettoni, & Abduæ, & D. Arſagum, qui Fiſci partes egerat in ea cauſa;
52 cenſuit Senatus die 4. Decembris 1589. D. Mendociam, & alios, ſi qui eſſent
affinitate juncti, & D. Arſagum abſtinere debere a voto.

Delegatâ per Excellentiſſimum Gubernatorem ad referendum in Senatu Magnif. Se-
natori Auguſtino de Dominicis cauſâ inter Comitiſſam Liviam Belgioſiam, & Co-
mitiſſam Annam Moronam ejus filiam parte una, & Com. Hieronymum Moronum
Stampam earum reſpective Maritum, & Patrem parte altera, prodiit deciſio favo-
re ipſius Comitiſſæ Annæ quoad quædam capita, & quoad reliqua propoſitum fuit,
Arbitris eſſe committenda; unde dictæ Mulieres nominarunt Præſidem Squarciaſi-
cum; dictus autem Comes Hieronymus alium. Cum vero per hos Arbitros nihil
agi potuiſſet, iterum obtenta fuit a S. E. delegatio in præfatum Præſidem Squarcia-
ficum, coram quo agere intendebant dictæ Mulieres; verum Comes Hieronymus
eum allegavit ſuſpectum, quia fuerat in Arbitrum electus ex parte dictarum Mu-
53 lierum. Propoſitis itaque die 26. Februarii 1613. decreto delegationis, precibus,
reſponſiſque partium, cenſuit Senatus, perſiſtendum eſſe in prædicta delegatione;
eo tamen addito, quod ubi præfatus Præſes videret aliquas difficultates excitari

hinc

Digitized by Google

hinc inde, quæ conſultatione, & deciſione Senatus indigere viderentur, de illis prius
verbum faceret, ſi & prout convenire eidem videretur -- Egr. Secret. Beſutio.
Juſta cauſa recuſandi Senatorem eſt inimicitia, dummodo non ſit affectata, & non
54 ſupervenerit ex culpa eam allegantis, ut declaravit Senatus die 23. Novembris
1617. contra Jo. Jacobum Peronum Cauſidicum Papienſem, qui allegaverat ſuſ-
pectum Magnif. Senatorem Com. Ludovicum Tabernam ex cauſis relatis a Rugi-
nello *de Senator. gl. 6. cap. 19. ſub n.* 222. verſic. *recuſaverat*.
Eleonora Riccia habens litem cum Loco Pio Conceptionis B. V. M. allegavit ſuſpe-
55 ctum Magnif. Senatorem Aliferum, ex eo quia eſſet Prior dicti Loci Pii, fuit
interrogatus medio Egr. Segretarii, an verè eſſet Prior, an intenderet abſtinere,
& reſpondit Prioratui renunciaſſe, ſed hujuſmodi renuntiationem non fuiſſe accep-
tatam, & quoad votandum ſe remittere deciſioni Senatus, qui die 21. Aprilis
1643. cenſuit abſtinere debere.
Dubitatum fuit die 26. Julii 1643. an Magnif. Petracinus poſſet votum ferre in
cauſa inter Com. Biliam, & Ducem Albeti; quia patrocinatus fuerat pro Biliis
ſuper puncto juriſdictionis inter Senatum, & Magiſtratum, & ſuper articulo, quod
56 interuſuria depoſiti deberentur, de quibus cum tunc non controverteretur, cen-
ſuit Senatus hæc non obſtare, remittendum tamen ejus religioni, an conſcientiam
in contrarium haberet, quod ulterius eſſet progreſſus, & ita, ut ſi contingeret
diſputari de interuſuriis abſtineret: Reſpondit nullum contrarium animi motum
habere, & interfuit.
In cauſa vertente inter Poronum Blancum, & Monaſterium Sanctæ Mariæ Montis
57 declaravit Senatus Magnif. Orrigonum, uti Protectorem dicti Monaſterii, abſtine-
re debere a voto, referente Magnif. Cavalchino 16. Decembris 1661.
Senator, qui fuit Advocatus ſuper eodem articulo, ſed in alia cauſa, & inter alias
58 perſonas, non removetur a voto. Ita declaravit Senatus in cauſa Conſortum de
Annonis, admittendo ad votum Magnif. Marchionem Florentiam referente Ma-
gnif. Com. Siccoborella 18. Julii 1670. — Egr. Secret. Belcredio.
In cauſa reviſionis calculi intentatæ per Fratres Spinulas contra Fratres de Ca-
pitaneis, decreverat Senatus Magnif. Senatorem de Clericis abſtinere debere uti
Creditorem de libris ſexaginta quatuor mille per Fratres de Capitaneis aſſignatis
olim Georgio de Clericis Seniori, & ſolvendis dicto Magnif. Senatori de Cleri-
cis per Fratres Spinulas, ubi in reviſione calculi ſuccumberent; cum vero Ma-
gnif. Senator Florentia dictæ cauſæ Relator conciliaſſet nuptias inter Pallavici-
59 nam Neptem ſuam, & inter Georgium de Clericis Juniorem dicti Senatoris
filium, allegatus fuit ſuſpectus dictus Magnif. Florentia, & re in Senatu pro-
poſita dictum fuit eumdem a voto abſtinere debere, ut notat Sadarin. *reſp. 26.
in fine*.
Dubitatum fuit an Magnif. Comes Burrus, & Magnif. Marchio Arconatus abſti-
nere deberent a voto in cauſis, in quibus judicaverat Magiſtratus Extraord. Red-
dit., in quo uterque habebat Filium Quæſtorem, & Senatus cenſuit abſtinere non
60 debere in cauſa vertente inter J. C. Franciſcum de Pretis, & Capitaneum Ca-
rolum Franciſcum, & Conſortes de Torniellis, referente Magnif. Marchione Er-
ba die 23. Novembris 1677. -- Egr. Secret. Tatto.
Si vero ageretur de cauſa, in qua judicaſſet Filius non uti de corpore alicujus Tri-
bunalis, ſed uti Judex peculiaris, tunc Pater abſtinet a voto. Ita declaravit Se-
natus in cauſa inter Minores Caſtillionæos, & Jugales Maddios, decernendo Ma-
61 gnif. Sigiſmundum Calchum abſtinere debere, quia J. C. C. Petrus Antonius ejus
filius in ea judicaverat, referente Magnif. Com. Aloyſio Trotto 12. Januarii 1707. --
Egr. Secret. Ceſato; & rurſus referente eodem Ampliſſimo Patre die 8. Auguſti
ejuſdem anni -- Egr. Secret. Gallarino -- decernendo eumdem Magnif. Calchum
62 abſtinere debere a voto in cauſa inter Petrum Paulum Canobium, & Ven. Re-
ctorem, & Fratrem Canobios, quia dictus ejus filius protulerat conſilium in cau-
ſa Cridarum inter dictas partes; & hoc non obſtante, quod a neutra dictarum
partium allegatus fuiſſet ſuſpectus.
In materia ſuſpicionum affinis, affinis non habetur pro affini, ut pro regula ſanxit
63 Senatus die 23. Martii 1717. -- Egr. Secret. Ceſato -- in cauſa, in qua habebat
intereſſe Marchio Lucinus, & Excellentiſſimus Præſes Marchio de Clericis abſti-
nere volebat, quia Marchio Lucinus erat affinis cum Ablatico D. Præſidis, de-
cernendo D. Præſidem intervenire debere.
Magnificus Senator Patellanus abſtinuit a voto ſuper relatione deffinitiva Florini
Bri-

Digitized by Google

64 Brixienſis Mandatarii, quia in Curia Cremonæ votum tulerat Advocatus Fiſcalis
Sagaraga ejus Privignus die 15. Junii 1662.

Allegatus fuit ſuſpectus Illuſtriſſimus Præſes Areſius a Comitibus Tabernis tempo-
re, quo erat proponenda eorum cauſa cum Marchioniſſa Rota, ex eo, quia hæc
65 erat Matertera Comitiſſæ Juliæ Vicecomitis Matris Comitis Antonii, cum quo
actum fuerat de nuptui tradenda Ablatica dicti Præſidis, non ſecutis tamen ad-
huc nuptiis Comitiſſæ Tabernæ, & re propoſita in Senatu, decretum fuit Præſi-
dem non debere abſtinere a voto, referente Magnif. de Puteo 21. Julii 1673. --
Egr. Secret. Sadarino.

Magnif. Com. Siccoborellam abſtinere non debere a voto ſuper relatione deffinitiva
66 facta ab Egr. Prætore Mediolani Suarez ejus Sororio, decrevit Senatus, referente
Magnif. Com. Areſio die 14. Februarii 1665. -- Egr. Secret. Coſſa.

In cauſa reviſionis cognoſcendæ ex Ordine Regio a ſententia Magiſtrali, & alia in
gradu appellationis lata a Senatu, ferre poſſunt votum Præſes, & Senatores, qui
67 interfuerunt ſententiæ in Magiſtratu, nec non Senator tunc Advocatus Fiſcalis,
ut declaravit Senatus die 1. Aprilis 1669. -- Egr. Secret. Annono -- in cauſa in-
ter Spinulas, & de Capitaneis.

Votum ferre non potuit Magnif. Marchio Florentia in lite pendente inter Mar-
chionem Littam, & ejus Socerum, ex eo, quia in ſententia reviſionis lata fa-
vore ipſius Magnif. Florentiæ contra Marchionem Littam in judicio reviſionis
68 reſervatum fuit illæſum jus quoad quamdam parcellam, & ideo ſuppoſitum fuit
pendere petitorium; & ita decrevit Senatus referente Magnif. Com. Burro 27.
Martii 1670. -- Egr. Secret. Annono.

Anno 1670. 6. Julii in cauſa vertente inter Ven. Patrem Corium Jeſuitam Religio-
69 nis Procuratorem, & Proſerpium, decrevit Senatus abſtinere non debere a voto
Senatorem, qui erat affinis dicto Ven. Patri Procuratori -- Egr. Secret. Tatto.

Orta quæſtione, utrum Magnif. Senator Caſatus, cujus Sororius J. C. C. Pechius
tulerat ſententiam, poſtea ad Senatum in gradu appellationis avocatam, poſſet vo-
tum ſuum proferre in judicio confirmandæ, vel rejiciendæ appellationis. Senatus
70 referente Magnif. Menochio ſanxit Ampliſſimum P. Caſatum intervenire debere
in cauſa Cigalini, & Elli die 8. Junii 1676. -- Egr. Secret. Tatto.

Anno 1691. 26. Maji in cauſa inter Don Antonium Vicecomitem, & RR. PP.
71 S. Petri in Cælo Aureo Papiæ, dictum fuit, ut attenta cognatione ſpirituali Ma-
gnif. Com. Relatoris, remitterentur ſcripturæ ad aliud ex Magnificis Lectoribus --
Egr. Secret. Tatto.

Promota per Jo. Baptiſtam Broggium lite contra Antonium, & Franciſcum Fratres Broggios ejus Nepotes, & latis contra dictum Jo. Baptiſtam duabus conformibus, prima nempe de conſilio J. C. C. Figini, & ſecunda a J. C. C. Joſeph Barbavaria; avocatà fuit cauſa ad Senatum anno 1687. in viam recurſus ad inſtantiam dicti Jo. Baptiſtæ, cujus poſtea defuncti hæres extitit Joſeph Colla, qui retentis actitatis memorati Jo. Baptiſtæ Broggii reaſumpſit anno 1707. hoc judicium, novamque petitionem fecit contra Hieronymum Scottum, Com. Antonium Siccum Comnenum, Ferdinandum Longum, alioſque tertios poſſeſſores bonorum, pendente judicio in ipſos, alienatorum ab Antonio & Fratre Broggiis expoſt vità functis; delegatis ab Invictiſſimo Imperatore CAROLO VI. in Patrocinatores Joſeph Collæ ob ejus paupertatem Egr. Advocato Fiſcali Com. Cattaneo, & Egr. Syndico Fiſcali Rancato.

Imminente hujus cauſæ expeditione ad relationem Magnifici Regentis Svelves, propoſitæ fuerunt ab Adverſantibus Collæ ſuſpiciones contra Magnif. Regentem Marchionem Olivatium, & Excellentiſſ. Præſidem Marchionem Don Georgium de Clericis; reſpectu nempe Magnifici Regentis Marchionis Olivatii, quia in Aula Viennenſi recognoverit ſcripturas dicti Collæ ex Ordine prælibati Imperatoris, & eidem relationem fecerit de ſtatu hujus cauſæ; reſpectu vero præfati Excellentiſſimi Præſidis, quia J. C. C. Joſeph Barbavaria ejus Socer judicaverit in ſecunda inſtantia in ſupra relata cauſa inter dictos Broggios, juxta præſcriptum Ord. Regii 28. Maji 1604.

Utrique recuſationi ſe ſe oppoſuit acerrimus Collæ Patrocinator Comes Cattaneus, allegando cauſam ſuſpicionis Magnif. Regentis Olivatii non ſubſiſtere, quia non probabatur quod S. C. C. M. relationem fecerit dictæ cauſæ cum voto in meritis, & quod potius deberet præſumi unicè ejus conſultationem ſtetiſſe, quod cauſa cognitioni Senatus remitteretur, prout Cæſareo decreto remiſſa fuit.

Reſpectu vero ſuſpicionis Excellentiſſimi Præſidis, allegabat eam non debere admit-

ti;

ti; tum quia ſolum eſſet proponibilis ex parte Collæ hæredis Jo. Baptiſtæ Broggii, qui in ſententia Barbavaria ſuccubuerat; tum quia cauſa non eſſet decidenda in judicio appellationis, ſed in judicio recurſus, in quo nulla habita conſideratione conformium, plenè cognoſci debebat in meritis ex noviter deductis, & probatis; tum demum quia Gener non repellitur a judicando in cauſa, in qua judicavit Socer, niſi volente parte, contra quam judicatum eſt, cum de iſtius intereſſe dumtaxat agatur, ex generali regula, quod jus recuſandi judicem uni litigantium competens, non competit Adverſario.

Propoſitis in ſupremo Conciſtorio hiſce ſuſpicionum cauſis, ſancitum fuit die 18.
72 Septembris 1719. Magnif. Regentem Marchionem Olivatium intervenire debere; abſtinere vero debere Excellentiſſimum Præſidem; & ſuper puncto hujus ſuſpicionis votum tulit etiam præfatus Magnif. Olivatius.

In cauſa coram Senatu vertente inter Com. Don Cæſarem Montium, & Principem Don Antonium Ptolomæum Triultium ſuper prætenſo per dictum Com. Montium jure ædificandi in ſitu ante ejus domum habitationis, non obſtante quod tale ædificium officeret proſpectui domus Triultiæ, probato ex parte Com. Montii Ampliſſimum Marchionem Don Carolum Caſtillionæum, qui tunc præerat Senatui, eſſe in quarto affinitatis gradu tam cum ipſo Com. Montio, quam cum Principiſſa Donna Maria Archinta Uxore præfati Principis Triultii, petiit Comes Montius per Senatum provideri, ne aliquando contingeret dubitari de validitate futuræ ſententiæ, annuens alioquin in ſcriptis interventui præfati Præſidis, licet oretenus occaſione domeſticarum informationum relevaret agi de ſuſpicione juris, & de jure, pro qua non attenditur Partis conſenſus. Senatus exquiſivit ſenſa D. Principis, eoque palmas jungente pro interventu, & una ſimul excipiente de ſuſpicione ex cauſa affinitatis nullum verbum haberi in Nov. Conſtitutionibus quoad Senatores, ſed tantum in *tit. de Offic. Quæſtor. Ordinar. Reddit.* talem ſuſpicionem admitti quoad Quæſtores; ſicque affinitatem quod eoſdem Quæſtores tantum cenſeri poſſe ſuſpicionem juris, & de jure; quo vero ad Senatores, ſuſpicionem tantum juris, facta extenſione ex identitate rationis, nam quoties jus præcisè in aliquo caſu non diſponit ſuper ſuſpicione, ea dici nequit juris, & de jure, ſed
73 juris tantum. Cenſuit Senatus die 7. Julii 1736., attento reſpectivo conſenſu, præfatum Marchionem intervenire debere.

Pendente coram Senatu cauſa inter Petrum Jacobum Piſſinam ex una, & Congregationem Status ex altera parte, allegatus fuit ſuſpectus ex parte dictæ Congregationis Magnif. Marchio Goldonus, ex eo, quia Marchio Freganeſchus Orator Cremonæ, & ex Delegatis ad aſſiſtendum dictæ cauſæ ſit Nepos ex Sorore Uxoris præfati Magnif. Goldoni, & hoc vigore Ordinis Regii 28. Maji 1604.; rela-
74 to autem hoc articulo per Magnif. Stuppanum, dictum fuit die 27. Aprilis 1745. Magnif. Marchionem Goldonum intervenire debere.

Propoſito per J. C. Joſeph Sfortiam inter informandum dubio, num Illuſtris Regens Marchio Don Hieronymus Erba, qui fuit Relator cauſæ inter dictum J. C. Sfortiam ex una, & Pauperes Loci S. Columbani ex altera per Senatum deciſæ ſub die 11. Maji 1737. ſuper puncto adminiſtrationis bonorum Panigatæ, intervenire poſſit relationi ejuſdem cauſæ nunc inter dictaſmet partes pendentis in judicio reviſionis reſpicientis etiam alteram Senatus ſententiam diei 7. Julii 1730., & com-
75 miſſæ Magnif. Marchioni Goldono, cenſuit Senatus die 24. Maji 1745. eundem Illuſtrem Regentem Erbam intervenire debere -- Egr. Secret. Berſano.

Delegato per Excellentiſſimum Gubernatorem Magnif. Senatore Regente Marchione Don Alberto de Regibus in omnibus cauſis Com. Don Aloyſii Marliani Minoris, eoque recuſato a Reverendiſſimo Patre Abbate Monaſterii Caſtellatii, & a M. R. Patre Celerario Olevetano Fratribus Marlianis dicti Minoris Patruis, uti Adminiſtratoribus teſtamentariis hæreditatis eorum Fratris Com. Don Melchioris rei armamentariæ Præfecti Generalis, in quadam cauſa proveniente a dicta hæreditate, dubitatum fuit num præfatus Marchio de Regibus uti Delegatus in omnibus cauſis dicti Minoris per L. T. Principis potius dici deberet Judex Ordinarius,
76 ideoque non poſſet recuſari, & referente Magnif. Senatore Don Alexandro Caſtillionæo, cenſuit Senatus die 18. Junii 1748. non eſſe locum allegatæ recuſationi.

Pendente lite inter Com. Don Aloyſium, & Fratres de Trottis Reos conventos, & Don Franciſcum Boſſium, Don Carolum Puſterlam, & Donnam Magdalenam Revertam Cabiatam, attento conſenſu dictorum Fratrem de Trottis, & J. C. Auguſtini Cabiati Procuratoris dictorum Actorum cauſa per Senatum commiſſa fuit

Digitized by Google

fuit Illuſtri Regenti Marchioni Don Hieronymo Erbæ eidem injungendo, ut ſtu-
deret partes componere; cumque poſt plures amicabiles congreſſus tranſactio con-
ciliari non potuerit, & cauſa ad Senatum deberet refferri, fuit recuſatus dictus
Illuſtris Relator ex parte dictorum Actorum ob nimiam ejus amicitiam cum DD.
Fratribus de Trottis, quorum Amita nupta fuerat cum Spectabili Quæſtore Mar-
chione Don Alexandro Erba Fratre dicti Relatoris, qui etiam ab Illuſtri Com.
Don Jo. Baptiſta Trotto Patre dictorum Com. Aloyſii, & Fratrum fuit in te-
ſtamento deputatus Executor, & honoratus, ut poſt cauſæ commiſſionem inno-
tuit, titulo legati; & ex parte dictæ Donnæ Magdalenæ Revertæ Cabiatæ peti-
ta fuit reſtitutio in integrum adverſus dictam recuſationem ommiſſam a dicto J.
C. Cabiato Procuratore ad hanc litem dictorum omnium Actorum.

Propoſito itaque in Senatu hoc ſuſpicionis articulo per Magnif. Senatorem Don Lu-
77 dovicum Biſcoſſiam ſub die 25. Junii 1751. dictum fuit remittendum religioni
Illuſtris Regentis Marchionis Erbæ, quo eadem die audito cenſuit Senatus facien-
dam cauſæ commiſſionem ſer. ſer.

*Alias deciſiones in materia ſuſpicionis Senatorum vide in meis Annot. ad Ord. Senat. 11.
Auguſti 1616. a n. 24. ad 48. & in ſequenti tit. ad §. ſi quis ex præmiſſis a n. 40.
ad n. 43.*

Senator, qui dum fungeretur munere Capitanei Juſtitiæ, proceſſum inſtruxit, & ad
proſecutionem delegatus fuit, non obſtante dignitate Senatoria ſuperventa, dum
78 proponitur deffinitiva illius cauſæ in Curia, ibi votum ferre debet, non autem
in Senatu, ut declaravit Senatus die 31. Januarii 1699. -- Egr. Secret. Sadarino.

Senatores non poſſunt eſſe Conſervatores Hoſpitalis, aut alterius Perſonæ; unde in
79 caſu petitionis Hoſpitalis Papiæ, Senatus dixit obſtare Ordines Regios, referente Ma-
gnif. Senatore Stampa die 26. Octobris 1671. -- Egr. Secret. Belcredio, & in
80 alio caſu referente Magnif. Com. Burro 13. Auguſti 1672. -- Egr. Secret. Maddio.

Cum Magnif. Senator Don Cæſar Baganus electus fuiſſet Miniſter Reſidens pro Se-
reniſſimo Duce Neuburgi Socero Regis tunc Mediolani Domini, renuebat Senatus
eum cum tali munere admittere ob ſuppoſitam incompatibilitatem hujuſmodi Mi-
niſterii cum Dignitate Senatoria ob rationes politicas media conſultatione per Se-
81 natum repræſentatas S. R. M., quæ illis non obſtantibus, declaravit Magnif. Pa-
ganum poſſe utroque munere fungi, ut ex Regiis literis in Senatu lectis die 23.
Aprilis 1692.

Promotis ad Senatoriam Dignitatem Quæſtore Conturbio, & Advocato Fiſcali Burro
82 cum Diplomate ſub eadem data, cenſuit Senatus die 8. Junii 1666. prius dandam
eſſe poſſeſſionem Magnif. Conturbio uti Seniori, & Quæſtori, qui præcedit Advo-
cato Fiſcali.

Senator ſupranumerarius cum clauſula, quod non ſit de numero ordinario niſi poſt,
puta, tres vacationes, non debet præcedere Senatori de numero ordinario poſt
ipſum creato, antequam expletæ ſint illæ vacationes. Ita decidit Senatus die 27.
83 Junii 1732. favore Magnifici Senatoris Com. Don Joſeph Oppizzoni, contra Ma-
gnif. Senatorem Com. Don Paulum Caroellum ſupranumerarium præcedentiam præ-
tendentem, licet nundum completæ eſſet vacationes præſcriptæ in ejus Diplomate.

(*d*) Ad verbum *Secretarii*.

Quæ ſervanda ſint ab Egregiis Secretariis Senatus pro adimplemento eorum mune-
84 ris habentur in Ord. Senatus 2. Aprilis 1566. tit. *de Secretariis*, & in Ord. 29.
Januarii 1684.

Tenentur mittere intra quindecim dies Delegatis literas delegationum ex officio Ord.
85 Senat. 10. Decembris 1583., & ſubſcribere non debent ſalvis conductibus ad men-
ſem in caſibus exceptuatis in Ord. 22. Januarii 1629.

Secretarius hebdomadarius debet deſcribere in Libro Remigum condemnationes per
86 Senatum factas de Reis ad triremes mittendis. Ord. Senat. 26. Novemb. 1541.
87 §. *& quoniam*; & regiſtrari facere in Libro decreta edenda in materia juriſdictio-
nis, vel alia gravi, & exemplari. Ord. Senat. 22. Januarii 1629.

Sæpiſſimè Senatus injungit alteri ex Egr. Secretariis, ut informationes ſumat ſuper
veritate expoſitorum in Precibus eidem Senatui porrectis; & ejuſmodi informa-
88 tiones ſumere debet ipſe, & non per alium. Ord. Senat. 31. Julii 1670.; pro iis
89 autem ſumendis, & Teſtibus examinandis uti poteſt ad arbitrium operâ Scriptoris,
vel alterius Officialis Cancellariæ. Ord. Senat. 8. Januarii 1665. §. *Egregii*, &
21. Julii 1678. §. *eod.*

Eli-

Digitized by Google

Eligere debent duos Scriptores ex Cancellaria pro tranſcribendis Conſultationibus,
90 & Scripturis ex officio. Ordin. mox cit. §. *Singuli*; & curare debent, ut Mi-
nutæ originales, poſtquam ſunt ab ipſis ſubſcriptæ, reponantur in Archivio; &
91 tradere debent Archiviſtæ Acta, & Sententias repertas penes eorum Anteceſſores
lapſo anno a die eorum mortis. Ord. Senat. 14 Julii 1667.

Secretariis debentur ſalaria ad ratam omnium Salariorum pro cauſis Senatui ſoluto-
92 rum. Ord. Senat. 14. Februarii 1642.

Officium Secretarii Senatus non eſſe in claſſe vendibilium, vel beneficiabilium con-
93 ſuluit idem Senatus die 9. Julii 1686., nec non die 18. Januarii 1745.

Quilibet ex Egregiis Secretariis, præter alia munera ſibi ex Inſtituto commiſſa, ad-
94 miniſtrat etiam negotia omnia tum civilia, tum criminalia illius Provinciæ, quæ
ex arbitrio Præſidis Senatus ipſi aſſignatur.

Pro ſedula expeditione negotiorum hujuſmodi Provinciæ idem Secretarius liberum
95 habet ex Ordinibus arbitrium eligendi quem maluerit ex illis jam approbatis, &
admiſſis in Cancellaria, qui Acta, & Scripturas omnes ſervet ad dictam Provin-
ciam ſpectantes, ac negotiis identidem occurrentibus incumbat.

Is tamen, ſive Scriptor, ſive Coadjutor ita in Cancellarium adlectus, poteſt ab
96 Officio citra culpam removeri, veluti in caſu obitus Secretarii provincialis, quia
tunc alter Secretarius Succeſſor in eadem Provincia non tenetur ſervare factum
ſui Anteceſſoris, ſed liberè poteſt, alium Scriptorem, ſeu Coadjutorem, quem
maluerit ſibi in Cancellarium Provinciæ eligere; hinc mortuo Egr. Secretario Me-
da Provinciali provinciæ Laudenſis, qui in Cancellarium ſibi elegerat Cæſarem
Applanum; Egr. Secretarius Sadarinus in eadem Provincia Succeſſor ſibi elegit in
Cancellarium Jacobum Viam amanuenſem.

Contendente autem dicto Cancellario Applano (cui adhærebant etiam reliqui Can-
cellarii Provinciales) continuare debere in eodem officio etiam ſub Egr. Secret.
97 Sadarino, nec poſſe a munere removeri. Res delata eſt ad Senatum, qui maturè
perpenſis hinc inde deductis, ſanxit die 24. Januarii 1656. obaudiendum Cancella-
rium Applanum, & alios.

(e) Ad verb. *Immunitatibus*.

Anno 1690. menſe Julii ex Ordine Comitis de Fuenſalida Mediolani Gubernatoris
publicatum fuit generale Proclama, ut quicunque hujus Urbis Equos habens vel
ad equitandum, vel ad vehendum, eos exhiberet in Officio Stipendii Militaris ac-
cepturus pretium a Perito æſtimandum.

Senatus ſignificavit Gubernatori, non poſſe Senatores tamquam immunes in hoc
Edicto comprehendi: Gubernator vero reſpondit ſe eos relinquere in generalitate
Proclamatis ſimul cum omnibus aliis; quamobrem Senatus recurſum habuit ad
S. R. M., ut decerneret Ordinem illum ſervandum immunem ab hujuſmodi extra-
ordinariis ſubſidiis, & Rex literis diei 6. Novembris 1690. reſcripſit, Senatum
98 manutenendum in poſſeſſione non præſtandi hujuſmodi ſubſidia, & Ordines dedit
præfato Gubernatori, ut obſervaret aliàs favore Senatus practicatum.

(f) Ad §. *Habeatque* verb. *quaſcunque diſpenſationes*.

Quamvis ampla Senatui tributa ſit poteſtas circa concedendas diſpenſationes; intel-
99 ligi tamen debet, dummodo non lædatur jus tertii, ſic jubente Ordine Regio
Tomar. 17. Aprilis 1581. §. *non oſtante che -- impreſ. inter. Ord. Senat.*

Quænam diſpenſationes concedi non poſſunt, habentur in Ord. Senat. 11. Auguſti 1616.
100 §. *non fiant diſpenſationes*, *&* §§. *ſeqq. ibique in meis annot.*

Sæpè contingit concedi diſpenſationem minoris ætatis, & ea conceſſa ſublatum re-
manet beneficium reſtitutionis in integrum. Ita non ſemel declaravit Senatus,
101 & ſignanter in cauſa Alexandri Annoni cum Jo: Andrea Annono minore; nam
facto ab eodem compromiſſo cum Senatus diſpenſatione; & poſtea ab Arbitris
conſultus Senatus an per ejuſmodi diſpenſationem cenſeretur ſublatum reſtitutionis
in integrum beneficium, ita Arbitris reſcripſit: *Quibus viſis, ubi memoratum
compromiſſum factum fuerit prævia diſpenſatione Senatus cum interventu Agnatorum,
dicimus vobis ex Formulario Cancellariæ ejuſdem Senatus conſtare ea mente diſpen-
ſationes concedi, ut reſtitutionis beneficium tollatur*; orto autem dubio an prædicta
declaratio procederet etiam ubi loco Agnatorum conſenſerint Cognati, quia de his
nulla facta fuerat mentio, porrectæ fuerunt novæ preces Senatui, qui ſic declaravit:
102 *Lectis in Senatu noſtro precibus Alexandri Annoni, & reſponſo Jo: Andreæ pariter Anno-
ni,*

Digitized by Google

*ni, & Catharinæ Caſatæ Curatricis cum hinc inde replicatis, & omnibus conſideratis,
per has noſtras declaramus mentis noſtræ fuiſſe per conceſſionem datarum literarum pa-
tentium tollere reſtitutionem in integrum, nedum quando Agnati, ſed etiam quando
Cognati conſentiunt.* Mediolani die prima Decembris 1617. -- Alexander Beſutius.

Ad tollendas lites cum Principibus finitimis, & evitanda damna, quæ huic Domi-
103 nio oriri poſſunt in materia Confinium, diſpenſatio alienandi in non ſubditum
concedi non poteſt pro bonis diſtantibus minus quatuor milliaribus. Ord. Senat.
13. Novembris 1604.

Diſpenſationes alienandi in non ſuppoſitum concedi debent cum clauſula, quod fiat
104 depoſitum pro Capitali Taxarum, ſeu Perticatus bonorum alienandorum. Ord.
Senat. 3. Junii 1662., & ubi agatur de domo acquirenda a Regularibus, vel
105 Eccleſiaſticis, quomodo concedi debeant. Ord. Senat. 10. Junii 1678.; & ejuſ-
106 modi diſpenſationes pro acquiſitione bonorum ſtabilium annotari debent in Libro
particulari. Ord. Senat. 19. Februarii 1667.

Conceditur diſpenſatio, ut Mulier cum hæreditate nubere poſſit extra Ducatum,
107 & quomodo regulari debeat taxa ipſius diſpenſationis juxta diverſitatem circum-
ſtantiarum, habetur in Ord. Senat. 18. Junii 1654.

Quandoque impetratur diſpenſatio, ut relevari poſſint pecuniæ ex Banco S. Ambroſii,
vel ex alio loco ſubjectæ fideicommiſſo, & hujuſmodi diſpenſatio concedi non
108 poteſt, niſi prius ſumptis informationibus, & inthimatis precibus Vocatis in ipſo
fideicommiſſo. Ord. Senat. 18. Septembris 1652.

Diſpenſatio concedebatur, ut fieri poſſet compromiſſum de cauſis pendentibus coram
109 Senatu, ut ex ejuſdem Ord. 16. Februarii 1700.; in præſentiarum autem amplius
concedi non debet ex Ord. Senat. 30. Aprilis 1726.

Diſpenſationes conceduntur etiam pro fideicommiſſis; ſumptis tamen prius informa-
tionibus, & auditis Vocatis in ipſis fideicommiſſis, & ubi agitur de fideicom-
miſſis Aſcendentibus expediuntur domi, ubi vero agitur de fideicommiſſis Tranſ-
verſalibus, etiam ſi contineant clauſulam quoad præjudicium conſentientium, &
110 eorum hæredum tantum, proponi debent in Senatu. Ord. Senat. 28. Aprilis 1687.;
& quando diſpenſatio conceditur cum obligatione ſubrogationis, tunc conditio
111 fideicommiſſi meliorari debet judicio Senatus exprimendo in ipſa diſpenſatione, jux-
ta Ord. Senatus 11. Auguſti 1616. §. *item nec adverſus*; ſecundum autem hodier-
nam praxim dicta melioratio eſt de quarto pluri.

Quando conceditur diſpenſatio alienandi bona fideicommiſſaria cum obligatione ſubro-
gationis aliorum bonorum, apponi ſolet clauſula ut in caſu evictionis detur re-
greſſus ad bona alienata; ut autem Emptor ſecurus ſit ab hujuſmodi regreſſu,
permittit Senatus poni ad Cridas proviſionales bona alienanda, mox præſtari
112 fidejuſſionem idoneam, & ad placitum Emptoris pro quacunque evictione extra
caſum Cridarum. Ita decrevit Senatus in caſu Sororum de Carnaghis, referente
Magnif. Erba die 5. Martii 1671. -- Egr. Secret. Annono.

Fideicommiſſum tranſverſale diſpenſat Senatus pro expenſis factis, vel ſalario ſoluto
113 pro recuperandis bonis ipſi fideicommiſſo ſubjectis. Ita poſt alios caſus cenſuit
Senatus favore Dugnani, referente Magnif. Senatore Puteo die 14. Julii 1673. --
Egr. Secret. Oliverio.

Anno 1673. 13. Octobris, referente Magnif. Senatore Caſato, Senatus in caſu cujuſ-
114 dam Crippæ diſpenſavit fideicommiſſum tranſverſale reſpectu tantum conſentien-
tium, & eorum hæredum -- Egr. Secret. Oliverio.

Pro fideicommiſſo tranſverſali Alipheri Ghiſulphi diſpenſationem concedere noluit
Senatus, licet ageretur de dotanda Sorore, & conſtaret de neceſſitate; ſed tantum
115 conceſſa fuit diſpenſatio pro obligandis fructibus. Ita referente Magnif. Com.
Siccoborella decrevit Senatus die 12. Maji 1673. -- Egr. Secret. Maddio.

Pro conſtituenda dote poſſe alienari bona ſuppoſita fideicommiſſo tranſverſali, dum-
116 modo ex fructibus fieret ejuſdem reintegratio, diſpenſavit Senatus ad preces
cujuſdam Biraghi die 10. Decembris 1670., referente Magnif. Stampa -- Egr.
Secret. Annono.

Ut ſe ſe eximeret ab ære alieno Marchio Eneas Cribellus, preces porrexit Senatui petendo diſpenſationem, ut alienare poſſet bona obnoxia fideicommiſſis tranſverſalibus, abſque ſubrogatione aliorum bonorum cum quarto pluri æſtimandorum juxta praxim, pro ſumma librarum bis centum nonaginta mille, offerens loco ſubrogationis permutationem tot aliorum bonorum Primogenialium in genere, in locum alienandorum, ita ut bona alienanda haberentur pro primogenialibus;

pe-

Digitized by Google

illa vero primogenialia cenſerentur illius qualitatis, & naturæ, cujus ſunt alie-
117 nanda. Referente Magnif. Com. Oppizzono Senatus diſpenſationem conceſſit juxta
petita die 26. Februarii 1739., injuncto tamen onere præfato Marchioni Cribello,
& Succeſſoribus in Primogenio faciendi annuale depoſitum librarum decem mil-
lium retrahendarum ex aliis bonis penes Ven. Hoſpitale Majus, ſive Banchum
S. Ambroſii hujus Urbis, cum cautelis præſcribendis per præfatum Magnif. Rela-
torem, ad effectum eas implicandi de tempore in tempus in tot bonis ſta-
bilibus pro reintegratione Primogeniorum, uſque ad complementum dictæ ſummæ
librarum bis centum nonaginta mille, deputato in Executorem eodem Magnif.
Relatore, & poſt eum Magnif. per tempora Pro-Præſide -- Egr. Secret. Carlio.

Referente Magnif. Senatore Marchione Erba conceſſit Senatus die 28. Junii 1740.
118 diſpenſationem D. Alexandro Sovico pro alienandis Ven. Conſortio Miſericordiæ
hujus Urbis bonis obnoxiis fideicommiſſo tranſverſali primogeniali, abſque ſubro-
gatione aliorum bonorum cum quarto pluri juxta praxim, cum conditione tamen,
quod ſicuti non integrum pretium inſumendum erat in cauſas in precibus enar-
ratas, ita reliquum pretium remanere deberet penes dictum Conſortium ſub an-
nuo intereſſe librarum trium, & ſolidorum quinque, deponendo penes Locum
Pium, vel idoneam perſonam, quæ dictum intereſſe retinere, & cuſtodire haberet,
donec ex cumulo ejuſdem annui intereſſe, aliud efformaretur capitale correſpon-
dens pretio inſumendo in cauſas in diſpenſatione expreſſas, implicandum una cum
reſſiduo pretio relinquendo penes dictum Conſortium, in Fundo idoneo pro rein-
tegratione recenſiti fideicommiſſi tranſverſalis -- Egr. Secret. Galliorio.

Super novis precibus dicti D. Alexandri Sovici relatis per eundem Magnif. Sena-
119 torem Marchionem Erbam, decrevit Senatus die 30. Junii 1740. expenſas prædictæ
diſpenſationis, & contractus celebrandi ſumendas ex dicto reſiduo pretio bonorum
alienandorum in quantitate per præfatum Magnif. Relatorem recognoſcenda, &
decernenda; ita tamen ut ex coacervatione interuſuriorum deponendorum, &
cumulandorum, ut in relata antecedenti diſpenſatione, reintegrari debeat fidei-
commiſſum etiam de ſumma in cauſam dictarum expenſarum inſumenda -- Egr.
Secret. Galliorio.

Pro faciendis reparationibus circa Sedimina, & Ædificia in bonis fideicommiſſi tran-
ſverſalis in quantitate liquidata per Peritum, nec non pro expenſis diſpenſationis,
& contractus, referente Magnif. Regente Marchione de Regibus, diſpenſavit Se-
120 natus menſe Novembris 1739. poſſe vendi, ſeu obligari tot bona ejuſdem fidei-
commiſſi ad preces Comitis Don Camilli, & Fratrum de Gallia a Puteo abſque
onere ſubrogationis; cum conditione tamen, quod pecuniam vel ex venditione,
vel ex ſubventione retrahenda, deponeretur penes perſonam idoneam, non rela-
xandam, niſi cum participatione præfati Magnif. Relatoris.

Cum nimis congruum ſit filias collocari, & eas dotare teneatur Mater in ſubſidium;
hinc poſſe alienari bona dotalia Matris, etiam conſtante matrimonio, pro dotanda
121 filia diſpenſavit Senatus die 30. Junii 1670., referente Magnif. Senatore Puteo --
Egr. Secret. Gradignano.

Antequam Senatus deliberet ſuper petita diſpenſatione fideicommiſſi, decernit au-
diendos eſſe ad illud vocatos; ſi autem citati ſint vocati remotiores, ommiſſis
proximioribus, nihilominus conceſſa diſpenſatio ſuſtinetur, ubi juſta fuerit cauſa
diſpenſationis, & proximiores vocati eam poſtea impugnantes de invaliditate ob
defectum citationis nihil allegent, quod retrahere potuiſſet Senatum ab hujuſ-
modi conceſſione. Ita referente Magnif. Senatore Marchione de Roſales cenſuit
122 Senatus die 4. Februarii 1729. favore Excellentiſſimi Senatus Præſidis Marchionis
Don Georgii de Clericis, contra J. C. C. Don Joannem Andream Beſutium Mad-
dium, reſervato tamen eidem jure prælationis pro eodem pretio.

Diſpenſationes conceſſæ a Senatu, poſtquam ſubſignatæ, & expeditæ ſunt, extrahi
123 debent a Partibus, quæ eas impetrarunt. Ord. Senat. 18. Junii 1654.

(g) Ad verb. *Statuta*.

Senatus declarat etiam Statuta, ſed tantum quando agitur de interpretatione in
vim legis, & quando aliquod dubium incidenter emergit in cauſis inter privatos,
124 illud remittit Judici ordinario. Ita decrevit die 8. Junii 1667. in cauſa vertente
inter Biragos, & Scholam S. Simpliciani, & die 27. Junii 1670. in cauſa ver-
125 tente inter Syrturos, & Caſtillionæum, referente Magnifico Senatore Stampa --
Egr. Secret. Annono.

(*b*) Ad verba *in integrum reſtitutiones*.

Reſtitutio in integrum petita adverſus obligationem factam ſolvendæ dotis non
126 retardat progreſſum ad ulteriora in judicio reſtitutionis ipſius dotis, neque ſuſ-
pendit actionem, ut decidit Senatus die 3. Maji 1670., referente Magnif. Senatore
Com. Siccoborella -- Egr. Secret. Belcredio.
Reſtitutio in integrum adverſus binas conformes ſententias non admittitur a Senatu;
127 & quamvis decernatur partes informare debere in meritis, rejicitur ſuperſeſſoria.
Ita ſanxit die 16. Novembris 1672., referente Magnif. Marchione de Clericis --
Egr. Secret. Annono.

(*i*) Ad §. *Singulo quoque anno*.

Electio Præfectorum Tribunalis Sanitatis nunc fieri debet ſingulo biennio, juxta
128 noviſſimum ſyſtema diei 29. Septembris 1749.

(*l*) Ad verba *quæcunque opportuna faciet*.

Optimo jure ampla Senatui tributa eſt poteſtas providendi pro Sanitatis conſervatione;
quia ſalutem Civitatis, & totius Provinciæ tueri, nulli magis convenit, quam ipſi
129 uti Principem repræſentanti, ut inquit J.C. Paulus *in l. 3. ff. de Offic. Præfect. Vigil.*
ibi *nam ſalutem Reipublicæ tueri, nulli magis credidit convenire, nec alium ſufficere
ei rei, quam Cæſarem*. Hinc vigilantiſſimi Principis, & amantiſſimi Patris admi-
rabile exemplum præbuit Joannes Baptiſta Rajnoldus Præſes Senatus, qui ſæviente
peſtilentiâ in hac Urbe anno 1576. curavit, quantum potuit humanâ providentiâ,
& conſilio, ut patriæ ſalubritas reſtitueretur; & durante horribili morbo ſemel
ſaltem in hebdomada cum gravi incomodo, & vitæ periculo viſitabat ægrotos ab
Urbe pulſos ad præcavendam aliorum contagionem, eos ſolabatur, & ipſorum
indigentiis chriſtiana cum pietate ſuccurrebat, ut fuſius refert Ruginel. *de Senator.*
§. 1. *gloſ. 3. cap. 2. n. 60.*

(*m*) Ad §. *Cognoſcetque Senatus*.

Cognoſcere de immunitatibus ab oneribus conceſſis ſive titulo oneroſo, ſive gratuito
130 a S. R. M. privativè ſpectat ad Senatum; de immunitatibus vero ab oneribus con-
ceſſis ſive titulo oneroſo, ſive ob benemerita a Communitatibus, ad Magiſtratum
131 Ordinar. Reddit. privativè ſpectat decernere, ut prævio voto Secretioris Conſilii
declaravit Excellentiſſimus Gubernâtor die 19. Octobris 1607.
Cum Senatus Principem repræſentet, & ſola veritate facti inſpecta procedat, poteſt,
132 ommiſſo poſſeſſorio, judicare ſuper petitorio. Ita decidit die 20. Martii 1662., re-
ferente Ampliſſimo Senatore Buttigella in cauſa vertente inter D. Comitiſſam
Violantam Archintam Rabbiam, & hæredes Claræ Caſtaneæ.

(*n*) Ad verba *quorumcunque feudorum*.

Si negetur qualitas feudalis, adhuc Senatus cognoſcit de tali exceptione, quando
133 negans ſit in quaſi poſſeſſione feudi. Ita judicavit Senatus die 22. Novembris
1582., referente Magnif. Senatore Reyna.
Cognitio cauſarum feudalium generaliter ſpectat ad Senatum, exceptis caſibus noti-
134 ficationis, confiſcationis, condemnationis, & devolutionis, ut declaravit S. R. M.
literis diei 9. Junii 1634.

(*o*) Ad §. *Similique modo* verb. *omnibus aliis cauſis*.

Novit Senatus ſupremæ ejus dignitati non convenire cauſas levis momenti cognoſcere,
& ſe gravioribus occupatum negotiis non poſſe omnes cauſas ea, qua par eſt,
celeritate expedire; unde ad tollendas Supplicantium pro cauſarum avocatione nimis
135 frequentes moleſtias, declaravit quænam ſint cauſæ avocandæ ad Senatum in ejus
Ord. 18. Decembris 1543., & 18. Septembris, & 22. Octobris 1566.
Summoperè confert adminiſtrandæ Juſtitiæ ſeparatas Juriſdictiones non confundi, &
cauſas a ſuo competenti Judice cognoſci; hinc vetitum eſt cauſas ſpectantes aliis
136 Tribunalibus, vel aliis Judicibus inferioribus avocari ad Senatum. Ord. Reg. Tomar.
17. Aprilis 1581., confirmat. ab Invictiſſimo Imperatore CAROLO VI. in ejus Ordinib.
datis Mediolani die 29. Octobris 1711.
Cauſæ datiariæ, aut aliæ Fiſcales ſpectantes ad Magiſtratum, avocari non debent ad
137 Senatum, exceptis caſibus, in quibus ad ipſius cognitionem ordinariè ſpectant.
Ord.

Digitized by Google

Ord. Senat. 11. Auguſti 1616. §. *non introducantur*; & ſimiliter cauſæ literarum
138 Cambii, uti ſpectantes ad Abbates Mercatorum, ad eorum cognitionem remitti
debent. Ord. *ut ſupra*. §. *idem fiat*.

Cauſæ non poſſunt avocari ad Senatum, niſi pleno Senatu. Ord. Senat. 11. Auguſti
139 1616., nec avocationes expeditæ domi debent attendi, etiam ſi ſequantur in contumaciam, vel de conſenſu partium. Ord. Senat. 13. Novembris 1687.

Poſtquam cauſæ introductæ ſunt coram Senatu, & ab eodem deciſæ, avocari, &
140 alius committi non poſſunt ab Excellentiſſimo Gubernatore. Ord. Reg. 21. Octobris 1580.

Cognoſcit Senatus etiam de cauſis vertentibus inter Conſanguineos, vel Affines,
141 non obſtantibus Statutis, & Conſtitutione de hiſce cauſis compromittendis, ut
declaravit Senatus in Ord. diei 3. Septembris 1567.

Anno 1634. menſis Maji controverſum fuit inter Jo: Andream Mantegatiam, &
Jo: Baptiſtam Meltium Minorem, an reſtitutio in integrum adverſus ſententiam
Abbatum Mercatorum, quæ per Senatum demandata erat Vicario Prætorio, eſſet
ad Abbates remittenda, & referente Magnif. Senatore de Magiſtris Senatus de-
142 crevit cauſam ipſius reſtitutionis in integrum eſſe cognoſcendam per Senatum die
27. Maji 1665. -- Egr. Secret. Maddio.

Viduæ Pupilli, & miſerabiles fruuntur privilegio avocandi eorum cauſas ad Senatum
143 *ex l. un. C. quando Imperator &c.*, hoc tamen habet locum, quando agitur de
cauſa digna tanti Ordinis cognitione, ſecus vero ſi agitur de levi, & modica re.
Ord. Senatus 9. Junii 1714.

Cum Communitas Niellæ loci Langarum judicialiter pulſaretur ab ejus Feudatariis,
& Condominis pro præſtatione cujuſdam quantitatis frumenti, & bladæ, petiit
cauſam avocari ad Senatum ex dicto privilegio *l. un.*, & referente Magnif. Se-
144 natore Arguis cenſuit Senatus die 15. Junii 1635. cauſam eſſe avocandam, &
audiendas partes cum Advocatis.

Privilegiatus contra æquè privilegiatum non utitur privilegio Fori ex dicta *l. uni.*
145 *C. quando Imperat.*, ut cenſuit Senatus die 27. Maji 1665., referente Magnif.
146 Com. Archinto, & rurſus die 14. Novembris 1667., ſi vero lis ſit inter Com-
munitatem, & Minores, tunc Communitatem ratione majoris privilegii poſſe uti
147 privilegio Fori contra Minores, cenſuit Senatus die 15. Novembris 1667.

Avocatio cauſæ Mulieris etiam conjugatæ conceditur, ubi ſit miſerabilis, ut in
148 caſu Margaritæ Portæ Decretum fuit die 22. Martii 1669., referente Magnif.
Marchione Caxa -- Egr. Secret. Maddio; item ſi habeat Maritum inutilem, &
ferè miſerabilem, & etiam ſi lis ſit cum Nobili, & divite, ut fuit ſancitum
149 in caſu cujuſdam Mulieris Papienſis, quæ litem habebat cum Comite Bernardino
Mandello, referente Magnif. Com. Burro die 1. Julii 1673. -- Egr. Secret. Oliverio.

Ad Senatum avocatio cauſæ quandoque fit etiam non citata parte, ubi notoriè con-
ſtet, vel partem adverſam eſſe potentem, vel agi de Minore, vel de Clerico
150 adverſante, & ita decrevit Senatus ad preces Cribelli Alexandriæ referente Ma-
gnif. Com. Burro die 13. Aprilis 1671. -- Egr. Secret. Annono.

Cum ommiſſis citationibus ad dandum ſuſpectum, admiſſus fuiſſet recurſus propo-
nente Magnif. Dugnano, & parte conquerente, res iterum propoſita fuiſſet per
Magnif. Bonettum tanquam unum ex Lectoribus, & Senatus perſtitiſſet in deciſis,
controverſum fuit, penes quem ex Lectoribus Scripturæ remanere deberent attento
ſtylo, quod Lector referens preces in cauſa recurſus, ſit Relator; & Senatus die 27.
Maji 1643. cenſuit Magnif. Bonettum eſſe debere Relatorem, quia tempore Le-
151 cturæ Magnif. Dugnani nullus datus fuerat ſuſpectus, tempore autem Lecturæ
Magnif. Bonetti datus fuerat, & ſic dubitari non poterat de confidentia.

(*p*) Ad verba *ſit aureorum mille*.

Ad dignoſcendum an cauſa ſit hujuſmodi redditus, attendendam eſſe petitionem cenſuit
152 Senatus die 27. Aprilis 1632., non tamen ſufficit ſola petitio rei aſſertæ annui
redditus aureorum mille, niſi ſit fundata ſuper publica ſcriptura, vel alia probatione
153 incontinenti facta, ut cenſuit Senatus die 30. Martii 1637., referente Magnif.
A Baſilica Petri in cauſa Lazari, & Fratrum de Vitalibus Hebræorum, & Salomonis
eorum Fratris.

Ad conflandam ſummam aureorum mille admittitur coacervatio plurium parcellarum
154 a diverſis perſonis debitarum, ſed ex eadem cauſa, & actione adverſus omnes,
ut poſt alios caſus declaravit Senatus die 16. Decembris 1620. in cauſa Minorum
de

Digitized by Google

de Martellis, referente Magnif. Senatore Corio, & anno 1673. menſe Aprilis,
referente Magnif. Senatore Arconato pro Minoribus Mangonis contra J. C. Octa-
155 vium Mangonum; item computantur etiam fructus, ſive intereſſe rei controverſæ
156 curſu multorum annorum coacervati, ut decidit Senatus die 19. Februarii 1599.
in cauſa vertente inter Cardinalem Sfortiam, & Comitem Sancti Secundi, & die
157 15. Julii 1620. favore Comitis Mayni contra Marchionem Antonium Mariam Palla-
vicinum, referente Magnif. Senatore Hieronymo Parravicino.

Cauſam cum Magnate, etiam ſi non ſit redditus aureorum mille, avocat Senatus,
158 ut in caſu Trechi, & Roverii die 10. Maji 1662., referente Magnif. Senatore
Origono.

Si pariter ſit lis cum aliquo valdè experto Cauſidico, & ex circumſtantiis clarè conſtet
de inutilibus circuitibus, ac tergiverſationibus ad protrahendum judicium, ſolet
159 Senatus cauſam ad ſe avocare; hinc, referente Magnif. Senatore Cavalchino, cenſuit
die 27. Junii 1648. avocandam cauſam vertentem inter Jo: Paulum Borſanum, &
Cauſidicum Collegiatum Julium Caſtillionæum -- Egr. Secret. Variſio.

Agente Borro actione familiæ herciſcundæ ad diviſionem hæreditatis Matris ſummæ
efficientis cauſam Senatoriam, & opponente Brebbia inſpecta parte per Burrum
petita non agi de tali ſumma, & majorem partem bonorum eſſe Romæ, conſideravit
Senatus in actionibus communibus, non partem petentis, ſed totam rem eſſe
conſiderandam ad fundandam juriſdictionem *ad text. in l. ſi idem cum eodem. §. fin.*
160 *ff. de juriſdic. omn. Judic.*, ideoque cenſuit cauſam eſſe avocandam die 21. Martii
161 1642., & idem judicavit die 27. Maji 1643. in cauſa vertente inter Caſtillionæos --
Egr. Secret. Ivagnez.

Cognoſcit Senatus etiam ſi agatur de reddenda ratione per Tutorem adminiſtrationis
162 ſubſtantiæ redditus aureorum mille, ut cenſuit favore Franciſci Caſtillionæi Tu-
toris ejus Nepotum die 11. Julii 1631.

Si negetur id, quod petitur, conſtituere ſummam redditus aureorum mille, tunc
ſummariè Senatus cognoſcit de valore rei petitæ. Ita judicavit in cauſa vertente
163 inter quemdam de Lazaris Viglevanenſem, & J. C. Franciſcum Landrianum die
31. Maji 1617., referente Magnif. Senatore Parravicino, nec non inter quoſdam
164 de Cotiis die 29. Januarii 1618., referente Magnif. Senatore Taberna.

In controverſia vertente coram Senatus inter Hieronymum Croarium, & Proſperum
Lombardum, diſputatum fuit, an ad conſtituendam ſummam aureorum mille an-
nui redditus habenda ſit ratio uberioris redditus, licet res non æſtimetur de capitali
aureorum viginti mille, veluti ſi agatur de capitali exiſtente ſuper Cambiis, quod
165 aptum eſt reddere lucrum decem, & plus in ſingula centum, & Senatus die 18.
Decembris 1634. cenſuit attendendum eſſe redditum legalem, ac conſuetum,
ideoque cauſam eſſe remittendam.

Petente Franciſco Agudio avocari cauſam ſcutorum 710. Marchi, attento, quod
tractu temporis Cambia, & Recambia aſcenderant ad ſummam librarum 125.
mille, & opponente Julio Cæſare Gallarato cauſam eſſe motam coram Abbatibus
Mercatorum Judicibus competentibus in hac materia ex diſpenſatione N. C., &
quod attenta præſcriptione, & ob non factas proteſtationes, Cambia non debe-
166 rentur, cenſuit Senatus die 26. Maji 1642. cauſam avocandam inſpectâ ſummâ
petitâ, quæ attenditur pro efficienda cauſa Senatoria, referente Magnif. Senatore
Bimio -- Egr. Secret. Ivagnez.

*Alias deciſiones ſuper materia avocationis cauſarum ad Senatum vide in meis Annot. ad
Ord. Senat.* 18. *Decembris* 1534.

Aureus eſt moneta imaginaria, & conflatur ex libris ſex pro quolibet, ut ex atte-
167 ſtatione Egr. Secret. Senatus Ceſati diei 6. Octobris 1708. *impreſ. inter Ord. Senat.*

(*q*) Ad verſic. *Et ubi agatur de interpretatione.*

Ad Senatum pertinet cauſa, in qua diſceptatur de interpretatione Conſtitutionum,
168 quæ vim legis obtinere debeat, vel dubium magnum, & arduum ſit, ut decla-
ravit Senatus die 1. Julii 1586., & paſſim obſervatur.

(*r*) Ad verba *vel via appellationis.*

Appellationum cauſæ coram Senatoribus, quemadmodum cauſæ principales inſtantiam
169 non habent. Ord. Senat. 11. Septembris 1559., & in ipſis etiam ſervari debet
170 Conſtitutio *tit. de appellationibus.* Ord. Senat. 26. Novembris 1560.

Appellanti coram Senatu ſtatui debet terminus menſis ad deponendum ſalarium, quo

non

Digitized by Google

171 non facto intra tale tempus, executioni mittenda eſt prima ſententia. Ord. Senat.
172 3. Junii 1622.; & in ſententiis in cauſis appellationum decerni debet etiam ſuper
condemnatione, vel abſolutione ab expenſis. Ord. Senat. 16. Junii 1606.

(s) Ad §. *Inſuper cognoſcat de cauſis appellationum.*

Cauſa appellationis a ſententia lata a Magiſtratu Ordin. Reddit. in cauſa onerum,
173 expediri debet intra trimeſtre ex Ord. Senat. 10. Januarii 1548., qui conditus eſt
favore ſolventis onera Regiæ Cameræ, & contra eorundem debitores recuſantes
ſolvere eorum contingentem portionem; unde dictum Ordinem non procedere quando
174 ſententia lata eſt favore ſolventis onera, declaravit Senatus ſuper precibus Commu-
nitatis Caſorati contra Cæſarem Ripam die 15. Octobris 1615., referente Magnif.
175 Senatore, & poſtea Præſide Trotto; & in alia cauſa inter Civitatem Novariæ, &
ejuſdem Mercatores die 12. Maji 1616., referente Ampliſſimo Senatore Panigarola.
*Aliam deciſionem ſuper hoc puncto vide in meis Annot. ad dictum Ord. Senat. 10. Janua-
rii 1548. n. 4.*
Cauſæ Impreſariorum Cameralium, ſecluſo intereſſe Fiſci, in gradu appellationis co-
gnoſcuntur indiſtinctè per Senatum, ut decrevit in caſu controverſiæ vertentis in-
176 ter Impreſarium Mercaturæ, & Munitionerium Loci Finarii die 9. Novembris
1669., referente Magnif. Marchione Erba -- Egr. Secret. Maddio.

(t) Ad §. *Cognoſcet etiam Senatus de approbatione.*

Nihil tam proprium eſt munificentiæ Principis, quam honoribus, privilegiis, & lar-
gitionibus præſtita Subditorum ſervitia remunerari; ne vero contingat ſurreptas
falſis repræſentationibus Principis conceſſiones, vel aliquid ad importunitatem Sup-
plicantium contra Juſtitiam, & in alicujus damnum elargitum executioni mitti
177 contra rectam Concedentis mentem, ſancitum eſt omnes Regias conceſſiones eſſe
approbandas, & interinandas per Senatum, & hoc eſſe ſervandum etiam quoad om-
nes Regias mercedum. Cedulas præſcribitur in Ord. Reg. 25. Maji 1669.
Interinari debent etiam privilegia conceſſa ab Imperatore, ut declaravit Senatus in
178 caſu interinationis privilegiorum Collegii Phyſicorum Mediolani, Novariæ, & alio-
rum anno 1662. 13. Februarii, referente Magnif. Senatore Pattellano -- Egr. Se-
cret. Belcredio.
Indiſtinctè debent interinari quæcunque privilegia, ſive Literæ Regiæ, quæ circa rem
179 pecuniariam verſantur, ut pro executione ſupra recenſiti Ordinis Regii anni 1669.
ſanxit Senatus die 22. Junii ejuſdem anni, referente Magnif. Com. Loayſa -- Egr.
Secret. Belcredio.
Privilegia quoque obtenta ab Eccleſiaſticis interinantur, ut in caſu privilegii confir-
mati ab Imperatore ad inſtantiam Inſignis Capituli Imperialis Baſilicæ S. Ambroſii
180 Mediolani, decrevit Senatus die 9. Novembris 1672, referente Magnif. Senatore
Caſato -- Egr. Secret. Oliverio.
In controverſia vertente inter D. Hieronymum Ferrerium, & D. Antonium ejus Fra-
trem, an gratia obtenta a D. Antonio attendi deberet a die conceſſionis, vel ſolum
181 a die interinationis, cenſuit Senatus dictam gratiam ſuum ſortiri debere effectum
a die conceſſionis, referente Magnif. Marchione Erba die 31. Auguſti 1678.
*Aliam deciſionem ad hanc materiam vide infra in tit. de Jure, & privileg. Fiſci §. lite-
ræ donorum n.* 13.

(u) Ad verba *confirmationeque literarum Principis.*

Verbum *Principis* hìc intelligi debet de perſona Ducis, vel Regis Domini hujus
Provinciæ, non autem de perſona ejuſdem Gubernatoris, ut ponderatum, & con-
182 cluſum fuit in Senatu die 22. Octobris 1671. occaſione interinationis penſionis
cujuſdam Mulieris Hiſpaniæ -- Egr. Secret. Sadarino.

(x) Ad verb. *remiſſionum.*

Remiſſiones, quæ fiunt Bannitis habita pace a parte, debent fieri abſque impenſa,
183 & debent eſſe gratioſæ, & liberæ. Ord. Reg. 21. Octobr. 1580.

(z) Ad verb. *Indulgentiarum.*

Solent Principes occaſione vel inſignis Victoriæ, vel celebrati Matrimonii, vel Na-
tivitatis alicujus Filii, in ſignum lætitiæ motu proprio generalem criminum abo-
litionem concedere, exceptis tamen gravioribus delictis, & cum opportunis con-
ditio-

Digitized by Google

ditionibus, ne Reſpublica contriſtetur ea cernens impunita dimitti; ad Senatum
184 propterea ſpectat cognoſcere, & decernere, an in volente frui ejuſmodi Indul-
gentia (Indultum, ſeu Decretum gratioſum vocant), verificentur conditiones
præſcriptæ pro illa obtinenda.

In materia Indulti ſtrictè proceditur; unde remiſſio neceſſaria pro illius conſecutione,
ſi facta ſit ſine declaratione, quod ſit hæres ſanguinis, non prodeſt, etiam ſi hæc
qualitas expreſſa ſit in alia remiſſione, ubi hæc poſtea præſentetur elapſo tempore
185 præfixo ad obtinendum Indultum. Ita referente Magnif. Patellano declaravit Se-
natus die 15. Novemb. 1662. in caſu cujuſdam de Loco Brignani Glareæ Abduæ --
186 Egr. Secret. Ivagnez; & in caſu Caſſiani, quia prima remiſſio facta fuerat a Mi-
nore ſine neceſſariis ſolemnitatibus, & ſecunda exhibita fuerat non tempore debito,
referente Magnif. Marchione Florentia die 22. Novemb. 1662. -- Egr. Secret. Bel-
credio.

Remiſſio in caſu Indulti facta a Patre non ſufficit, niſi adſit etiam illa filiorum; ubi
vero ipſi declarent ſe repudiare hæreditatem bonorum, convaleſcit remiſſio facta a
Patre, etiam ſi declaratio repudiationis factæ a filiis ſuperveniat poſt lapſum ſeme-
187 ſtris in Indulto præfixi. Ita declaravit Senatus in caſu Thaddæi de Verdis, & Joan-
nis Antonii Rhodi e Loco Buſchi, referente Magnif. Marchione Florentia die 27.
Martii 1664. -- Egr. Secret. Belcredio.

Indulto frui poſſunt Fures, licet careant remiſſione pro furtis, de quorum Dominis
188 non conſtat; requiritur tamen ſi expoſt illorum notitia ſupervenerit. Ord. Senat.
19. Decembris 1571.

Ut proſit Indultum, remiſſio præſentari debet tempore debito, & citato Fiſco. Ita
189 cenſuit Senatus die 19. Januarii 1661., referente Magnif. Senatore Origono; & ter-
minus Indulti non prorogatur ultra tempus ab ipſo præſcriptum, ut decrevit Sena-
190 tus in caſu Vicomercati die 22. Novembris 1665., referente Magnif. Marchione
Caxa -- Egr. Secret. Maddio.

In caſu cujuſdam Trincherii dubitatum fuit an ſufficeret remiſſio unius ex filiis in-
terfecti, cum alii reperirentur Banniti tempore præſcripto in decreto gratioſo ad
191 reportandam remiſſionem, & poſt longam diſcuſſionem cenſuit Senatus die 21.
Julii 1631. non eſſe requirendam Bannitorum remiſſionem.

Indultum non conceditur Bannito ex cauſa boni publici, ut decrevit Senatus in caſu
192 Vitalis Laudenſis, referente Magnif. Carillo die 15. Decembris 1662. -- Egr. Secret.
Annono; & comprehendit ſententiam latam eadem die, qua publicatum fuit, etiam
193 quoad bona, & pœnam pecuniariam, ut referente Magnif. Puteo declaravit Senatus die
3. Junii 1662. -- Egr. Secret. Maddio.

Condemnatus in pœnam extraordinariam, ob debilitatem indiciorum, frui poteſt
beneficio Indulti, etiam ſi delictum, de quo fuit accuſatus, ſit de exceptis. Ita
194 decrevit Senatus die 1. Julii 1600., & die 8. Februarii 1621., referente Magnif.
Senatore Quintana.

Ab Indulto excludente proditorium, & loquente in rem, & non in perſonam, ex-
cipiuntur etiam participes, & auxiliatores, etiam ſi non vulneraverint. Ita cen-
195 ſuit Senatus, referente Magnif. Bracherio die 27. Novembris 1663. -- Egr. Secret.
Coſſa; & proditorium ab Indulto excluditur, etiam ſi non ſit vera proditio; quia
196 in hoc caſu latè interpretatur, ut declaravit Senatus in caſu Garoni, & Sociorum
e loco Serenii, referente Magnif. Pattellano die 17. Martii 1664. -- Egr. Secret.
Gradignano.

Separationem qualitatis ſub tortura reſpectu proditorii non eſſe admittendam in caſu
197 Indulti; & eſſe rejiciendam potiſſimum, ubi agatur de condemnato, cenſuit Sena-
tus, referente Magnif. Carillo die 9. Septembris 1662. -- Egr. Secret. Maddio; per-
mittitur autem in caſu Indulti tortura Rei ad eruendam veritatem, quia non
infligitur in pœnam, ſed tamquam medium ad habendam veritatem, ſeu indagan-
198 dum delictum, ejuſque qualitatem, ubi hoc ſit de exceptis, puta in homicidio
proditorio, & ut poſt alios caſus declaravit Senatus in eo Manaræ ad conſulta-
tionem Vicarii Juſtitiæ, referente Magnif. Marchione Caxa die 28. Junii 1667. --
199 Egr. Secret. Coſſa; & referente eodem Magnif. Caxa die 15. Novembris 1668. --
Egr. Secret. Maddio.

Indulti beneficium competit etiam pro robaria rei minoris valoris dimidii aurei, li-
200 cet ad ſtratam facta. Ord. Senat. 26. Januarii 1606.

Mandans fruitur Indulto, etiam ſi reſpectu Mandatarii expreſſa ſit in Inquiſitio-
201 ne qualitas aſſaſſinii, ubi tamen in narrativa ipſius Inquiſitionis non reſultat
qua-

Digitized by Google

qualitas traditionis pecuniæ ad occidendum. Ita declaravit Senatus, referente Ma-
gnif. Cavalchino die 30. Januarii 1663. — Egr. Secret. Annono.
Auxilium præſtans Incendiario non excluditur a beneficio Indulti. Ita decidit Sena-
202 tus in caſu Crucei, ſeu Socii e loco Caſtri Leonis, referente Magnif. Buttigella
die 5. Julii 1662. -- Egr. Secret. Sadarino.
Indultum non prodeſt Reis non præſentatis remiſſionibus intra tempus præfixum.
203 Ord. Senatus 11. Aprilis 1718.
Pro fruendo Indulto non eſſe admittendam reſtitutionem in integrum ob non exhi-
bita requiſita intra tempus præfixum, ſub titulo abſentiæ etiam ex cauſa belli,
204 & regii ſervitii, decrevit Senatus in caſu Capitanei Crucei, referente Magnif. Ca-
rillo die 12. Auguſti 1664. -- Egr. Secret. Gradignano.
Indultum delictorum non comprehendit condemnationes procedentes ex contractu,
205 & ſtipulatione. Ord. Senat. 11. Januarii 1605.
Qui petiit gratiam ab Excellentiſſimo Gubernatore, moxque petiit admitti ad benefi-
206 cium Indulti, ubi alias ſit capax, non excluditur ab Indulto. Ita declaravit Se-
natus favore Maſeræ de loco Pontis Curoni, referente Magnif. Bracherio die 9.
Septembris 1661. -- Egr. Secret. Ivagnez.
Ut quis frui poſſit beneficio Indulti attendi debet tempus illius conceſſionis, non ve-
207 ro publicationis. Ita referente Magnif. Senatore Raudenſi, declaravit Senatus die
17. Aprilis 1630. favore cujuſdam Minoli.
Vigore Indulti fieri nequit liberatio ab Ordinatione proviſionali facta ad evitanda
208 ſcandala. Ord. Senat. 27. Octobris 1605.

(aa) Ad verb. *Privilegiorum*.

Quænam ſit formula approbationis Privilegiorum, quæ ſervatur a Senatu, habetur in
209 atteſtatione Collegii Egregior. Secretariorum diei 20. Junii 1606. *impreſ. inter Ord. Senat.*

(bb) Ad verb. *Edictorum*.

Proclamata Gubernatorum hujus Dominii ſubſignantur etiam a Præſide Senatus. Quid
210 in hac re ſervandum ſit, declaravit S. R. M. literis diei 21. Octobris 1580.

(cc) Ad verb. *Gratiarum*.

Generales criminum abolitiones rarò contingunt, & delicta ob humani generis im-
becillitatem nimis frequenter patrantur; quia vero Clementia nullum ex omnibus
magis, quam Regem, aut Principem decet, teſte Seneca *de Clemen. cap.* 3., *&
nullum ornamentum Principis faſtigio dignius, pulchriuſque eſt, quam illa corona
ob cives ſervatos*, ut inquit laudatus Seneca *de Clemen. cap.* 1. *n.* 26., *& tam
omnibus ignoſcere crudelitas eſt, quam nulli*, ut ait Idem *d. tract. cap.* 2. Hinc Gu-
211 bernatoribus per tempora hujus Dominii collata eſt auctoritas ad Reorum preces
criminum veniam elargiendi; exceptis tamen atrocioribus delictis, quoad gratiam
reſervatis S. R. M., & enumeratis in Ord. Reg. 9. Auguſti 1565., & 13. Sep-
tem. 1607. *impreſ. inter Ord. Senat.*
Antequam autem Excellentiſſimus Gubernator annuat Reis poſtulantibus gratiam,
debet conſulere Senatum, ad quem ſpectat cognoſcere, & decernere an propoſitus
caſus ſit gratiabilis, nec ne; & quandoque, licet non agatur de crimine excepto,
212 ſi prævidet gratiam mali exempli futuram Reipublicæ, conſulit non convenire.
Ita cavetur in Ord. Reg. Tomar. 17. Aprilis 1581. §. *Intendiamo*; & gratiæ ſine
213 prævio Senatus voto factæ a Judicibus exequi non debent. Ord. Senat. 10. Decemb.
1687. *ibique in meis annot.*
Inter delicta S. R. M. reſervata quoad gratiam, & declarata in ſupra relato Ordine
Regio anni 1565. non recenſetur Infanticidium; dubitatum tamen fuit de compre-
henſione ob ejus atrocitatem; hinc Senatus conſultationem exaravit Invictiſſimo
Imperatori Carolo VI. pro habenda ejus declaratione ſuper hoc dubio, qui li-
214 teris anni 1727. remiſit Senatus judicio cognoſcere, & decernere an ejuſmodi de-
lictum ſit, nec ne, gratiabile ſecundum peculiares cujuslibet caſus circumſtantias.
Conceduntur quandoque ab Excellentiſſimo Gubernatore literæ gratiæ pro homici-
diis cum conditione præſtandi per condemnatum probationem excluſivam animi
deliberati; & tunc quid ſervandum ſit ab Advocatis Fiſcalibus, & Secretariis
215 Senatus circa Teſtes, qui producuntur examinandi ſuper qualitate animi delibe-
rati, habetur in Ord. Senat. 9. Januarii 1563.
Gratiæ pro delictis edi debent a Cancellaria Senatus cum clauſula *ſecuta prius con-*

216 *fiſcatione, vel condemnatione*, quæ conveniat caſui. Ord. Senat. 21. Novemb. 1646.;
217 gratiam autem obtentam ante condemnationem, ſed poſt illam præſentatam, eſſe
admittendam cenſuit Senatus in ejus Ord. 9. Martii 1595.

Qui obtinuerint gratiam, relaxari non debent e carceribus, niſi Judici exhibuerint
218 gratiam in forma ſolita conceſſam, & approbatam a Senatu, ut fuit ſancitum
in ejus Ord. 4. Februarii 1637.

Pro delicto animo deliberato commiſſo, etiam cum membri debilitatione, quando
219 non eſt ſecuta mors, gratiam fieri poſſe cenſuit Senatus die 11. Junii 1560. favore cujuſdam de Meriſiis Caravagenſis -- Egr. Secret. Pattellano.

Caſus gratiabilis eſt aſſiſtentia ad vulnerandum animo deliberato occidendi, dum-
220 modo ſecuta non ſit mors, ut declaravit Senatus in caſu cujuſdam Bergomenſis die
10. Martii 1666., referente Magnif. Com. Gambarana -- Egr. Secret. Annono.

Aſſiſtentia cum armis ad homicidium cum animo delibarato, dum præceſſit ſcientia,
& tractatus inter homicidam, & aſſiſtentem, qui adfuit cum armis, excluſa fuit a
221 gratia in caſu Caroli Voſoni a Senatu die 14. Novembris 1668., non obſtante voto
Egr. Adv. Fiſcalis Faxardi -- Egr. Secret. Maddio.

Gratiabilis eſt aſſiſtentia ad homicidium, ubi non agatur de animo deliberato, ut in
222 caſu Faxoli, & Capriati declaravit Senatus die 31. Januarii 1669., referente Magnifico Marchione de Clericis -- Egr. Secret. Maddio.

Pro aſſiſtentia ad homicidium animo deliberato patratum inquiſitus, excluditur a
gratia, etiam ſi in inquiſitione qualitas deliberationis expreſſa non ſit, ubi tamen
223 ex ejus narrativa reſultet. Ita in caſu Prandi Viglevanenſis cenſuit Senatus die
8. Novembris 1672., referente Magnif. Caſato -- Egr. Secret. Oliverio.

Atteſtationes delictorum requiruntur pro obtinenda gratia, etiam ſi non agatur de
224 homicidio, ut in caſu Milanoli e Valle Siccida, declaravit Senatus die 9. Februarii
1667., referente Magnifico Senatore Conturbio -- Egr. Secret. Maddio.

Cum ex Ordine Regio diei 9. Auguſti 1565., & Proclamate anni 1647. ſancitum ſit
Impedientes, vel ab aliis curantes, aut mandantes impediri executiones Reorum,
incapaces eſſe gratiæ apud Excellentiſſimum Gubernatorem, dubitatum fuit, num
caſus oppoſitionis factæ Satellitibus cum vulnerum illatione, ex cauſa executionis
civilis, eſſet excluſus a gratia; & re in Senatu propoſita ad relationem Magnifici
225 Carilli, dictum fuit die 21. Auguſti 1669. non eſſe de exceptis in caſu Caroli
Merendæ, quia diſpoſitio recenſiti Ordinis Regii, & Proclamatis anni 1647. loquitur tantum in cauſis criminalibus -- Egr. Secret. Belcredio.

Quam poſſit patris amor erga filium, novit etiam J. C. Paulus *in l. iſti quidem* 8. *in
fine ff. eo quod met. cauſ.*, ubi avertit patrem magis terreri in filiis ob amorem,
quam in ſe ipſo; hinc ereptionem filii e manibus Satellitum factam a patre etiam
cum vulnere, ſed ſine præmeditatione, & unione armatorum conſuluit Senatus S. E.
226 eſſe gratiabilem in caſu Caroli Bruſati Novarienſis, relato a Magnif. Marchione Caxa
die 17. Novembris 1664. -- Egr. Secret. Coſſa; ubi vero ejuſmodi ereptio ſit præmeditata, & tentata cum unione plurium armatorum, non eſſe locum gratiæ
227 declaravit Senatus in caſu Guizetti, referente Magnif. Origono die 28. Septembris 1661. -- Egr. Secret. Sadarino.

Pro Fratricidio cum provocatione, & condemnato Fratre homicida in pœnam ex-
228 traordinariam a Judice, locum eſſe gratiæ cenſuit Senatus in caſu Storni e loco
Domus Oſſulæ, referente Magnif. Carillo 3. Decemb. 1665. -- Egr. Secret. Coſſa.

Reus triplicis homicidii excluditur a gratia, non obſtante, quod reſpectu unius
obtinuerit liberationem ex decreto gratioſo, vel fuerit condemnatus in pœnam
229 extraordinariam, ut ſanxit Senatus in caſu Baricelli Miliavaccæ dicti *il Poſè*,
referente Magnif. Marchione Florentia 28. Januarii 1661. -- Egr. Secret. Sadarino.

Gratiæ votum non præbet Senatus, niſi exhibeantur Reatus, vel Inquiſitio, non
obſtante, quod producatur atteſtatio delictorum, in qua recenſeatur illud, pro quo
230 gratia petitur, & ita decrevit in caſu Petri Negroni, referente Magnif. Marchione Erba 13. Januarii 1673. -- Egr. Secret. Annono.

Condemnatis ob robariam fieri gratiam non poſſe, quando ſunt condemnati ad tri-
231 remes perpetuos attenta minori ætate, decrevit Senatus in caſu Rozæ condemnati,
referente Magnif. Marchione Florentia 17. Februarii 1661. -- Egr. Secret. Belcredio.

Gratiæ non annuit Senatus favore condemnati in pœnam extraordinariam, ubi pœnæ
(puta relegationis) non paruerit, etſi a die condemnationis ad diem petitæ gratiæ
232 intervallum interceſſerit; undè in caſu Pellinæ Spinulæ dictùm fuit, quod parêret,
& poſtea deliberaretur, referente Magnif. Bracherio die 9. Junii 1661. -- Egr.
Secret. Arbona.

Ca-

Digitized by Google

Caſum homicidii non eſſe gratiabilem, licet in Inquiſitione non ſit expreſſa qualitas
animi deliberati, ubi tamen ex illius narrativa reſultet, cenſuit Senatus in caſu
233 Marci Antonii Pallavicini de loco Erbæ homicidæ R. Pereghi, referente Magnif.
Com. Loayſa 30. Julii 1661. -- Egr. Secret. Annono.

Uxoricidium quoad gratiam non eſſe de exceptis, ubi adfuerit provocatio ex parte
234 Uxoris, & animus Mariti non fuerit occidendi, declaravit Senatus in caſu cujuſ-
dam Sarcinatoris, relato per Magnſ. Marchionem Erbam 12. Januarii 1661. -- Egr.
Secret. Coſſa.

Fugientem a triremibus ob naufragium eſſe dignum gratiâ, cenſuit Senatus in caſu
235 Bartholomæi Marinoni damnati ad triremes perpetuos, qui aufugit a Mauris poſt
naufragium, referente Magnif. de la Hoz 9. Decemb. 1661. -- Egr. Secret. Sadarino.

Proditorium in Inquiſitione expreſſum, eſſe excludendum a gratia, dixit Senatus in
236 caſu Seruli e loco Luvini, referente Magnif. Cavalchino 12. Novembris 1661. --
Egr. Secret. Annono --; & proditorium eſſe, quando quis occiditur ſub fide amicitiæ,
237 declaravit Senatus in caſu Syri Cornei Papienſis, referente Magnif. Villano 23. Julii
1664. -- Secret. eod.

In caſibus gratiæ non inſpicitur proceſſus, ſed ſtrictè attenditur Reatus, vel Inquiſitio,
ſalvo ſi inſpectio proceſſus fiat favore Fiſci, ut declaravit Senatus in caſu Confalo-
238 neriorum e loco Carati, referente Magnif. Marchione Caxa 8. Martii 1667. -- Egr.
Secret. Annono.

Furibus de conſuetudine non fieri gratiam in eorum odium pluries dixit Senatus;
239 nempè die 30. Martii 1621., referente Magnif. Senatore Papyrio Cattaneo; in caſu
240 propoſito a Magnif. Stampa die 29. Octobris 1666. -- Egr. Secret. Belcredio; & in caſu
241 Montii, referente Magnif. Com. Burro 10. Aprilis 1671. -- Egr. Secret. Sadarino.

Gratiam condemnato in pœnam extraordinariam ob minorem ætatem, & ex titulo roba-
riæ, etiam finito remigio, non eſſe concedendam reſpectu exilii, cenſuit Senatus in
242 caſu relato a Magnif. Carillo 30. Junii 1667. -- Egr. Secret. Sadarino -- non ob-
ſtante voto Egr. Advocati Fiſcalis Faxardi.

Condemnatus ob minorem ætatem in pœnam extraordinariam, puta in relegationem
perpetuam, quæ in Nobili par eſt remo perpetuo, ſi agatur de delicto excepto, non
243 eſt in caſu gratiæ, ut declaravit Senatus in caſu Joſeph Abduæ ab ipſo per ſenten-
tiam condemnati, & relegati perpetuò in Caſtro Laudæ, referente Magnif. Marchio-
ne Florentia 12. Octobris 1667. -- Egr. Secret. Coſſa --, & pœnam extraordinariam
in delicto excepto non facere caſum gratiabilem, poſt alias deciſiones, recognovit
244 Senatus in caſu privilegii Confraternitatis S. Joannis Decollati Civitatis Alexandriæ,
in Senatu propoſiti a Magnif. de Puteo 28. Junii 1668. -- Egr. Secret. Maddio.

Occidens Satellitem excluditur a gratia ad normam Proclamatis S. E.; & ita decrevit
245 Senatus in caſu Padii, & aliorum e loco Caſtri Rattorum, referente Magnif. Mar-
chione de Clericis 27. Julii 1668. -- Egr. Secret. Annono.

Caſum attentati homicidii, etiam animo deliberato, non eſſe de exceptis cenſuit Sena-
246 tus, referente Magnif. March. Caxa 1. Julii 1669. -- Egr. Secret. Maddio.

Gratiæ locum non eſſe pro exploratione ad robariam patrandam cum participatione
247 rerum derobatarum, declaravit Senatus in caſu Bajetæ, referente Magnif. Com. Sic-
coborella 14. Maji 1670. -- Egr. Secret. Sadarino.

Dominico Camotio inquiſito de introductione aſſium, & ſemiſſium falſorum in hoc
248 Dominium, denegandam eſſe gratiam cenſuit Senatus, referente Magnif. Menochio
die 8. Januarii 1674. -- Egr. Secret. Annono.

Caſum homicidii non animo deliberato, ſed ex levi rixa, & ex intervallo commiſſi,
249 non eſſe gratiabilem declaravit Senatus, referente Magnif. Com. Siccoborella 11.
Februarii 1665. -- Egr. Secret. Coſſa.

Homicidium animo deliberato, & ex inſidiis patratum ab uno ex tribus, cum auxilio,
& aſſiſtentia aliorum duorum, & ſecuto banno in pœnam ordinariam, eſt de exce-
250 ptis. Ita declaravit Senatus, referente Magnif. Bracherio die 24. Septembris 1665. --
Egr. Secret. Belcredio.

Raptus Mulieris non eſt de exceptis pro obtinenda gratia, ſi in Reatu non exprimi-
251 tur, quod Mulier ſit honeſta, ut declaravit Senatus, referente Magnif. de Puteo 8.
Januarii 1665. -- Egr. Secret. Coſſa.

Raptus Mulieris nuptæ, non addita qualitate honeſtatis, non eſt de exceptis pro con-
252 ſequenda gratia. Ita decidit Senatus in caſu cujuſdam auxiliatoris ad raptum,
referente Magnif. Marchione Erba 12. Novembris 1665. -- Egr. Secret. Mad-
dio.

Digitized by Google

Raptum Mulieris, ſeu Puellæ honeſtæ cum vi, non eſſe gratiabilem, neque cum re-
253 miſſione, & matrimonio ſuperveniente, cenſuit Senatus die 23. Martii 1665. --
Egr. Secret. Coſſa.
Caſum ſtupri attentati cum vi, & armis in Puellam honeſtam eſſe gratiabilem cen-
254 ſuit Senatus, referente Marchione Florentia 8. Martii 1667. -- Egr. Secret. Annono.
Auxilium cum armis, & vi ad ſtuprum violentum cum Muliere honeſta in domo pro-
255 pria in hac Urbe, eſſe de exceptis declaravit Senatus, referente Magnif. Carillo
23. Martii 1667. -- Egr. Secret. Maddio.
Pro ſtupro in Puellam annorum octo, & tentato in aliam ejus Sororem annorum ſex,
256 non eſſe locum gratiæ cenſuit Senatus in caſu cujuſdam e loco Calchababii, refe-
rente Magnif. Arconato 23. Octobris 1669.
Caſum ſtupri cum armis patrati, & præſente Matre ſtupratæ auxilium ad id præſtan-
257 te, non eſſe gratiabilem declaravit Senatus, referente Magnif. de Puteo 18. Januarii
1673. -- Egr. Secret. Oliverio.
Caſus vulnerantis Satellites, etiam poſt detentionem, non eſt de exceptis quoad gra-
258 tiam, verum obſtare Proclama anni 1647. dixit Senatus in caſu Gazoli, referen-
te Magnif. Com. Siccoborella 23. Septembris 1666. -- Egr. Secret. Belcredio; & in
259 caſu cujuſdam de Solis, relato a Magnif. Carillo 8. Februarii 1668. -- Egr. Se-
cret. Annono.
Vulnerans animo deliberato occidendi, non ſecuto effectu homicidii, non eſt incapax
260 gratiæ, ut declaravit Senatus, referente Magnif. Carillo die 8. Januarii 1663. -- Egr.
Secret. Maddio.
Fratricidium commiſſum in rixa non eſſe excludendum a gratia cenſuit Senatus in ca-
261 ſu Relutii, referente Magnif. Anulpho die 17. Maji 1662. -- Egr. Secret. Maddio --;
& etiam quando agitur de condemnatione in pœnam extraordinariam ob minorem
262 ætatem, & provocationem die 11. Julii 1663., referente Magnif. Marchione Flo-
rentia -- Egr. Secret. Coſſa.
Reum conjurationis, & inſtigationis ad homicidium proditorium, non eſſe capacem
263 gratiæ declaravit Senatus die 2. Maji 1662., referente Magnif. Bracherio -- Egr. Se-
cret. Ivagnez.
Condemnatum ob delictum in officio commiſſum non eſſe admittendum ad gratiam,
264 cenſuit Senatus in caſu J. C. Martelli die 22. Martii 1662., referente Magnif. Ca-
rillo, non obſtante voto Egr. Fiſcalis Porri -- Egr. Secret. Ivagnez.
In caſu cujuſdam Ghiſalberti e loco Caſtillionæi, qui occidit Notarium loci ex cau-
265 ſa officii, declaratum fuit a Senatu eſſe locum gratiæ die 10. Maji 1662., referen-
te Magnif. Anulpho -- Egr. Secret. Belcredio.
Uxor, quæ occidit Maritum prævia provocatione, admiſſa fuit ad gratiam a Senatu
266 die 26. Aprilis 1662., referente Magnif. de Puteo -- Egr. Secret. Annono.
Reus de aſſiſtentia ad homicidium Fiſcalis Curiæ forenſis capax eſt gratiæ, ut decla-
267 ravit Senatus favore Muſſæ e loco Caſtellatii, referente Magnif. Anulpho 26. Maji
1662. -- Egr. Secret. Sadarino.
Patrem, qui occidit filium provocantem, eſſe admittendum ad gratiam cenſuit Se-
268 natus in caſu cujuſdam e loco Ovilii, referente Magnif. de Puteo 3. Junii 1662. --
Egr. Secret. Maddio.
Fraudatorem in ludo eſſe capacem gratiæ, ſed teneri præſtare fidejuſſionem de benè
269 vivendo, conſuluit Senatus S. E. in caſu cujuſdam Bindellini, referente Magnif. de
Puteo 14. Novembris 1668. -- Egr. Secret. Maddio.
Homicidium animo deliberato, & ex inſidiis patratum contra Cajum loco Sei, eſſe de
270 exceptis quoad gratiam cenſuit Senatus, referente Magnif. Carillo 21. Maji 1671. --
Egr. Secret. Sadarino.
Homicidium commiſſum in illum, qui occurrit ad dirimendam rixam vigentem inter
altercantes, non eſt doloſum, ſed tantum culpoſum, quia non patratum animo de-
liberato illum occidendi, ſed ex impetu iracundiæ, & animi perturbatione ob ri-
xam; undè non eſt de exceptis quoad gratiam. Ita referente Magnif. de Puteo cen-
271 ſuit Senatus die 16. Julii 1664. in caſu Chriſtophori Bentii, qui rixans cum Joanne
Brenna interfecit Angelum Vicecomitem, qui ad eos pacandos ſe interpoſuerat.
Mandatum datum ad occidendum aliquem, non ſecuto effectu, revocatum, cum ta-
men Mandatarius proditoriè vulneraverit, hæcque qualitas reflecteret ad Mandan-
272 tem, Senatus, referente Magnif. Marchione Erba, declaravit eſſe de exceptis quoad
gratiam die 12. Maji 1670. -- Egr. Secret. Gradignano.
Locum eſſe gratiæ favore Mariti, qui ſuſpicatus de adulterio Uxoris, eam repertam al-
loqui

Digitized by Google

loqui Amaſium pugnis affecit, mox ex aliquo intervallo ad domum reverſam occi-
273 dit, decrevit Senatus in caſu Tifferi e loco Intræ, referente Magnif. Marchione
Erba 1. Martii 1674. -- Egr. Secret. Maddio.
Petità gratià a Joanne Secundo loci Caſtrinovi, qui evaginato enſe tentavit ſe exi-
mere e manibus Satellitum, & detentus totis viribus curavit aufugere, referente
274 Magnif. Carillo, dictum fuit die 7. Maji 1670. caſum non eſſe de exceptis, nec ob-
ſtare Proclama, quia ſtrictè, ut par eſt, illud interpretando; comprehendit ſolum
eos, qui curant aliquem eripere e manibus Familiæ ſatellitiæ -- Egr. Secret. Maddio.
Subornatio Teſtium ad propriam defenſionem, & non ad effectum alium gravandi de
275 crimine in cauſa capitali, non eſt de exceptis quoad gratiam. Ita cenſuit Senatus in
caſu Capitanei Craſſi, referente Magnif. March. Erba 22. Auguſti 1668. -- Egr.
Secret. Sadarino.
Gratia, ut fiat etiam pro delatione armorum, exquiritur votum Senatus, & ita poſt
276 alios caſus, & conſultationes factas, ſancitum fuit in caſu gratiæ factæ Zavarono
detento in carceribus Cremonæ, referente Magnif. de Puteo 30. Junii 1668. -- Egr.
277 Secret. Maddio --, & rurſus in caſu Verini exarata conſultatione S. R. M., refe-
rente eodem Magnif. de Puteo 30. Auguſti 1669. -- Egr. Secret. Maddio.
Votum Senatus exquiritur etiam pro gratia Militi concedenda, & ita requiſitus, votum
278 dedit in caſu Joannis Viæ homicidæ alterius Militis, & inquiſiti ab Auditore Exer-
citus, referente Magnif. Marchione Caxa die 22. Novembris 1669. -- Egr. Secret.
Sadarino.
Milites etiam ex cauſa militari condemnati, ſi petunt gratiam, remittuntur a S. E.
279 ad Senatum pro voto; ita in caſu Alexandri Mutii Militis, relato in Senatu a Ma-
gnif. Caſato 12. Martii 1670. -- Egr. Secret. Gradignano -- pro quo facta fuit con-
ſultatio excluſiva gratiæ, quam S. E. denegavit.
Milites, qui dederunt nomen militiæ, quamvis banniti, & proceſſati, pro caſu gra-
280 tiabili tenentur exhibere remiſſionem, & alia requiſita ad probandum, caſum eſſe
gratiabilem: & interim non poſſunt habitare in loco patrati delicti, ut decrevit
Senatus in caſu Coſtæ ad literas Prætoris Caſalis Puſterlengorum, referente Magnif.
Arconato 22. Martii 1670. -- Egr. Secret. Gradignano -- facta conſultatione S. E.
Miles transfuga non excluditur a gratia, ita tamen, ut cenſeatur liberatus a pœna,
281 non autem a ſervitio, juxta declarationem Senatus diei 23. Januarii 1663., referen-
te Magnif. Com. Archinto -- Egr. Secret. Annono.
Gratiam ſine remiſſione, etiam ſi hæc petita fuerit, non eſſe concedendam, non ob-
282 ſtante voto Egr. Advoc. Fiſc. Stampæ, cenſuit Senatus in caſu Serræ Papienſis, re-
ferente Magnif. Carillo 16. Julii 1694. -- Egr. Secret. Coſſa -- : Remiſſio autem
in cauſis capitalibus fieri debet per Inſtrumentum, & non ad bancam Notarii, ſe-
283 cus non eſſe admittendam decrevit Senatus in caſu Pioltini, referente Magnif. Com.
Siccoborella 8. Auguſti 1673. -- Egr. Secret. Oliverio --, & hujuſmodi Inſtrumen-
tum debet eſſe in forma valida cum Secundis Notariis, ut in caſu remiſſionis exhi-
284 bitæ per Camparium Marchionis Cuſani in loco Serenii, declaravit Senatus, refe-
rente Magnif. Pattellano die 10. Novembris 1662. -- Egr. Secret. Maddio.
Remiſſio Patris occiſi, ſi deficiat illa ejuſdem Fratrum, non ſufficit pro obtinenda
285 gratia, ut declaravit Senatus in caſu cujuſdam Laudenſis petentis gratiam pro ho-
micidio commiſſo in rixa die 24. Januarii 1661. -- Egr. Secret. Sadarino.
Solius Patris remiſſio non ſufficit, ubi filius ſit offenſus, ut declaravit Senatus, refe-
286 rente Magnif. Carillo die 18. Julii 1664. -- Egr. Secret. Coſſa --, & referente Ma-
287 gnif. Buttigella die 28. Julii 1662. Egr. Secret. Maddio --; ſi vero offenſa eſſet fi-
lia, tunc ſolius Patris remiſſio ſufficeret, quia in fœminis dubitari non poteſt de
288 ſcandalis, ſicut in maſculis; & ita declaravit Senatus die 30. Maji 1592. in caſu
remiſſionis factæ ſolum a Cæſare Caſtaldo Annibali del Bene ad impetrandam gra-
tiam a condemnatione contra eum facta ob offenſiones, & injurias illatas dicto Ca-
ſtaldo, & ejus Filiabus.
Remiſſio ſi impugnetur a Fiſco, quia Cognatus, qui aſtitit Minori, non ſit talis, nec
289 proximior, Fiſco incumbit onus informandi an ſit talis, ut decrevit Senatus in ca-
ſu cujuſdam de Burghetto, referente Magnif. Bracherio 20. Novembris 1664. --
Egr. Secret. Belcredio.
Remiſſio Eccleſiæ læſæ non requiritur, quia ſemper preſumitur remiſiſſe, ut declara-
290 vit Senatus in caſu cujuſdam Meltii Cremonenſis, referente Magnif. Com. Archin-
to 5. Junii 1662. -- Egr. Secret. Maddio; & habetur in Ord. Senat. 27. Octobris
1633. inferius impreſſo in *Addit. Ordin.*

Pro

Digitized by Google

Pro obtinenda gratia ob contraventionem Banni non requiritur remiſſio a parte of-
291 fenſa, ut cenſuit Senatus in caſu Angeli Marliani, referente Magnif. Com. Sic-
coborella 27. Martii 1664.
In petitione gratiæ ob adulteratam ſcripturam, ſeu ſubſcriptionem Secretarii Senatus,
& appoſitionem Sigilli ejuſdem Ordinis, exhibito reſcripto Capitaneo Juſtitiæ, re-
292 quiritur remiſſio Partis querelantis, ut decrevit Senatus, referente Magnif. de Pu-
teo 18. Februarii 1669. -- Egr. Secret. Belcredio.
Remiſſio Minoris ultra ſeptennium, ut valida ſit, fieri debet cum interventu ejuſ-
293 dem Minoris, ut declaravit Senatus, referente Magnif. de Puteo die 30. Octobris
1669. -- Egr. Secret. Annono.
Remiſſio facta a Civitate non prodeſt pro obtinenda gratia, quando hæres occiſi eſt
certus, licet habitet extra Dominium, ut decrevit Senatus in caſu remiſſionis factæ
294 Pallavicino ab hac Civitate pro homicidio Comitis Erculani, referente Magnif.
Anulpho 9. Novembris 1662. -- Egr. Secret. Maddio.
Non prodeſt pro gratia remiſſio facta a filiofamilias abſque Patre, licet abſente, ma-
295 ximè quando conſtet de loco, ubi degit. Ita cenſuit Senatus in caſu Longhi 20.
Februarii 1663. -- Egr. Secret. Maddio.
Conditionata remiſſio non ſuſtinetur, niſi approbetur a Senatu, ut ab eodem fuit de-
296 claratum die 18. Julii 1664., referente Magnif. Carillo -- Egr. Secret. Coſſa --, &
297 die 23. Auguſti 1672., referente Magnif. Com. Siccoborella -- Egr. Secret. Annono.
Remiſſio Viduæ cum vi ſtupratæ non ſufficit pro gratia, ſi deficiat conſenſus Patris,
298 ut declaravit Senatus, referente Magnif. Anulpho 2. Maji 1662. -- Egr. Secret.
Maddio.
Minoris remiſſio non prodeſt pro obtinenda gratia, ubi fiat ſine diſpenſatione Sena-
299 tus, ut ipſe decrevit die 10. Junii 1662., referente Magnif. Com. Archinto -- Egr.
300 Secret. Maddio --, & die 22. Junii ejuſdem anni, referente Magnif. Com. Archin-
to -- Egr. Secret. Belcredio.
Requiritur remiſſio etiam pro exploſione ſine vulnere, ut declaravit Senatus in caſu
301 Bajardi e Caſali Nuceto, referente Magnif. Bracherio 11. Auguſti 1662. -- Egr.
302 Secret. Sadarino --, & referente Magnif. Pattellano in caſu Capitanei Gentilis 15.
Novembris 1662. -- Egr. Secret. Ivagnez.
Alias deciſiones circa caſus gratiabiles vide in meis Annot. ad Ord. Reg. 9. Auguſti 1565. impreſ. inter Ord. Senat.

(*dd*) Ad verſic. *Et eas vel approbabit*.

Quando non eſt ſecuta mors, non approbatur gratia cum conditione annalis exilii,
303 ut decrevit Senatus die 20. Maji 1557. in approbatione gratiæ Joannis Pauli Sere-
nii -- Egr. Secret. Crucejo.
Non ſolet Senatus literas gratiæ approbare, niſi condemnatus ſiſtat coram ipſo Ordine;
huic tamen conſuetudini quandoque derogavit ſubſiſtente cauſâ, ut in caſu Ludovi-
ci Guaſchi, qui cum alibi detentus eſſet, & laberetur annus ad præſentandum lite-
ras gratiæ, petiit a Senatu, ut ipſas literas approbaret, non obſtante, quod ſe con-
304 ſignare non poſſet; annuit Senatus die 30. Januarii 1692., modo termino bimeſtris,
poſt ſecutam liberationem, dictus Guaſchus ſe conſtitueret coram ipſo Ordine, &
indulſit Senatus ex eo, quia octuagenarius eſſet, & interim mori poſſet, & Lucre-
tia Guaſcha hæreditatem ammitteret.

(*ee*) Ad verba *infra annum*.

Privilegium interinatur, ſi intra annum fuit præſentatum, etiam ſi petitio interina-
305 tionis dilata ſit ultra annum, ut decidit Senatus in caſu Spect. Quæſtoris Caſnedi
die 3. Junii 1665., referente Magnif. Pattellano -- Egr. Secret. Sadarino.
Lapſum anni ad præſentandas literas gratiæ non poſſe ſuppleri a S. E., ſed ſolum a
306 S. R. M. cenſuit Senatus die 22. Maji 1670., referente Magnif. de Puteo, & lectis
Regiis Literis in Senatu -- Egr. Secret. Maddio.

(*ff*) Ad §. *Cura quoque* verb. *omnes Juſdicentes*.

Approbare omnes Judices ad Senatum ſpectat etiam ex Ord. Reg. Vormat. 6. Augu-
ſti 1545. §. *& quanto alii officii -- impreſ. inter Ord. Senat.*; & adeo neceſſaria
307 eſt hæc approbatio, ut ſi Excellentiſſimus Gubernator eligat Juſdicentes a Senatu
non approbatos, tenetur Senatus de hoc certiorem reddere S. R. M., ut præſcribi-
tur in Regiis Literis 14. Decembris 1550.

(*gg*) Ad

Digitized by Google

(*gg*) Ad verb. *Syndicentur*.

Juſdicentes licet jam a Senatu approbati, expleto biennio, & nunc triennio, non
308 admittuntur ad novum munus, niſi obtenta liberatione a Syndicatu. Ord. Senat.
28. Novembris 1629., 10. Julii 1687., 27. Novembris 1702., ac 22. Martii 1736.

(*hh*) Ad §. *Ad decretis vero ſententiiſve*.

Sententiæ Senatus, poſtquam lecta eſt, & factum decretum, quod edatur, non appo-
309 nitur manus, nec etiam declarando, ut poſt alios caſus decrevit Senatus die 1.
Februarii 1689. in caſu Leonardi Novarienſis, referente Magnif. Senatore Corio.
Petita per Civitatem Cremonæ ſuſpenſione ſententiæ die 17. Decembris 1704., latæ
310 favore Communitatis Caſalis-Majoris, decretum fuit die 10. Januarii 1705. eden-
dam ſententiam, non obſtantibus deductis, referente Ampliſſimo Senatore Arrigono.
Petens reſtitutionem in integrum adverſus ſententiam Senatus ſub prætextu minoris
ætatis, ſi lapſus ſit terminus ad petendam reviſionem, obauditur. Ita ſanxit Sena-
311 tus die 26. Martii 1612. ſuper precibus Alexandri Aularii Minoris Alexandrini, &
312 die 18. Junii 1613. in cauſa Com. Alphunſi Scaramutiæ Minoris cum Comitiſſa
Bolognina, referente Magnif. Trotto, poſtea Præſide Senatus; non pariter admit-
titur prætextu abſentiæ cauſâ Reipublicæ. Ita decrevit Senatus die 8. Januarii 1648.
313 in caſu petitæ reſtitutionis in integrum ab Eminentiſſimo Cardinali Triultio, adver-
ſus ſententiam contra ipſum, & favore Marchionis Jo. Georgii Pallavicini Triultii,
a Senatu latam die 26. Septembris 1647.; & demum indiſtinctè denegatur, quia
314 adverſus ſententias Senatus competit remedium ordinarium reviſionis; & ita cenſuit
Senatus in cauſa inter Pallavicinum, & Silumborium die 18. Martii 1679., refe-
rente Magnif. Com. Puſterla -- Egr. Secret. Belingerio.
Sententiæ Senatus inappellabiles ſunt, ſive latæ ſint in cauſis ordinario jure ad ipſum
ſpectantibus, ſive in cauſis delegatis ab Imperatore, vel Rege. Ita declaravit Se-
315 natus in cauſa Brunelli ex Marchionibus Inciſiæ die 9. Julii 1539. contra Joannem
Jacobum pariter Marchionem Inciſiæ, & pariter declaravit Invictiſſimus Imperator
CAROLUS V. ſuis Literis diei 28. Auguſti 1539. reſcribendo ad conſultationem Se-
natus diei 28. Auguſti ſibi tranſmiſſam.
Executio ſententiæ capitalis, aut alterius ultimi ſupplicii per Senatum latæ, non poteſt
ſuſpendi ab Excellentiſſimo Gubernatore hujus Dominii, ut reſpondit Senatus exa-
316 rata conſultatione S. E., & decrevit Senatus dandos ordines pro executione die 3.
Martii 1700. in caſu Marci Joſeph Malaſpinæ, & facta de hoc conſultatione
S. R. M., ab eadem approbata fuerunt geſta per Senatum Literis Regiis diei 5. Maji
ejuſdem anni 1700.
Sententiæ Senatus extrahi debent per Literas patentes cum inſertione precum utriuſ-
317 que partis, juxta praxim Cancellariæ. Ita decrevit Senatus die 12. Septembris 1742.
ſuper precibus Cancellariorum Provincialium contra Com. Palearium Papienſem.

(*ii*) Ad §. *Poteſt tamen* verb. *in termino a jure præfixo*.

Ut currat tempus ad petendam reviſionem non ſufficit extrajudicialis ſcientia ſen-
tentiæ, ſed requiritur inducta per factum Victoris, ideſt per ſententiæ intimatio-
nem, ut præſcriptum eſt in cauſis appellationum, cum appellatio, & reviſio, ſeu
ſupplicatio pari paſſu ambulent, & reviſio ſuccedat loco appellationis; & hoc pro-
cedit etiam ſi ſententia ſit jam demandata executioni, quia hæc impediri non po-
teſt per reviſionem interpoſitam, quæ conceditur cum clauſula *parito judicato*; undè
nec ſcientia ſententiæ proveniens ab ejus executione ſufficit ad impediendum reme-
318 dium reviſionis. Ita declaravit Senatus die 29. Januarii 1666. in cauſa Vezolia cum
Civitate Mediolani, admittendo reviſionem ab illius Syndicis interpoſitam, non ob-
ſtante quod lapſum eſſet biennium, quo non fuerat facta ſententiæ intimatio, &
hujus ſcientiam haberent Syndici per ſupplices libellos porrectos per Vezolium, &
quamvis ab eodem opponeretur ſententiam fuiſſe a Civitate approbatam, quia pro
illius executione deventum fuerat ad calculos.
Terminus ad interponendam reviſionem eſt biennium, & porrectio precum, ſuper qui-
bus obtinetur decretum de forma, ſortitur vim, & effectum interpoſitæ reviſionis,
319 ut declaravit Senatus die 8. Januarii 1648. favore Marchionis Joannis Georgii Pal-
lavicini contra Eminentiſſimum Cardinalem Triultium.
Interpoſita reviſione nulla currit inſtantia pro illius commiſſione, & proſecutione,
320 ut pluries cenſuit Senatus; nempe anno 1579. menſe Maji in cauſa Luretiæ Cu-
ſanæ

Digitized by Google

ſanæ contra Lampugnanos; anno 1647. die 26. Novembris in cauſa vertente inter
321 D. Comitiſſam Olympiam Pallavicinam Triultiam, & Eminentiſſimum Cardinalem
Triultium, referente Magnif. Cavalchino; menſe Decembris ejuſdem anni in caſu
322 Scholæ Sanctiſſimi Sacramenti Caſſani cum Angela Cantona; & anno 1670. 18.
323 Julii, referente Magnif. Com. Siccoborella -- Egr. Secret. Gradignano in cauſa
inter Flaminium Annonum & Georgium, & Fratres Annonos.

Item in cauſa Com. Don Franciſci, & Conſortum de Sormanis cum Com. Ayroldo,
324 in qua reviſio interpoſita ſub die 20. Julii 1673. proſecuta fuit poſt quinquennium,
anno ſcilicet 1678.

Item in caſu Principis Don Antonii Triultii cum Principiſſa de Guevara Triultia,
325 in quo adverſus ſententias latas die 21. Aprilis, & 9. Junii 1679. interpoſita fuit
reviſio, & obtentum decretum de forma poſt menſes 21. circiter reſpectu primæ,
& poſt menſes 20. reſpectu ſecundæ, tamen proſecuta fuit tantum elapſo biennio;
cum ſolum die 9. Maji 1681. decretum fuerit, reſpectu reviſionis, procedendum ad
illius commiſſionem.

Prolata demum per Senatum ſententia, referente Magnif. Com. Giulino die 23. Augusti 1724. ſuper uno articulo cauſæ vertentis inter Jo. Paulum Brochium, & Alexandrum Quadrium uti Procuratorem Bartholomæi Brochii; ſequenti die Partes coram eodem Magnif. Relatore devenerunt ad Tranſactionem ſuper reliquis articulis ejuſdem cauſæ, media conventione erogandi libras quinque mille dicto Quadrio, uti Procuratori dicti Bartholomæi, & petita a Senatu confirmatione hujus Tranſactionis, die 25. Auguſti decretum fuit, ſtandum eſſe conventis inter partes.

Quadrius, pro reviſione dictæ ſententiæ, obtinuit decretum *in forma* ſub die 1. Septembris dicti anni 1724.; die vero 30. Auguſti 1726. petiit a Senatu nomine Annæ Catharinæ Stochman Matris Tutricis, & Curatricis filiorum dicti Bartholomæi interim defuncti, ut ſtaret in ſuſpenſo tempus ad introducendam reviſionem, & prodiit decretum, ut intimaretur recurſus, & interim ſtaret in ſuſpenſo per dies viginti.

Intimatis dictis precibus, plura deducta fuere ex Parte adverſa pro excluſione reviſionis, & præcipuè quod lapſum foret biennium a die obtenti decreti pro reviſione ad petitam illius introductionem, & omnibus relatis per Magnif. Com. Trottum
326 die 23. Septembris 1728. cenſuit Senatus, reſtitutis libris quinque mille ſolutis vigore Tranſactionis, locum eſſe petitæ reviſioni -- Egr. Secret. Blancano.

(*ll*) Ad verba *Per Senatum concedatur*.

Reviſioni locus eſt a ſententiis Senatus latis in cauſis, ſive ordinariis, ſive delegatis,
327 ut declaravit die 9. Julii 1539. in cauſa vertente inter Marchiones Inciſiæ, ſibi
delegata ab Imperatore CAROLO V.

Datur reviſio non ſolum a ſententia Senatus, verum etiam ab ejuſdem voto tranſ-
328 mittendo Excellentiſſimo Gubernatori. Ita deciſum fuit die 21. Julii 1590.

Denegatur reviſio a ſententia prolata in cauſa recurſus, confirmante ſententias con-
329 formes, latas a Judicibus Inferioribus. Ita judicavit Senatus die 16. Junii 1600.
inter Fratres Caſtellettos, ac Sclaſenatos; die 23. Martii 1605. in cauſa Ferrario-
330 rum, & Padernorum Cremonenſium; die 8. Auguſti 1612. inter Claram Septalam,
331 & Phyſicum Septalam, referente Magnif. Senatore Acerbo; die 16. Januarii 1620.;
332 & referente Magnif. Senatore Carillo die 5. Septembris 1669. in cauſa inter Mar-
chionem Aribertum, & Sextum -- Egr. Secret. Annono.

Non dari reviſionem a ſententiis latis ſuper mutuis Partium precibus, ſed tantum in
cauſis jure ordinario deciſis poſt inſtructum proceſſum, & in Senatu relatum per
333 Senatorem Delegatum, decidit Senatus die 3. Decembris 1607. in cauſa vertente
inter Marchionem Piſcariæ, & ejus Uxorem ex una, & Sorores ejuſdem Marchio-
niſſæ ex altera, referente Magnif. Senatore Merzagora -- Egr. Secret. Marcheſonio --
Et ita pluries ſe vidiſſe ſervari, ac ſenſiſſe Ampliſſimos Patres non procedere Con-
ſtitutionem in meris interlocutoriis, quæ jure ordinario poſſunt revocari, atteſta-
334 tus eſt Magnif. Senator Mendocia, poſtea Præſes Magiſtratus Extraord. Reddit. *in
ejus annot. manuſcriptis ad hunc Titulum*.

A ſententia lata in cauſa appellationis a ſententia Magiſtratus, non eſſe admittendam
335 reviſionem cenſuit Senatus die 11. Auguſti 1648. in cauſa inter J. C. C. Jo. Bapti-
ſtam Vicecomitem, & Octavium Vicecomitem ſuper feudalibus bonis Carimati;
336 & die 22. Martii 1649. in caſu petitæ reviſionis per Paulum Montium, & Syndi-
cos Civitatis Mediolani.

Reviſio

Digitized by Google

Reviſio petita ab una ex partibus ſer. ſer. a ſententia Senatus, ſi alia pars adhærere
velit, idque non faciat tempore præfixo ab hac Conſtitutione, & omittat depoſitum,
agaturque de capitibus non connexis, non competit, & eam rejiciendam cenſuit
337 Senatus, referente Magnif. Bracherio die 20. Septembris 1668. -- Egr. Secret. An-
nono in caſu Com. Belgioſi cum Moniali S. Mariæ Magdalenæ.
Reviſio ſententiæ Senatus admittit compoſitionem etiam invitis partibus ex decreto
ejuſdem Senatus, ubi dubium grave in deciſione contingit. Sic referente Magnif.
338 de Puteo deciſum fuit a Senatu die 12. Maji 1670. in caſu Ricciardelli, & Figini --
Egr. Secret. Sadarino.
Quando Senatus cognovit uti Judex appellationis ſuper poſſeſſorio, tunc reviſio hujuſ-
modi ſententiæ denegatur reſpectu poſſeſſorii, & admittitur tantum quoad peti-
339 torium, quando ſuper eo cognitum non fuit, licet merita fuiſſent deducta. Ita
decidit Senatus, referente Magnif. Senatore Boſſio die 23. Junii 1678. -- Egr.
Secret. Tatto.

(*mm*) Ad verba *per eundem Senatum revideatur*.

In Ordine Regio diei 18. Octobris 1583. *impreſſo inter Ord. Senat.* præſcribitur in
judicio reviſionis judicandum eſſe ex eiſdem Actis, nec eſſe admittendas novas
probationes; verum hoc intelligi debet, quando agitur de reviſione a ſententia
lata a Magiſtratibus, ſecus vero in reviſione petita adverſus ſententiam latam a
340 Senatu, & coram eodem tractanda, ex rationibus ponderatis, & deciſionibus
Senatus adductis *in meis annot. ad dictum Ord. Reg.*
In judicio Reviſionis poſſe fieri novas probationes, declaravit pariter Senatus anno
341 1580. menſe Septembris in cauſa inter Collegium Juriſperitorum Cremonæ, &
quemdam de Aribertis.
Et anno 1682. 11. Martii, referente Magnif. Com. Burro -- Egr. Secret. Tatto --
342 admiſit Senatus novas probationes per æſtimationem bonorum, media electione In-
genierii, ad probandam læſionem ſub fundamento, quod reviſio conceſſa ab hac
Sanctione ſit ex juſtitia, & non ex gratia.

(*nn*) Ad verba *parito prius judicato*.

Quando res judicata, & deciſa per ſententiam eſt illiquida, non eſſe ſuperſedendum
343 ab audientia in judicio reviſionis, cenſuit Senatus anno 1591. menſe Auguſti in
cauſa Laviniæ Vicecomitis cum P. Franciſco Vicecomite; & die 1. Martii 1685.
344 in cauſa inter Principem Don Cajetanum Triultium, & D. Principiſſam Viduam.
Si qui obtinuit ſententiam ſit pauper, ita ut petens reviſionem non ſit ſecurus de
conſecutione fructuum, ubi contingat ipſum obtinere in judicio reviſionis, Senatus
pro indemnitate petentis reviſionem, præſtari fidejuſſionem per vincentem aſſignato
345 termino ſex menſium alteri Parti ad reportandam expeditionem judicii reviſorii;
decrevit die 9. Novembris 1615. in caſu quorundam de Bibienis, referente
Magnif. Trotto.
Qui petit reviſionem ſententiæ, in qua condemnatus ſit ad ſolvendum expreſſam
quantitatem una cum intereſſe, & expenſis, vel ad reſtituendam rem una cum
fructibus, non auditur, niſi ſolutis intereſſe, & expenſis, ac reſtitutis reſpectivè
fructibus. Ita cenſuit Senatus, referente Magnif. Senatore Vicecomite die 4.
346 Martii 1624., decernendo Perſichellum non eſſe audiendum in judicio petitæ re-
viſionis adverſus Picenardum, niſi ſoluto intereſſe, ad quod fuerat condemnatus.

(*oo*) Ad verba *facto depoſito*.

Pauperes excuſantur ab hoc depoſito. Ita pluries decrevit Senatus, nempe anno 1560.
347 22. Julii in caſu Equitis Fallerii cum ejuſdem Fratribus; anno 1588. 27. Julii
348 favore Equitis Arcimboldi contra Joannem Arcimboldum; anno 1613. 2. Decem-
349 bris in caſu illorum de Aulariis cum RR. PP. Societatis Jeſu Alexandriæ -- Egr.
350 Secret. Beſutio; & anno 1628. 26. Junii in cauſa Annæ Bagnariæ Pallavicinæ con-
tra Marchionem Paulum Antonium Pallavicinum.
Loco depoſiti quandoque pauperes admiſit Senatus ad præſtandam juratoriam cautio-
351 nem, ut in caſu cujuſdam miſerabilis Mulieris, referente Magnif. Com. Siccobo-
rella, decrevit die 12. Februarii 1666. -- Egr. Secret. Sadarino; & referente Magnif.
352 Senatore Com. Trotto die 23. Septembris 1728. favore Annæ Catharinæ Stochman
124 fidem adhiberi Teſtibus extra tempus examinatis, abſque alia termini ſtatuitione,
dummodo juraverint in termino -- Egr. Secret. Cattaneo.

Si labatur annus, ſolet Magiſtratus ſtatuto termino mandare, ut Teſtes examinen-
125 tur, quemadmodum decrevit die 10. Junii 1575. in cauſa Flaminii Parravicini
pro hæreditate vacanti Melchioris de Riboldis.

Duo Teſtes juraverunt intra terminum præſcriptum, antequam examinarentur, al-
ter eorum obiit, dubitatum fuit an alius ſubrogari poſſet elapſo jam termino,
126 intra quem jurare poſſet. Re in Senatu propoſita die 29. Maji 1576. dictum fuit,
poſſe ſubrogari in cauſa Jo. Baptiſtæ Baſſi pro bonis Aloyſii a Valle -- Egr. Se-
cret. Robio.

(*eee*) Ad §. *Studeant*. verſic. *intra dictos decem dies &c.*

Diſpoſitio hujus §. & ſequentis §. *Horum omnium*, quoad terminum dierum decem,
partibus ad procurandam tranſmiſſionem Magiſtratui earum jurium, & duorum
127 menſium præſcriptum ipſi Magiſtratui ad deffinitivè expediendas cauſas, procedit
ſolum in hoc Tribunali, & non in Magiſtratu Ordinar. Reddit. Ita declaravit
Senatus anno 1589.

(*fff*) Ad §. *Horum omnium contradicentium jura*, *&* *probationes*.

In cauſa magna Broletti inter Marchionem Caravagii, & Civitatem Mediolani, tam
Fiſcus, quam Marchio conabantur probare Brolettum fuiſſe in Dominio Ducis Me-
diolani Ludovici Mariæ Sfortiæ, idque conjecturis tantum probabant; hinc dubi-
tatum fuit, an iſtæ ſufficerent ad probationem dominii in hoc caſu, & an ideo
procedi poſſet, & an probationes factæ pro Marchione prodeſſent Fiſco. Deci-
128 ſum fuit die 3. Auguſti 1633. ſatis probare, maximè in antiquis, & coram Ma-
giſtratu, qui procedit ſola facti veritate inſpecta; & probationes factas pro præ-
dicto

Digitized by Google

dicto Marchione prodeſſe Fiſco quoad ea, quæ ſunt facti, reſultantis ex Actis.
In eadem cauſa quæſitum fuit, an ſiſtente Marchionis Caravagii petitione in hypo-
129 tecaria, cenſeretur intentatum Salvianum interdictum, ſtantibus clauſulis ſalutari-
bus, & die 16. Junii 1635. dictum fuit, cenſeri intentatum.
Anno 1639. die 16. Januarii. In eadem cauſa dictum fuit, legatum Palatii in Ducis
130 Teſtamento relictum Cæſari filio naturali facere præſumptionem, fuiſſe in illius
bonis, attentis antiquitate, & aſſertione Principis, & pariter Proclama publicatum
ex Ordine Magiſtratus, ut qui ſciebat jura Ducis ſuper dicta Domo, ea propalaret,
non facta propalatione, facere vehementem præſumptionem favore Civitatis.
Quæſitum fuit in eadem cauſa, an ex ſcripturis productis conſtaret de dominio Ducis,
& quod eſſet privati patrimonii, an publici Regis Gallorum, quia dicebatur fuiſſe
confiſcatum in præjudicium Vicecomitum; ad quod reſpondebatur, bona Confiſca-
131 torum non eſſe de Regalibus, ſed quidem jus confiſcandi. Relato hoc dubio die
21. Februarii 1639. dictum fuit, abſolvendam Civitatem a petitis quoad prædicta
tantum.
Die demum 17. Martii dicti anni 1639. in eadem cauſa dictum fuit, conſenſum Prin-
132 cipis in alienatione præſumi ſpatio triginta annorum, ubi conſtat de ejus ſcientia,
& ubi de ea non conſtat, præſumi conſenſum ex lapſu annorum centum, ut ex eo,
quod Fiſcus non probaverat dominium Regis Galliæ, ut tenebatur in hoc judicio
rei vendicationis, abſolvendam Civitatem a petitis, etiam ſi conſtaret de donatione
Regis.

(ggg) Ad §. *A quorumᵛ ſententiis.*

Ut a ſententiis hujus Tribunalis appellari non poſſit, requiritur, quod agatur de in-
133 tereſſe Fiſci immediato, & principaliter. Ita cenſuit Senatus die 22. Auguſti 1564.
ad mutuas preces Fiſci, & Conſortum de Florentia.
A ſententia Magiſtratus declarante hæreditatem eſſe vacantem, non dari appellatio-
134 nem, decrevit Senatus die 9. Maji 1560. -- Egr. Secret. Cattaneo.
Si vero agatur de intereſſe immediatè, & principaliter inter privatos, locus eſt appel-
135 lationi. Ita pluries judicavit Senatus, nempe anno 1560. die 29. Maji contra
136 Ven. Hoſpitale Majus hujus Urbis; anno 1580. menſe Maji in cauſa Octaviani
Cuſani; & die 6. Julii ejuſdem anni in cauſa inter Lelium Petram Papienſem, &
137 Lucam Peregum de Puteo, & cauſa commiſſa fuit Magnif. Senatori Mazentæ.
Idem declaratum fuit in cauſa Regalium Caſtelletti ſupra Ticinum, in qua præten-
dentibus Marchione Cuſano, & Conſortibus ea eſſe allodialia, & ſuſtinente Fiſco
138 eorum feudalitatem coram hoc Magiſtratu, emanavit ſententia die 20. Septembris
anni 1703. pro feudalitate dictorum Regalium, & bonorum a Regia Camera appre-
henſorum per obitum Antonii Mariæ Aliprandi Vicecomitis de Aragonia. Appel-
latum fuit ad Senatum per Marchionem Cuſanum, & Conſortes, & acriter impu-
gnata per Fiſcum iſtius remedii competentia, delata fuit contradictio uſque ad Au-
lam Matritenſem, a qua ſolemnis prodiit declaratio pro juriſdictione Senatus, &
139 competentia appellationis toties admittendæ, quoties intereſſe Fiſci non ſit præſen-
taneum, & immediatum.
Appellatio a ſententia lata ab hoc Magiſtratu in materia Annonæ devolvitur pariter
ad Senatum. Ita die 8. Aprilis 1699. cenſuit Senatus, decernendo admittendam,
140 & in forma committendam appellationem interpoſitam a Civitate Viglevani, adverſus
ſententiam latam ab hoc Magiſtratu in cauſa Annonæ a Provincia Lumellinæ, ſine
licentia hujus Tribunalis extractæ, juxta dictæ Civitatis privilegium.
Anno demum 1743. die 31. Julii, referente Magnif. Senatore Com. Suzano, admiſit
141 appellationem a ſententia per hunc Magiſtratum lata, referente Spectab. Quæſtore
Marchione Stuppano in cauſa vertente inter Communitatem Caſorati, & Utentes
Ticinelli pro expenſis refectionis Regiæ Viæ, quæ a Mediolano conducit Papiam.
Super hoc puncto conferunt deciſiones relatæ in antecedenti Tit. §. A ſententiis.
In caſibus, in quibus locus non eſt appellationi, competit reviſio, prout notatum fuit
in antecedenti Tit. §. *A ſententiis* verſic. *Quando juxta &c.*
Executio ſententiæ Senatus confirmantis ſententiam latam ab hoc Magiſtratu, remit-
titur ad eundem, non obſtante, quod judicium executionis ipſius ſententiæ inten-
tatum fuerit coram Egr. Capitaneo Juſtitiæ, ut poſt alios caſus declaravit Senatus
142 in eo Fratrum de Dianis cum Rev. Canonico de Raude, referente Magnif. Senato-
re Com. Burro die 17. Octobris 1668. -- Egr. Secret. Annono.
Cauſæ appellationum a ſententiis hujus Magiſtratus, quando juxta ſupra recenſitam
theo-

Digitized by Google

theoricam devolvuntur ad Senatum, committi non poſſunt deciſioni unius Senato-
143 ris, ſed decidi debent a toto Senatu, ut præſcribitur in Ordine Reg. diei 28. Maji
1604. *inter Ord. Senat. noviſ. impreſ.*

(*bbb*) Ad §. *Si vero Quæſtores declaraverint credita contradicentium.*

Pro creditis favore contradicentium per ſententiam declaratis, debetur etiam intereſſe
144 in quantitate, quæ percipitur ex bonis in ſolutum dandis. Ita cenſuit Senatus
die 26. Januarii 1589. -- Egr. Secret. Landriano.

(*iii*) Ad §. *Notarii Magiſtratus.*

In Ordinibus, Reſcriptis, & Decretis hujus Tribunalis directis Notariis Camerali-
bus, poni debet titulus *Nobilis, & dilecti.* Ita audito Fiſco decrevit Magiſtratus
145 die 7. Junii 1679. ad preces Franciſci Georgii Ottolini, & Joſeph Benaleæ Notar.
Cameralium.

(*lll*) Ad verb. *pro deſcriptionibus.*

Fiſcales pro deſcriptionibus bonorum delinquentium nihil accipere poſſunt, ut cave-
146 tur in Ordine Senatus diei 15. Julii 1546.
Notarii Camerales non poſſunt ſubſtituere alios Notarios, ſed ipſi accedere debent ad
deſcribendum, & apprehendendum bona delinquentium, & hæreditatum vacan-
tium, niſi juſtum habeant impedimentum, & ubi cauſa legitima adſit, poſſunt
147 alium notarium mittere, facto prius verbo cum D. Præſide, & habita illius approba-
tione. Ita decrevit Magiſtratus die 17. Februarii 1557.

(*mmm*) Ad verſic. *habeant pro ſingulo eorum & ſingulo die.*

Hæc diſpoſitio habet locum, etiam ſi uno die plures fiant deſcriptiones, ut ſanxit
148 Magiſtratus die 23. Auguſti 1563.

(*nnn*) Ad §. *Hi tamen caveant* verſic. *& majori pœna etiam corporali.*

Magiſtratus tenetur facere relationem Senatui pœnarum corporalium, non obſtante,
149 quod alleget delegationem ab Excellentiſſimo Gubernatore. Ita poſt varios caſus
conſuluit Senatus in illo Fraudatorum Annonæ, qui capti fuerant in Provincia Vi-
glevanenſi 30. Auguſti 1669. -- Egr. Secret. Annono.

(*ooo*) Ad §. *Teneantur omnes* verb. *mittere notulam.*

Notula delinquentium, & eorum bonorum, ubi agatur de delicto, pro quo locus ſit
150 confiſcationi, mittenda eſt per Judices, in Civitatibus, ad Referendarios; in aliis
vero locis, ad Magiſtratum. Ord. Senat. 11. Auguſti 1644. pluries renovato, ut
ibi *in annot.*
Judices, ubi præſententur Reorum gratiæ cum clauſula *quoad perſonam tantum*, debent
certiorem reddere Magiſtratum, vel reſpectivè Referendarios. Ord. Senat. 8. Ju-
nii 1708.

DE OFFICIO THESAURARII.

THeſaurarius nullas pecunias Fiſco debitas accipiat, niſi prius habuerit ſcripturam à Rationatoribus Fiſci factam, in qua ſcriptum ſit, Theſaurarium eas pecunias recipere debere à tali perſona, & ex qua cauſa. Qua ſcriptura habita, Theſaurarius ſubſcribat, confitendo eas pecunias habuiſſe. Et demum eam ad Rationatores remittat, qui de eis creditum faciant Fiſco, & debitum Theſaurario.

Inhibitum eſt Theſaurario, ne alicui pecuniam numeret, minus ſuper libris ſuis aliquem creditorem faciat, ſine expreſſo mandato Magiſtratus in ſcriptis faciendo. Quòd ſi juſſu Principis pecuniam numeraverit, Magiſtratui intra ſex dies notificabit.

Te-

Digitized by Google

Teneatur Theſaurarius in ſcriptis ſingulis diebus Magiſtratui mittere quid die præcedenti ſolutum ei ſit, & quid impenſum. Et de hoc per Rationatores memoria fiat, pœnâ arbitrio Magiſtratus imponendâ. §. Singulo quoque menſe requiſitus à Magiſtratu, rationes ſuas oſtendat, ut calcula fieri poſſint.

Non poſſit Theſaurarius debita, vel credita transferre de perſona ad perſonam, ſine licentia Magiſtratus. Et ſi alio modo factum fuerit, habeatur pro infecto, nulliuſque ſit momenti. Theſaurariuſque, & cum eo agentes, & conſentientes, arbitrio Magiſtratus puniantur.

AD TIT. DE OFFICIO THESAURARII.

Decis. et Annot.

THeſaurario Generali ſolvi debent omnes pecuniæ ex quacunque cauſa tranſmiſſæ
1 a S. R. M. ex Ord. Reg. 2. Aprilis 1561., item omnes pecuniæ provenientes a
2 conceſſionibus facultatum extrahendi Annonam. Ord. Reg. 29. Junii 1563. & 3.
3 Februarii 1688.; item provenientes ab Aquis, aliiſque rebus extraordinariis. Ord.
Reg. 24. Julii 1601., & demum pecuniæ provenientes a Gratiis, & compoſitioni-
4 bus, quæ diſtribui debent ad normam aliorum redditùum cameralium. Ord. Reg.
3. Novembris 1655.
5 Theſaurarius Generalis tenetur rationes reddere quolibet menſe. Ord. Reg. 16. No-
vembris 1578., & quolibet triennio renovare fidejuſſiones ab ipſo datas pro recta
6 adminiſtratione ejus Officii. Ord. Reg. 21. Novembris 1639.
Propoſito in Senatu Regio Diplomate facultatem concedente Joſeph Pratæ inſerviendi
per ſubſtitutum in Officio Contraſcriptoris, & Theſaurarii Magiſtratus Extraord.
Reddit. in Cancellaria Bladorum ejus vita naturali durante, non obante, quod ha-
7 bitum Clericalem ſuſcipere intenderet, decretum fuit, eſſe interinandum die 4.
Decembris 1691.

DE PRÆFECTIS ANNONÆ.

NOn ſine ratione Magiſtratus Annonæ in excelſa Urbe Mediolani conſtitutus eſt, qui curam Annonæ per univerſam Mediolanenſem ditionem haberet; ſtuderetque, ut Ordines in eam cauſam facti obſervarentur.

Quia per hujus Magiſtratus conſtitutionem, Annonæ ubertas conſervatur ad commodum ſubditorum, & hujus Imperii tutelam. Is igitur Magiſtratus curabit, ut Ordines inferiùs deſcribendi obſerventur, eique omnes Officiales Annonæ parebunt, & de fraudibus inventis juxta Ordines ipſum Magiſtratum certiorem reddent, ad hoc ut Ordinibus contrafacientes puniri poſſint, contra quos poſſit, & teneatur procedere ſummariè, & de plano, ſine ſtrepitu, & figura Judicii. Curentque omni ſtudio veritatem habere, nocentes quoque punire, mulctare, & condemnare, & in omnes tàm mediatè, quàm immediatè ſubditos huic Dominio, in concernentibus hos Ordines juriſdictionem exercere, & inobedientes, vel contrafacientes mulctare, & condemnare.

Ad Magiſtratum prædictum (a) pertinebit licentias concedere, de ipſiſque, & emolumentis earum rationes teneat.

Cæ-

Digitized by Google

Cæterùm ſi quæ licentiæ per Principem, vel ejus Locumtenentem concedantur, hæ apud acta dicti Magiſtratus præſententur. Et ulteriùs, obtinentes neceſſe habent ab eo Magiſtratu habere ordinem exequendi, ne fraudes committantur, utenteſque eis aliàs quàm modo præmiſſo (*b*), de fraude puniantur, non ſecus, ac ſi licentiam non obtinuiſſent.

Non poſſitque Magiſtratus, niſi ex gravi cauſa, & perprius re participata cum Principe, vel Senatu, deſcriptiones generales bladorum per Dominium Mediolani facere. Et quoties fieri neceſſe ſit, ea cura ad memoratum Magiſtratum pertineat, impenſiſque Fiſci fiant (*c*). Curabitque Magiſtratus, perſonas idoneas ad id munus eligere, & ab eis idoneos fidejuſſores exigere, ne pro dictis deſcriptionibus faciendis quicquam à ſubditis accipiant, ſub pœna quadrupli (*d*), vel ictuum trium funis, & etiam graviori, arbitrio Principis, vel Senatus.

Habeatque Magiſtratus auctoritatem cùm Annonæ inopia fuerit, Mercata publica tam communibus, quam particularibus perſonis conceſſa, reſpectu Annonæ ſuſpendendi, re perprius cum Principe, vel Senatu communicata. Et cùm hæc fiant, non ſint præjudicio locis, in quibus Mercata fiant, quin eorum privilegia ſerventur.

Erit quoque officii ejuſdem, idoneos, & expertos Commiſſarios, & eorum Contraſcriptores eligere juxta ſolitum, eiſque officia gratis dare, biennio tamen terminanda, eoque finito eos ſyndicatui ſubjicere, & altero ex Fiſcalibus adhibito, de erratis punire juxta Ordines.

Electio autem Capitaneorum, & eorum Contraſcriptorum, ad Principem, ſeu ad ejus Locumtenentem ſpectat.

Electi à Magiſtratu inſtructionem exercendi officii accipiant, & ante omnia apud ipſum idoneè fidejubeant, tàm ipſi, quàm Contraſcriptores, & Officiales ſui, quòd officia bonâ fide, perſonaliter, & non per ſubſtitutum exercebunt, ſyndicatuique ſtabunt, & parebunt: jurabuntque ſolemniter, an aliquid dederint pro ipſis officiis obtinendis; quod ſi repertum fuerit quicquam dediſſe, ab officio amoveantur, & puniantur pœnâ quingentorum aureorum, & majori, arbitrio Principis, vel Senatus. Et quandocumque procedi poſſit. Nec continuari præmiſſa officia ultra biennium poſſint; & finito biennio, omnino dicti Capitanei, & Officiales ſyndicentur.

Gubernatoribus Civitatum, Præfectis Artium, Feudatariis, Officialibus quibuſcunque, ac ſubditis communibus, & particularibus expreſsè inhibetur, ne ſe aliquo modo de pertinentibus ad Annonam, vel de licentiis concedendis impediant. Quia hæc omnis cura Præfectis Annonæ, & eorum Officialibus committitur; qui in omnibus juxta auctoritatem eis attributam, & Ordines providebunt. Quòd ſi quid per præmiſſos in concernentibus Annonam factum fuerit, id ex nunc irritum ſit, & inane. Utenteſque ipſorum, vel alicujus eorum auctoritate, vel licentia, de fraude per Magiſtratum irremiſſibiliter puniantur.

I Ca-

Digitized by Google

Capitanei autem in præſens ſunt Bladorum pro præmiſſis, & infraſcriptis exequendis, Mediolanenſis Dominii in Seprio unus, in Marteſana alter, quorum primus equites quatuor (e) tenere debeat, & ſalarium annuum habeat librarum octo centum. Alter verò totidem equites, ſed habeat ſalarium librarum ſexcentum, & à Theſaurario ſuper redditibus provenientibus à Magiſtratu Extraordinario, libras quatuor centum. In Agro Cremonenſi, unus erit Capitaneus qui equites ſex tenere debet, & ſalarium annuum habeat librarum mille ducentum. In Agro Novarienſi alter, qui idem onus habeat, & totidem librarum mille ducentum ſalarium. Idem quoque habeat Capitaneus Agri Alexandrini. In Agro autem, quem Lumelinam vocant, alius erit Capitaneus, qui equites quatuor tenere teneatur, & pro ſalario libras octo centum annuas habebit. Idem quoque habeant cæteri quatuor Capitanei, videlicet Capitaneus Claſtidii, Capitaneus Agri Laudenſis, Capitaneus Glareæ Abduæ, & Capitaneus Caſalis Majoris.

Erit quoque Capitaneus Lacus Larii, qui navem inſtructam tenere teneatur: & ſalarium habeat librarum mille centum, juxta ſolitum exſolvendum.

Ut autem Capitanei prædicti, bona fide, & ſincerè officia ſua exercere poſſint, unicuique ipſorum ea ſalaria conſtituta ſunt, in quibus tamen computari debeant emolumenta, quæ ipſi pro molendinis, & ſignatura jumentorum exigunt, ſolidos ſcilicet octo pro qualibet rota molendini: ſolidoſque duos, & denarios ſex, pro ſignatura cujuſlibet jumenti, & etiam omnia alia emolumenta per Magiſtratum eis conſtituenda, pro licentiis mandato Magiſtratus concedendis; & denique omnia alia emolumenta ordinaria, ad eos virtute Ordinum, & inſtructionum Magiſtratus pertinentia, exceptis tamen his, quæ ex conſignatione licentiarum Magiſtratus, & ex licentiis, quæ per Magiſtratum de loco ad locum conceduntur, percipiunt, ac mobilibus Domus, quæ nullo modo eis computari debeant. Quæ emolumenta ſi ad deputatum ſalarium non aſcendant, ſuppleat eis Magiſtratus ex emolumentis ad Fiſcum pertinentibus, ex cauſa inventionum per eos factarum. Contraſcriptores quoque, & Commiſſarii ſalarium habeant per Magiſtratum taxandum. §. Nihilque ulterius præmiſſi exigere poſſint, ſub pœna quadrupli, pro dimidia Fiſco, & reliqua accuſatori applicanda.

Nemini liceat ſubdito, vel non ſubdito, cujuſcunque ſexus, & conditionis ſit, ex Locis, & Territoriis mediatè, vel immediatè Dominio Mediolani ſuppoſitis, nec per Loca, & Territoria dicto Dominio ſuppoſita, extra Dominium conducere, portare, nec conduci, portarive facere, Frumentum, Riſium, Legumina, nec aliquod aliud genus Bladorum, aut Farinam, ſine licentia, nec conducentibus, portantibuſve, auxilium, conſilium, vel favorem dare, ſub pœna amiſſionis earum rerum, ac animalium, plauſtrorum, & navium, ac inſtrumentorum, quibus dictæ res veherentur, & ultra præmiſſa, ſub pœna confiſcationis bonorum, & alia pœna, uſque ad ultimum ſupplicium incluſivè, arbitrio Principis, vel Senatus.

Non

Digitized by Google

Non liceat etiam ſine licentia de uno diſtrictu, ad alterum diſtrictum memorati Dominii, prædicta conduci facere, nec portari facere, vel conducentibus, portantibuſve, auxilium dare, & ut ſupra, ſub pœna amiſſionis Bladorum, Riſii, Farinæ, & Leguminum.

Liceat tamen cuicunque, de loco ſubdito alicui Civitati prædicta impunè, & ſine licentia, per itinera recta, ſive terreſtria, ſive fluviatilia, prædicta portari facere ad Civitatem, cui locus ſubeſt, ſolutis tamen Datiis, & Pedagiis ſolitis; & etiam liceat prædicta conducere per tranſverſum, de Terra ad Terram, in eodem Territorio exiſtentem. Eoque in caſu intelligantur Terræ eſſe ejuſdem Territorii, quando ſint de eodem Communi, & cum eo onera ſuſtineant. §. Liceat etiam in eo diſtrictu de loco ad locum, Blada propria, nata ſuper propriis agris, conducere ad domum propriam habitationis impunè, & ſine licentia, & etiam de una juriſdictione, ad aliam juriſdictionem, ubi habitationem habeat, dummodo non diſtet ultra quatuor millia paſſuum.

Prohibitum tamen eſt, ne prædicta conducantur ad aliquem locum, etiam ejuſdem juriſdictionis, & diſtrictus, qui prope ſit confinia Territorii Dominio Mediolani non ſuppoſiti, per quatuor millia paſſuum, vel tantum, quòd fraus præſumi poſſit, habita conſideratione locorum arbitrio Magiſtratus, niſi à Magiſtratu licentiam ſpecialem habuerit; aliàs reperti in fragranti crimine, (*f*) prædicta amittant, unà cum animalibus, vehiculis, & inſtrumentis, ſuper quibus, & in quibus veherentur. Et ulteriùs contrafaciens tribus ictibus eculei plectatur, & alia graviori pœna, arbitrio Principis, vel Senatus, inſpecta qualitate facti, & perſonæ.

Liceat tamen habitantibus intra dicta loca prope confinia exiſtentia, facta prius deſcriptione per Capitaneum illius Provinciæ, impenſis tamen Fiſci, (*g*) conducere Blada, & Legumina cujuſcunque generis ex agris ſuis, ad Domos eorum habitationis ſine licentia, ea tamen lege, ne ad aliud Territorium conducant: aliàs reperti pœnâ prædictâ teneantur.

Mediolanum cuilibet perſonæ liceat conducere, & conduci facere, ex quacunque parte Dominii Mediolanenſis impunè Frumentum, Legumina, Farinam, Riſium, & Bladum cujuſcunque generis, ſolutis tamen Datiis, & Pedagiis, modò conducentes, per vias rectas conducant, & licentiam ab Officiali illius provinciæ obtineant, quæ gratis concedatur.

Hoc amplius, Civibus, & Incolis Mediolanenſibus ſine licentia impetranda facultas conceditur, cujuſcunque generis Blada, & Riſium, collecta in eorum agris, & poſſeſſionibus, ubilibet in Dominio Mediolanenſi conſiſtentibus, Mediolanum conducendi; modò per vias rectas conducant.

Extra autem Civitatem Mediolani omnibus liceat impunè, & ſine licentia, Panem exportare, & etiam modium unum cujuſcunque generis Bladi, & Riſii, ad loca diſtantia per decem millia paſſuum: abindè autem ſupra non ſine licentia Magiſtratus.

I 2 A par-

Digitized by Google

A partibus ultra Padanis cuicunque liceat conducere, & conduci facere omnem quantitatem Bladorum, Farinæ, & cujuſcunque generis, & ſpeciei, ad Civitatem Mediolani impunè, omnique inhibitione ceſſante, ſolutis tamen Datiis: ea tamen lege, ut conducere volentes prædicta, à Civitate Alexandriæ, & ejus Diſtrictu, ac partibus circumſtantibus dictæ Civitati non ſuppoſitis, licentiam obtineant à Capitaneo illius Provinciæ. Hoc amplius, quòd ſi per flumen Padi prædicta conducant, non ſolùm licentiam obtinere habeant, quæ ſine ſolutione, & incontinenti concedatur, ſed etiam fidejuſſorem præſtare, quòd intra quindecim dies fidem facient dicto Capitaneo, quòd prædicta in dicta Civitate conſignaverint. §. Idem ſervetur in ea conducentibus à Civitate Derthonæ, ejuſque Diſtrictu, & partibus circumſtantibus. §. Parique modo ſervent Conducentes ex Comitatu, & Diſtrictu Papiæ ultra Padum conſiſtente, & licentiam à Capitaneo Claſtidii obtineant.

Portitoribus, Nautis quibuſcunque fluminum omnium hujus Dominii, & Cuſtodibus Pontium, expreſsè inhibetur, ne aliquem Conducentem Riſium, Blada, Farinam, vel Legumina, transfretent, nec tranſire permittant, niſi ſecundùm Ordines, licentias ab Officialibus ad id deputatis habeant, ſub pœna trium ictuum funis, & majori, arbitrio Principis, vel Senatus imponenda. Quinimmo præmiſſos, ſi poterunt, detineant, & Capitaneo illius juriſdictionis conſignent, qui ſecundum Ordines, eos punient, data prius notitia intra triduum Magiſtratui, & medietas pœnæ in detinentes perveniat, reliqua Fiſco applicetur. §. Si verò eos detinere non potuerint, incontinenti Capitaneo illius juriſdictionis denuntient, ſeu Magiſtratui, & denuntiatori cum juramento, & uno teſte fide digno credatur: pœnaque in tres partes dividatur, ut duæ partes ſint Fiſci, denuntianti verò reliqua cedat. §. Et non ſolum pœnis prædictis teneantur Nautæ, Portitores, & Cuſtodes Pontium, ſed & Molendinarii, & Piſcatores, pœnis tamen arbitrio Magiſtratus moderandis, inſpecta qualitate negotii, & perſonarum.

Portitoreſque prædicti, & Cuſtodes Pontium, ſingulo anno apud acta Magiſtratus fidejubere teneantur, de ſervandis ordinibus, pro ſumma arbitrio Magiſtratus taxanda.

Cæterum Nautæ per Padum, Ticinum, vel Abduam, Blada non conducant ſine ſpeciali licentia, niſi illa conducant recto itinere, ad Civitatem Papiæ, & ibi exonerent, ad effectum ea conſummandi in ea Civitate, vel per rectas vias Mediolanum conducendi. Quod ſi alio modo factum fuerit, Nauta navem amittat, & dominus Blada, incurrantque pœnas à legibus ſtatutas.

Conducentes autem Blada, Farinam, vel Legumina, & Riſium extra Dominium, etiam obtentâ licentiâ juxta Ordines, non conducant, niſi prius viderint licentiam in ſcriptis obtentam, quam ſecum deferre teneantur, ſub pœna amiſſionis Bladorum, & ut ſupra, jumentorum, vehiculorumque, ultra alias pœnas à legibus ſtatutas. In quam pœnam etiam incurrant conduci facientes, & jumen-

Digitized by Google

menta, ac plauſtra, ſcienter hujuſmodi Conductoribus locantes, vel commodantes.

Non licitum ſit etiam alicui perſonæ, aliquam quantitatem Bladorum, Farinæ, vel Leguminum, exportare ex aliquo loco, vel Villa diſtante à Civitate Mediolani per millia paſſuum decem, & à Navigio magno, & Terra Abiate per millia paſſuum quatuor, videlicet à Terra, & Territorio Mazentæ incluſivè versùs Mediolanum gratià conducendi etiam in die Mercati, ad Oppidum Gallarati, nec etiam ad alia loca, tàm in Ducatu, quàm extra, ſine ſpeciali licentia, ſub pœnis præmiſſis; excepto tamen Mediolano, ad quod conduci per vias rectas ſine licentia permiſſum eſt.

Cæterùm Conducentes cum licentia Blada, præter enſem, aliqua alia arma ſecum deferre non poſſint: alià s reperti, carceri mancipentur, Blada, & jumenta amittant, & his pœnis plectantur, acſi licentias non obtinuiſſent.

Nec etiam poſſint Blada, ut ſupra, conducere noctis tempore, ſub pœna amiſſionis jumentorum, & Bladorum, exceptis iis, qui per vias rectas (*b*), & conſuetas, Mediolanum, & etiam ad alias Civitates, conducerent.

Qui autem conducunt cum licentia, ut ſupra, ſi eà abutantur, utpote qui pluribus vicibus, vel majorem quantitatem, quàm in licentia expreſſum ſit, conducant, puniantur, acſi licentiam non obtinuiſſent.

Molendinariis impunè liceat conduci, & portari facere Frumentum, & Blada ad eorum Molendina, causà molendi, & redacta in farinam, à Molendinis reconducendi, dum tamen id de die fiat, & & per vias uſitatas, & de locis, ubi non ſit manifeſta fraudis ſuſpicio, & quòd intra octo dies à die exportati Bladi numerandos, illud in farinam reconducant. §. Idem quoque ſervetur in aliis perſonis portantibus Blada, & Frumentum, ab habitationibus ſuis ad Molendina. §. Teneantur tamen Molendinarii, in principio anni, apud Capitaneum ſuæ Provinciæ fidejubere, de ſervandis ordinibus, & ſolitas licentias ab eo obtinere.

His quoque Molendinariis prohibitum eſt, ne causà molendi accipiant Blada, in locis non comprehenſis in licentia molendi, eiſdem conceſſa; nec etiam quòd conducant Granum de uno loco ad alium locum, ſub colore licentiæ molendi, vel ad alium locum, aut aliis perſonis, quàm ad eum, & eis, in quo, & à quibus Granum acceperint ad molendum, ſub pœna amiſſionis jumentorum, & Bladorum, ac ſolidorum viginti, pro quolibet ſtario: & Molendinarius pro ſua familia teneatur.

Sub pœnis etiam præmiſſis prohibitum eſt dictis Molendinariis, & cuilibet de ſua familia, ne emant, vel emi faciant, Blada, Farinam, & Legumina in quovis loco: in quas pœnas etiam incurrant vendentes, niſi licentiam à Magiſtratu habuerint. §. Et item prohibitum eſt, tàm ipſis, quàm eorum familiæ, ita quòd ſemper dominus pro familia teneatur, ne locent operas (*i*) conducendi Blada his,

qui

Digitized by Google

qui licentiam habent hinc inde conducendi, ſub pœna amiſſionis jumentorum; & ulteriùs dominus Bladorum ea amittat.

Ne autem Datiarii Panis, Vini, & Carnium, Plebium, Locorumque hujus Dominii, ex prohibitionibus præmiſſis jacturam patiantur, Capitaneus in quorum juriſdictione piſtrina exercentur, habita diligenti informatione, unicuique piſtrino taxet tantam quantitatem Frumenti, vel Farinæ, quæ pro uſu unius anni conveniat, & ſuper hujuſmodi taxatione, licentias ſingulis duobus menſibus concedat, & gratis fiant.

Tempore penuriæ (*l*), conſulto Principe, vel Senatu, Magiſtratus Annonæ eas proviſiones faciet, quæ utilitati publicæ convenient.

Contrafacientes autem præſentibus Ordinibus, quilibet accuſare poſſit, & Accuſatori credatur cum ſacramento, & uno Teſte fide digno, & Accuſator tenebitur ſecretò, ſi voluerit. §. Sit etiam auctoritas, facultaſque omnibus tàm Communitatibus, quàm etiam ſingularibus perſonis, non ſolum accuſandi, ut ſupra, ſed etiam detinendi quoſcumque in fragranti crimine repertos, Bladaque, Inſtrumenta, Animalia, ac vehicula, ſuper quibus, & in quibus conducerentur, per vim auferendi, modo tamen Officialibus deputatis illi Provinciæ conſignent, & ablata, intra triduum Magiſtratui notificent.

In omnibus caſibus, quibus Contrafacientes in pœnam incidunt, pœna hoc modo applicetur, & dividatur, videlicet quòd Inventori omnium repertorum in fragranti crimine, medietas detur (*m*), altera verò medietas Fiſco cedat. Confiſcationis autem bonorum, ſeu compoſitionis causâ dictæ confiſcationis per Magiſtratum faciendæ, tertiam partem Inventor habeat, reliquas Fiſcus. Ubi verò per inquiſitionem procedatur, tertia pars Delatoris ſit, reliquæ Fiſco cedant. Hæcque pœnarum diviſio in omnibus caſibus ſervetur.

Non tantum ad pœnas prædictas procedi poſſit contra repertos in fragranti crimine; ſed contra quoſcunque, qui Blada, & alia contra Ordines conducant extra Dominium, vel propè confinia, ubi ſit fraudis ſuſpicio, etiam ſi non reperiantur, ſed aliis probationibus convincantur, modò id intra annum (*n*) fiat à die commiſſi delicti. §. Intra autem Dominium, niſi reperiantur in fragranti crimine, procedi nullo modo poſſit.

Venditores verò Bladorum ſcienter Fraudatoribus, & Conductoribus Bladorum contra Ordines, eâ pœnâ, qua contrafacientes, teneantur.

Capitaneus in juriſdictionibus ei commiſſis deſcribi faciat per colorem, & ſigna, omnia jumenta, oneraria, & vehicularia, & Dominorum nomina, & cognomina, eaquè candenti ferro certo ſigno impreſſo, ſignare. §. Et ulteriùs Capitaneus in locis ab hominibus ipſorum locorum, juxta ſolitum, expromiſſores accipiat, ſe non paſſuros Blada, & alia contra Ordines, per ſua Territoria, nec extra conduci, ſub pœna aureorum decem pro quolibet modio, Cameræ applicanda.

Studeant autem Capitanei, & Officiales, omni ſtudio, & dili-

gen-

Digitized by Google

gentia, officia eiſdem commiſſa exequi, ut omnino hi Ordines ſerventur (o). Quod ſi ſecus fecerint, indignationem Principis incurrant, & pœnâ arbitrio Judicis imponendâ, puniantur. §. Si verò dolum commiſerint (p), videlicet, quod licentias fecerint præterquàm in ſuis inſtructionibus continetur, aut patientiam præſtiterint, cùm prohibere poſſent Bladorum, & aliorum exportationes, contra formam Ordinum, aut contrafacientes non punierint, bona omnia eorum publicentur, & capitali pœna plectantur, etiam uſquè ad mortem incluſivè, arbitrio Principis, vel Senatus, & procedi poſſit etiam ultra annum, & quandocunque. §. Si verò licentias prædictas Capitaneus non conceſſerit; ſed Officialis ab eo electus, vel deputatus, pro eo Capitaneus præcisè teneatur, niſi eum Magiſtratui conſignaverit; & ulteriùs teneatur omni diligentia uti contra Officiales à Magiſtratu, vel à Principe deputatos.

Capitaneis quoque prohibitum eſt, ne pro licentiis, quæ per eos ex auctoritate eiſdem attributa fieri contingent, quicquàm accipiant; nec accipere permittant, aliqua conſuetudine in contrarium non obſtante, ſed gratis concedant, ſub pœna privationis officii, & aureorum decem, pro medietate Fiſco, & reliqua delatori applicanda, cui cum juramento, & uno Teſte fide digno credatur.

Cæterùm ut omnes ſciant quid ſolvendum ſit pro licentiis obtinendis, ſancitum eſt, ad hoc, ut impenſa Officialium ejus Magiſtratus, quæ maxima eſt, perſolvi poſſit, in hanc formam ſolutiones eſſe faciendas, & ab eis ſolutionibus neminem quacunque dignitate fulgentem, eſſe exemptum. §. Et primò accipiens licentiam conducendi Blada de diſtrictu unius Civitatis Dominii Mediolani, ad alium diſtrictum alterius Civitatis dicti Dominii, ſolvat pro honorario, ſolidos duos pro qualibet ſalma. §. Idem ſolvat conducens cum licentia in Ducatu Mediolani Blada, vel Panem frumenti, vel Frumentatæ ad regiones Montis Briantiæ, Plebis Incini, Vallaſcinæ, Leuci, Vallis-Saxinæ, & Riperiæ Leuci, Agri Mediolanenſis, ultra Larium Lacum. §. Pari modo ſolvant, qui conducere volent cum licentia, Blada ex Ducatu Mediolani, ſito citra Abduam, ad loca Glareæ Abduæ ultra Abduam dicti Ducatus. §. Eſt etiam, qui conducent ex regione Novarienſi Bladum, Farinam, Legumina, Panicum, ad regiones Vallis Sicidæ, Ortæ, & Riperiæ, Lacus Verbani, & Terrarum circumvicinarum Ducalis Dominii. §. Idem quoque ſervetur in accipientibus licentiam conducendi Blada, ex Agro Cremonenſi, à Villa Jovis altæ infra, ad partes ſuperiores Agri Cremonenſis, & ſimili modo ad Terram, & Territorium Caſalis Majoris. §. Eodemque modo ſolvant conducentes cum licentia Blada, Farinam, Legumina ex Agro Papienſi citra Padum, videlicet Lumellinæ Campaneæ Papiæ, tàm inferiùs, quàm ſuperiùs ad loca Comitatus Papiæ ultra Padum exiſtentia. §. Et qui ex Agro Laudenſi citra Abduam, Blada ultra Abduam in Agro Laudenſi conducent. §. Qui verò licentiam accipient conducendi Avenam, Speltam, Milicam, Viciam, & ſimilia, pro honora-

Digitized by Google

norario prædicto ſolidum unum pro ſalma ſolvant. §. Subditis autem Dominii Ducalis, qui in una juriſdictione habitant, & in alia juriſdictione dicti Dominii Agros habent, licentiæ gratis, & ſine aliqua ſolutione honorarii concedantur, conducendi ſcilicet partem ſuam dominicam fructuum, ad eorum domos habitationis. §. Si quis verò licentiam acceperit (*q*) conducendi Blada, Farinam, vel Legumina, aut Panem frumenti, vel Frumentatæ, ex quacunque parte Dominii prædicti, ad loca ejuſdem Dominii exiſtentia prope confinia dicti Ducalis Dominii, duo, vel tria millia paſſuum, honorarium prædictum ſolidorum duorum pro ſalma omnino ſolvat.

AD TIT. DE PRÆFECTIS ANNONÆ.

Decis. et Annot.

ISte Magiſtratus aggregatus fuit Magiſtratui Extraord. Reddituum a Philippo II.
Hiſpaniarum Rege Diplomate diei 16. Aprilis 1563. penes Benal. *Relat. Hiſtor.*
1 *Magiſtrat. pag.* 26.; ſuppreſſo autem etiam hoc Tribunali anno 1749., cura Annonæ demandata fuit Magiſtratui Camerali.

2 Pro recta adminiſtratione Annonæ, quæ ſervanda ſint, habentur in Ord. Reg. 4. Septembr. 1697.

Circa prohibitionem coacervationis, ac extractionis Annonæ ab hoc dominio, ac varias providentias ad rem facientes pro impediendis fraudibus, videndum, omiſſis
3 antiquioribus, Proclama 19. Decembris 1742. renovatum die 30. Julii 1743., & confirmatum die 17. Auguſti 1744., & item Proclama 2. Septembris 1749., & 23. Novembris 1750.

AD CONSTITUTIONEM.

(*a*) Ad §. Ad *Magiſtratum prædictum*.

Translato hoc Officio in Magiſtratum Extraord. Reddit., privativè ad ipſum ſpectabat licentias concedere pro extractione Annonæ ab hoc Dominio. Ord. Reg. 26.
4 Martii 1661. & 21. Julii 1687., & nunc ob ſupra relatam aggregationem ſpectat ad Magiſtratum Cameralem.

(*b*) Ad §. *Cæterum* verſic. *utenteſque eis alias, quam modo præmiſſo.*

Conſultus Magiſtratus a Commiſſario Sirono, an conceſſâ licentiâ extrahendi Bla-
5 dum, extrahi poſſit farina, reſpondit licere die 8. Februarii 1583. non conſtito de majori præjudicio, aut fraude.

(*c*) Ad §. *Non poſſitque Magiſtratus* verſic. *impenſiſque Fiſci fiant.*

Non ſolum expenſæ pro generali Bladorum deſcriptione, verum etiam pro cuſtodien-
6 dis hujus Dominii confinibus, ne Annona exportetur, ſpectant ad Regiam Cameram. Ita decidit Magiſtratus die 15. Novembris 1593.

(*d*) Ad verba *ſub pœna quadrupli.*

Anno 1596. die 9. Julii in cauſa generalis Bladorum deſcriptionis, Senatus condemna-
7 vit Andream Malouram in quadruplum, cujus ſimplum parti, & triplum Fiſco dari voluit, non obſtante Conſtit. *de Officio Vicar. General.* §. *Juſdicentes*, ubi pœna quadrupli pro ſordibus &c. cedit dimidia Fiſco, & dimidia Parti.

(*e*) Ad §. *Capitanei* verb. *equites quatuor.*

Si Cancellarius inſerviens hiſce Capitaneis teneat equum, admittitur in numero Mi-
8 litum. Ita declaravit Magiſtratus die 31. Auguſti 1581.

Milites inſervientes Capitaneis, & Commiſſariis Bladorum morari debent in loco, ubi Capitaneus, & Commiſſarius habitant, vel ſaltem non ultra duo milliaria ad ſummum ab eorum habitatione, nec poſſunt equitare extra Provinciam propriam
9 ſine Capitaneo, aut Commiſſario: & ubi ſine alterutro reperiantur extra propriam pro-

provinciam aſſignatam, poſſunt detineri a Capitaneo, & Commiſſario Provinciæ,
10 in qua reperiantur, niſi id contingat cauſâ inſequendi exportantes Blada extra Dominium. Ita decrevit Magiſtratus die 2. Septembris 1603.

(*f*) Ad §. *Probibitum tamen eſt* verſic. *alias reperti in fragranti crimine*.

Senatus anno 1560. menſe Martii in caſu quorundam de loco Germinaghæ decrevit,
11 eos, qui non ſunt reperti in fragranti crimine, eſſe puniendos pœnâ trium ictuum funis tantum, non etiam amiſſionis rerum.

Magiſtratus vero die 15. Julii 1606. cenſuit, non eſſe moleſtandum Jo. Angelum
12 Majochum Laudenſem, qui non fuerat repertus in fragranti conducere Blada de loco ad locum ſine licentia Magiſtratus.

(*g*) Ad §. *Liceat tamen* verſic. *impenſis tamen Fiſci*.

Nunc permittitur tantum Capitaneo, ut accedat petentium expenſis ad ea deſcribenda,
13 dum ſunt in paleis in agris. Ita declaravit Magiſtratus menſe Junii 1581. in caſu Hoſpitalis Cremonæ, & die 22. Aprilis 1586.

(*b*) Ad §. *Nec etiam poſſint* verb. *exceptis his, qui per vias rectas*.

Idem declaravit Magiſtratus anno 1575. menſe Octobris favore Jo. Baptiſtæ Manticæ
14 Novarienſis, qui ex Territorio Lumellinæ conduxerat noctis tempore Blada ad Civitatem Novariæ.

Anno 1585. 6. Junii declaravit pariter Magiſtratus, licere conducere noctis tempore
15 per Navigium Martheſanæ uſque Caſſianum, & per Navigium Magnum, attenta conſuetudine, & ob commoditatem Nautarum, & Navigiorum.

(*i*) Ad §. *Et item probibitum eſt* verb. *ne locent operas*.

Molendinariis licitum eſſe ſive gratis, ſive pacta mercede locare operas, & jumenta
16 pro conducendo Blada ad Civitatem, declaravit Magiſtratus die 14. Junii 1583.
datis literis Capitaneo Caſalis Majoris pro Bartholomæo Picinello, & die 5. Octo-
17 bris 1595. pro Franciſco Macino. Idem declaravit Senatus die 10. Julii 1585. pro
18 Fratribus de Gattis Molitoribus Caſalis Majoris -- Egr. Secret. Poggio.

Capitaneus Devetus Lumellinæ fecerat inventionem Ambroſio Buſcaliæ Molendinario Cozzii, eo ſub prætextu, quod exerceret artem Molitoris abſque licentia. Magiſtratus, referente Spectab. Quæſtore Mendocia, die 18. Martii 1620. decrevit, reſcri-
19 bendum dicto Capitaneo, ne moleſtaret dictum Ambroſium, quia non eſt prohibitum exercere artem Molendinarii, ſed tantum vehere Blada de loco ad locum ſine licentia.

(*l*) Ad §. *Tempore Penuriæ &c.*

Anno 1602. die 8. Januarii ad preces Com. Renati Borromæi, Senatus eidem conceſſit
20 facultatem cogendi quaſcunque perſonas commorantes in Juriſdictionibus Verbani Lacus, ad erogandas mutuo pecunias præfato Comiti pro alendis Pauperibus in ejus Territorio commorantibus, & cogendi ditiores ad mutuandum pecunias eorum Communitatibus pro comparanda Annona neceſſaria pro Pauperum alimentis.

Conſimilem facultatem conceſſit Senatus die 5. Martii ejuſdem anni ad preces Præfe-
21 ctorum Annonæ pro reparanda Bladorum penuria vigente in Territorio Larii Lacus.

(*m*) Ad §. *In omnibus caſibus* verb. *medietas detur*.

Ob bonum publicum admittitur quilibet ad notificandum, licet alias inhabilis ſit, ut Bannitus, & præmium conſequitur. Ita declaravit Magiſtratus, referente Spectab.
22 Quæſtore Mendocia die 11. Julii 1616., favore Andreæ Caſati Delatoris contra Ga-
23 leatium Mariam Vicecomitem, & rurſus in eadem cauſa die 11. Julii 1617., referente eodem Spectab. Quæſtore.

(*n*) Ad §. *Non tantum* verſic. *modo id intra annum fiat*.

Hanc Conſtitutionem eſſe ſervandam etiam in omnibus caſibus, qui occurrunt ob
24 Proclamata Excellentiſs. Gurbernatorum, quæ circa Annonam publicantur, ordinatum fuit in Magiſtratu anno 1574.

Ut ſit locus pœnæ contra exportantes Annonam, requiritur, quod Inquiſitio, vel ci-
25 tatio tranſmiſſa ſit intra annum. Ita conſultus Senatus reſpondit in ejuſdem Ord. diei 27. Julii 1553.

Digitized by Google

Inquiſitus Franciſcus Albertonus de contraventione in materia Annonæ a Commiſſa-
rio Fucio intra annum, & citatus in formam abſentis, elapſo anno minus legitimè
captus fuit, & examinatus, faſſus eſt delictum. Propoſito hoc caſu in Senatu, de-
26 cretum fuit, non eſſe moleſtandum, quia citatio erat nulla ob non ſervatam for-
mam, & præſcriptio interrupta non fuit.

Contra repertos in fragranti quandocunque procedi poteſt, etiam quoad pœnas corpo-
rales, ultra rerum amiſſionem, quia ultimum caput hujus Conſtitutionis reſpicit
tantum eos, contra quos proceditur viâ informationum, & quoad repertos in fra-
granti ſatis dicitur ceptum procedi per rerum retentionem, & etiam ſi aufugiant.
27 Ita decidit Magiſtratus die 19. Auguſti 1583. datis literis ad J. C. Æneam Viceco-
28 mitem Delegatum in Agro Novarienſi; anno 1584. menſe Decembris; & die 16.
29 Julii 1620., referente Spectab. Quæſtore Mendocia in caſu Ambroſii Coronini, in
cujus præjudicium facta inventione, & repoſitione Orizæ, & intimatis defenſioni-
bus poſt annum, oppoſitus fuit lapſus anni, & non obſtante hac exceptione, decre-
tum fuit ſtatuendum alium terminum dierum ſex ad faciendum defenſiones.

(*o*) Ad §. *Studeant autem Capitanei* verb. *Ordines ſerventur*.

In omnibus caſibus contraventionum, in quibus agitur de pœna pecuniaria, Capita-
nei, aliique Officiales non debent aliquem admittere ad ſe defendendum, niſi prius
30 præſtita fidejuſſione de ſtando, & parendo juri, & judicatum ſolvendo. Ita refe-
rente Spectab. Quæſtore Mendocia decrevit Magiſtratus die 16. Julii 1620.

(*p*) Ad §. *Si vero dolum commiſerint &c.*

Facta relatione de Syndicatu Capitanei Soreſinæ, & ejus Locum Tenentis anno 1546.
31 menſe Aprilis, Capitaneus fuit condemnatus ad triremes per ſexennium, & alter ad
Furcas.

(*q*) Ad §. *Si quis vero licentiam acceperit &c.*

Anno 1564. die 26. Januarii concluſum fuit in Senatu hanc Conſtitutionem procede-
32 re etiam quoad Blada propria; verum occurrentem caſum remiſit ad Magiſtratum,
ut illum decideret juxta obſervantiam.

DE OFFICIO COLLATERALIS GENERALIS.

PRoprium munus Collateralis generalis eſt, jusdicere in cauſis militum ex cauſa militiæ, (*a*) vel ab ea dependentibus, modò tamen non trahant habitantes extra Ducatum Mediolani, quando ſumma cauſæ centum aureos non excederet, niſi lis inter Milites eſſet, & ex cauſa militiæ. §. Ad eum quoque pertinet ſolutiones facere omnibus Præfectis artium, eorumque militibus, & aliis quibuſcunque militibus, in hoc Dominio exiſtentibus, de eorum ſtipendiis, & eorum militum nomina deſcribere, diligentemque rationem tenere, & ſi quos milites minus habiles cognoverit, monebit primò eorum Capitaneum, ad quem electio ſpectat; per quem ſi proviſum non fuerit, erit Collateralis officii, Principem, vel Locumtenentem, de his certiorem facere.

Curare etiam habet, quòd Cuſtodes Portarum Civitatum ab ingredientibus non accipiant Vinum, Ligna, Fœnum, Paleam, fructus, nec quicquàm aliud etiam à ſponte dantibus, contrafacienteſque punire pro prima vice in aureo uno, pro ſecunda in retentione Salarii trium menſium, pro tertia in ictibus duobus eculei.

Cognoſcet etiam de omnibus controverſiis, occaſione venditionum,

num, vel permutationum equorum, & cùm ex locato, vel conducto equorum agatur, quando alter ex litigantibus miles ſit, eamque ob cauſam Proxenetæ horum contractuum, tenentur antequàm in hoc ſe exerceant, ſe apud acta Collateralis deſcribi facere, ſub pœna aureorum decem, Fiſco applicanda.

Providere quoque habet, ut præter ſervitores Communitatis Mediolani, omnes alii baruerii, & famuli juſdicentium Mediolani, perprius quàm ſe exerceant in faciendis executionibus, apud ejus acta ſe deſcribi faciant, quia nonniſi per deſcriptos, executiones fieri poſſunt.

Et item cognoſcat circa fraudes, quæ fiunt per famulos, executoreſve, in ipſis executionibus faciendis, & quòd Ordines, in eam cauſam facti, obſerventur. Et ejus officii erit, eos contravenientes punire juxta eorum Ordinum formam.

In præmiſſis omnibus jus dicere habet ſummariè, & de plano, ſine ſtrepitu, & figura Judicii, ipſa facti veritate attenta.

AD TIT. DE OFFICIO COLLATERALIS GENERALIS.

Decis. et annot.

Officio Collateralis Generalis ſubrogatum fuerat illud Auditoris Generalis, cum
1 juriſdictione ſolum quoad Milites, ex Ord. Reg. 13. Februarii 1576., quo poſtea ſuppreſſo anno 1749., illius juriſdictio aggregata eſt Prætori Mediolani.
2 Quænam eſſet auctoritas Auditoris Generalis habetur in Edicto diei 5. Maji 1587.
inter Ord. Reg. noviſſimè impreſſos pag. mihi 112., & quando aderat, in graviori-
3 bus ſui Officii cauſis, tenebatur Senatum conſulere, Ord. Senat. 19. Januarii 1634.
impreſ. in Addit. noviſſ. in fine hujus Volum.
Pro quibus Militum delictis procedere poſſet dictus Auditor, habetur in Ord. Senat.
4 12. Maji 1556., confirmato Literis Regiis 6. Junii 1582. *impreſſ. inter Ord. Senat.*;
& ejus obſervantia mandatur in Ord. Senat. 25. Octobris 1607., & 9. Octobr. 1636.
5 Cauſæ non comprehenſæ in Decreto militari, ſive recenſito Ordine anni 1556. non poterant delegari in Auditorem Generalem, ex Ord. Reg. 21. Octobris 1580.

AD CONSTITUTIONEM.

(*a*) Ad §. *Proprium* verb. *in cauſis Militum, ex cauſa militiæ.*

Juriſdictio hujus Auditoris verſabatur tantum circa cauſas Militum ordinariorum.
6 Ita declaravit Conſilium Secretum die 19. Maji 1560. favore Commiſſarii Generalis Exercitus. Item circa cauſas criminales, & non civiles: hinc lata ab Auditore
Generali ſententia in cauſa civili contra Vallottam, uti adſcriptum Militiæ, &
appellatione introducta, cum de ea Pars adverſa conqueſta fuiſſet coram Senatu, referente Magnif. Senatore Dela Hoz, dictum fuit die 28. Januarii 1661. ſenten-
7 tiam eſſe nullam, verum ex bono jure confirmandam, rejecto impedimento præcepti -- Egr. Secretario Sadarino --; Idem declaravit Senatus die 28. Aprilis 1662.
8 contra Alipherum de Puteo, referente Magnif. Senatore Marchione Florentia --
9 Egr. Secret. Annono --; die 17. Decembris 1663., referente Magnif. Senatore de Puteo, in caſu ſententiæ in civilibus latæ a Locum Tenente Auditoris; item referente Magnif. Senatore Marchione Erba die 1. Aprilis 1669. in cauſa ſententiæ ab
10 Auditore latæ inter Bertarellam, & Cremonam, quæ ex bono jure fuit confirmata, rejecta quoad utrumque effectum appellatione; & demum, referente Magni-
11 fico Senatore Com. Loayſa, die 23. Julii 1672. pro Buttintrocho -- Egr. Secret. Maddio.
Pariter non habet juriſdictionem in civilibus, & inter Paganos, ut pluries decidit
12 Senatus, nempe die 2. Auguſti 1663. -- Egr. Secret. Belcredio -- die 19. Novem-

Digitized by Google

13 bris 1663. referente Magnif. Senatore Com. Corio in caſu Capitanei Abduæ cum
14 Mainerio -- Egr. Secret. Coſſa --; referente Magnif. Marchione Erba die 30. Aprilis
1664. in caſu Vallottæ, Buſti, & Abbatis de Curte -- Egr. Secret. Gradignano --;
15 die 17. Junii 1665. in caſu Capitanei Ghilii, & Praxedis S. Galli, referente Ma-
16 gnif. Com. Loayſa -- ; & demum die 14. Decembris 1672. ad literas Prætoris Caſtri
Novi Scripiæ, referente Magnif. Senatore Caſato -- Egr. Secret. Oliverio.

In cauſis criminalibus non ſemper privativè procedit Auditor Generalis; nam ſi Miles
offenſus ſit in Territorio Feudali a perſona ſubjecta minori Magiſtratui, cauſa ſpe-
ctat ad Judicem minoris Magiſtratus, ut declaravit Senatus anno 1584. datis lite-
17 ris ad Prætorem Papiæ, ut remitteret ad Prætorem Feudalem cauſam cujuſdam
Militis Hiſpani, qui vulneratus animo deliberato remanſit a quodam ſubdito Feu-
datarii, juxta regulam, quod offenſor tribuit juriſdictionem.

In caſibus pariter, in quibus Milites ob delictum non militare, ſed commune, pu-
niendi ſunt a Judicibus Ordinariis, ſi delinquant commorantes non ex cauſa mili-
tiæ in Territorio feudali, ſubſunt juriſdictioni Minoris Magiſtratus. Ita declara-
18 vit Senatus die 26. Auguſti 1568. favore Fiſci Marchionis Melegnani in caſu cu-
juſdam Militis Hiſpani hoſpitantis ad tempus in loco Gravedonæ trium Plebium;
19 & die 11. Julii 1580. favore Prætoris feudalis Com. Alphonſi Somaleæ datis literis
20 Prætori Laudæ; & favore Prætoris Fregaroli in caſu Julii Ritii Militis gravis
armaturæ, qui alium enſe percuſſerat, ut in Ord. Senatus diei 10. Julii 1603.

Quando Judex Minoris Magiſtratus procedit in cauſis Militum, non debet admitte-
re ad conſtructionem proceſſus, & cauſæ cognitionem Locum Tenentem Audito-
21 ris Militum Ita juxta votum Fiſci cenſuit Senatus die 1. Februarii 1674., re-
ferente Magnif. Senatore Caſato.

DE OFFICIO PRÆFECTORUM SANITATIS DOMINII MEDIOLANI.

Singulo anno (*a*) ante Feſta Natalitia, per Senatum eligantur ſinguli, ex ſingulis Magiſtratibus, Reddituum ſcilicet Ordinariorum, Extraordinariorum, & Annonæ, Collateralis unus, & à Collegio Medicorum Urbis Mediolani Medici duo, quibus Senator præſit, à Senatu pariter eligendus: & cum his quotieſcunque opportunum fuerit Prothophyſicus interveniat, habeantque cauſarum Auditorem unum, ex Mediolanenſi Collegio Juriſconſultum, ab eis Præfectis eligendum. §. Hi abſolutam, & omnimodam auctoritatem, (*b*) & poteſtatem habeant, in his ſcilicet, quæ ad eorum officium ſpectant, & quovisſmodo pertinent, ſubditis quibuſcunque hujus Dominii mediatis, & immediatis imperandi, mulctandi, ac bonorum confiſcationem ad Sanitatis beneficium, nec non & quaſcunque corporis pœnas, (*c*) ad ultimum uſque ſupplicium incluſivè judicandi, & quoſcunque eorum mandatis, & ordinibus non obtemperantes, puniendi, ſervatis, ac non ſervatis Ordinibus, & Conſtitutionibus. Severius enim agendum eſt ad ea facinora comprimenda, quæ non ſolum Oppido, aut Civitati perniciem parere, ſed univerſæ Provinciæ, & humano generi, exitium afferre poſſunt. §. Omnes Officiales, & Juſdicentes, & præſertim Capitaneus Juſtitiæ, eis in prædictis parêre habeant, & omni auxilio, & favore vocati præſto adeſſe, & mandata exequi.

Hi ſalubri etiam tempore ſingulâ hebdomadâ conveniant, ut ſi quid fortè providendum fuerit, intelligant, & occurrant. Peſtilenti

verò

Digitized by Google

verò tempore toties quoties viſum fuerit. §. Erit autem præcipuè eorum curæ non ſolum ſi qua peſtilentia ſubditos noſtros infecerit, omni diligentia expurgare (*d*), & radicitus evellere; verùm etiam omni ſtudio eniti, ut ab univerſis finibus hujus Dominii procul arceatur. Vigiles itaque ſint, ut quàmprimum innotuerit, regionem aliquam hoc pernicioſo morbo laborare, Edictis, & Proclamationibus pœnas indicant, ne quis inde adveniens abſque ipſorum Præfectorum cognitione, fines hujus Dominii ingrediatur, eaſdemque hoſpitibus, ad quos diverterint, comminentur, &, ſi expedierit, ſigna à finitimis Civitatibus expoſcant, Cuſtodeſque trajectitiis fluminùm navibus apponant. Mandentque, ne quempiam ſine incolumitatis fide, conventoque ſigno, admittant. Prohibeantque pœna capitali, ne quis quempiam aliter trajiciat. Urbium autem, & Oppidorum, quæ ultra Amnes ſunt, aditus pariter obſervari jubeant. Quin etiam, ſi expedire viſum fuerit, Vicos vallari mandent, utque diſpoſitis cuſtodiis neminem contra præſcriptos Ordines, recipiant. Caveantque ſummopere in admittendis mercibus. Moneantque ideo opportuno tempore Mercatores, ut mercium, & ſuæ pariter incolumitatis afferant atteſtationes (*e*), aliter non admittendos.

Miniſtros, & Officiales (*f*), Conſervatores præmiſſi deputabunt, juxta Ordines, & ob demerita amoveant. Eoſque Ordines apud ipſum Magiſtratum exiſtentes, per univerſum Dominium, omni ſtudio, & diligentia, obſervari faciant.

AD TIT. DE OFFICIO PRÆFECTORUM SANITATIS DOMINII MEDIOLÀNI.

Decis. et Annot.

MAgiſtratus iſte fuit in primis erectùs a Franciſco Sfortia II. Mediolani Duce,
præſcriptis peculiaribus legibus a ſingulis Officialibus obſervandis, ut ex ejus
1 Diplomate diei 11. Aprilis 1534, & hac Conſtitutione fuit confirmatus ab In-
victiſſimo Imperatore Carolo V., & demum anno 1749. Regiis Literis diei 12.
Novembris.
Officiales hujus Magiſtratus, quæ ſervare debeant pro adimplemento eorum muneris,
2 habentur in Ordine ejuſdem Magiſtratus diei 2. Januarii 1694.
Quid exigi poſſit ab iſtis Officialibus pro expeditione Mercium, quæ introducuntur,
3 vel exeunt ab hoc Dominio, habetur in Taxa renovata, & publicata Proclama-
te Excellentiſſimi Gubernatoris Comitis de Harrach diei 18. Auguſti 1750.
Quid ſervandum ſit a Commiſſariis Forenſibus deputatis ab hoc Magiſtratu; quidve
4 ſervandum ſit pro Quarantenis, habetur in dupplici ſeparata Inſtructione hujus
Magiſtratus diei 14. Auguſti 1738.
Providentiæ plures obſervandæ in caſibus detecti Morbi contagioſi in Beſtiis bovi-
5 nis, recenſentur in Edicto diei 5. Octobris 1711.; aliique plures Ordines ad
6 tuendam ſanitatem ſervandi Mediolani, & in ejus Suburbiis, habentur in generali
Proclamate hujus Magiſtratus diei 12. Auguſti 1740.
Vagabundis, & Mendicantibus tam maſculis, quam fœminis, & tam exteris, quam
originariis hujus Dominii, prohibitum eſt commorari in hoc Dominio ex Edicto
7 pariter hujus Magiſtratus diei 23. Maji 1708., 19. Auguſti 1710., renovato die
16. Martii 1744. quoad exteros tantum.

AD

AD CONSTITUTIONEM.

(*a*) Ad §. *Singulo anno &c.*

Electio Præſidis, aliorumque componentium hunc Magiſtratum ab anno 1749. fieri
debet ſingulo biennio; Præſes eligi debet indiſtinctè ex omnibus Senatoribus etiam
8 Provincialibus, & Exteris; & loco Quæſtoris Magiſtratus Reddit. Extraord. eligi
debet alter ex ſexaginta Decurionibus hujus Urbis.

(*b*) Ad §. *Hi abſolutam, & omnimodam auctoritatem &c.*

Anno 1595. cum Præfecti hujus Tribunalis mandaſſent Vicario, & Duodecim Pro-
viſionum, ut ſolvi juberent mandata per eos facta cauſâ conſervandæ Sanitatis,
& ipſi appellaſſent ab hujuſmodi præcepto, decrevit Senatus, facta ſolutione man-
9 datorum, eos eſſe admittendos ad proſequendam appellationem, quæ jam commiſ-
ſa erat Magnifico Senatori Trotto.
Cum ageretur de repartiendis quibuſdam expenſis factis cauſâ peſtis, interpoſita no-
mine Principatus Papiæ appellatione, dubitatum fuit ad quem ipſa devolveretur, &
10 die 22. Maji 1596. dictum fuit, eam devolvi ad Senatum, quia in eo caſu non
agebatur de arcenda peſte, ſed de re ad juſtitiam pertinente; & die 17. Junii
11 ejuſdem anni auditis partibus, cenſuit Senatus admittendam eſſe appellationem quo-
ad devolutivum tantum.

(*c*) Ad verſic. *& quaſcunque corporis pœnas &c.*

Jo: Petrus Arrigonus Commiſſarius pro hoc Magiſtratu in loco Geræ, fuit detentus
in Carceribus Gravedonæ ob multas fraudes, & extorſiones in officio commiſſas,
& ob permiſſam introductionem in hoc Dominium Mercium ab ultramontanis
partibus provenientium, abſque licentia hujus Tribunalis; cum vero a dictis Car-
12 ceribus aufugiſſet, ab Auditore ejuſdem Tribunalis uti delegato, fuit die 12. Sep-
tembris 1616. in contumaciam condemnatus in pœnam amputationis capitis, &
confiſcationis bonorum.

(*d*) Ad §. *Erit autem* verbo *expurgare.*

Quomodo purgari debeat quælibet ſpecies Mercium, tam Mediolani, quam in quo-
13 libet alio loco, habetur in Inſtructione generali diei 14. Auguſti 1738.

(*e*) Ad verba *afferant atteſtationes.*

Atteſtationes, quæ fiunt pro Mercibus, & rebus exteris introducendis in hoc Do-
14 minium, quid continere debeant pro earum validitate, præſcribitur in Edicto
hujus Tribunalis diei 3. Octobris 1711.

(*f*) Ad §. *Miniſtros, & Officiales &c.*

Miniſtri, & Officiales hujus Tribunalis exercere debent perſonaliter eorum munus,
& non per Subſtitutum; & Antiani hujus Urbis eligi debent prævia approbatione
15 Excellentiſs. Gubernatoris. Proclama diei 15. Septembris 1747. confirmatum die
29. Septembris 1749.
Excellentiſſimus Gubernator non poteſt ſe ingerere circa res ad hunc Magiſtratum
16 ſpectantes, aut illius Officiales eligere, vel amovere, ut præſcribitur in Ord. Reg.
21. Octobris 1580., & declaratum fuit occaſione electionis Commiſſarii Sanitatis
17 reſidentis in loco Clavenæ, Literis Regiis menſis Februarii anni 1748., & in
omnibus auctoritas hujus Tribunalis, juxta hanc Conſtitutionem, confirmatur in
18 Ord. Reg. 28. Julii 1669., 25. Februarii, & 21. Septembris 1694.

DE OFFICIO VICARIORUM GENERALIUM.

INter cætera, quæ in hoc Dominio ſancita ſunt, ad tollendas ſubditorum oppreſſiones, & ut juſtitiæ indifferenter locus eſſet, illud inprimis fuit, quòd Juſdicentes, & Officiales, qui perpetui non eſſent, finito officio, cenſuræ ſe ſubjicerent. Eamque ob cauſam, ere-

ctus

Digitized by Google

ctus fuit Magiſtratus Vicariorum generalium, conſtitutumque eſt, ut ſeptem numero ſint, qui eos Juſdicentes, & Officiales, de iis, quæ durante eorum officio geſta ſunt, ſyndicare habent. (*a*) Non tamen id facere poſſunt per ſe; ſed prius habita à Principe, vel Senatu, ſpeciali commiſſione, continente nomen alterius eorum, & Juſdicentis ſyndicandi. §. Qua habita cùm applicuerint ad Civitatem, vel locum, ubi ſyndicatus faciendus eſt, prima, vel ſecunda die, omnes per Edictum moneant, ut quicunque voluerint accuſare ſyndicandum, vel libellum, aut querelam contra eum porrigere, id termino quindecim dierum (*b*) faciant, eoque tranſacto id eis amplius non licere. §. Cauſamque ipſam ſyndicatus ad tardius intra quinquaginta dies, immediate ſequuturos poſt reſponſionem factam inquiſitioni generali, ſervato ordine, de quo infra, expediant: & hoc ſi ſyndicandi, Juſdicentes, vel Officiales ſint Civitatum; ſi verò aliorum Oppidorum, & locorum, intra triginta dies, à die dictæ reſponſionis numerandos. §. In iiſque cauſis procedere debent ſummariè, & ſine ſtrepitu, & figura judicii, ipſa facti veritate inſpecta, prout eiſdem melius convenire videbitur.

Non eſt permiſſum dictis Vicariis, officia per ſubſtitutum exercere, nec etiam informationes aſſumi facere, ſed ipſi præſentes eſſe, & intereſſe habent. §. Duranteque dicto ſyndicatu, Judicis, vel Officialis ſyndicati officium exercere debent, & etiam poſt finitum, donec de ſucceſſore proviſum fuerit. Nec ab eo loco diſcedere poſſunt, niſi Succeſſoris adventu exſpectato. Intereaque ſalaria, & honoraria ejus officii, pro eo tempore percipient.

Juſdicentes, & Officiales, ſi reperti fuerint (*c*) commiſiſſe (ut vulgo dicitur) Baratariam, vel aliquid indebitè extorſiſſe, vel ſcienter, & dolosè, vel per ſordes, injuſtitiam feciſſe, puniendi ſunt (*d*) in pœna quadrupli, pro dimidia Fiſco, & pro alia dimidia injuriam paſſis applicanda, & pecuniaria, vel alia pœna corporali etiam uſque ad ultimum ſupplicium incluſivè, arbitrio Senatus; inſpecta qualitate delicti. §. Et ſi comperti fuerint recepiſſe aliquid non permiſſum, puniendi ſunt in pœna quadrupli, Fiſco applicanda. §. Nec juvabit eos Juſdicentes, vel Officiales, ſi facto initio ſyndicatus, vel ante, pecunias indebitè ablatas, vel aſſumptas reſtituerint, quia contra eos procedi debet, ac ſi earum reſtitutio facta non eſſet, & in eandem pœnam incident, in quam non facta reſtitutione incidiſſent. §. Quinimò etiam non conquerentibus injuriam paſſis, erit officium Syndicatoris, ubi hoc aliunde reſciverit, omnibus modis, prout eidem videbitur, veritatem inquirere, & eà compertà, illum Judicem, vel Officialem delinquentem condemnare, ac ſi pars conqueſta fuiſſet. Et ille, cujus causà veritas in lucem veniat, ſecretò teneatur, & habeat illud, quod habuiſſet læſus, ſi querelaſſet. §. Si Juſdicens, vel Officialis cum querelante convenerit, ea conventione non attenta, Vicarius ſyndicator ad inquiſitionem veritatis procedat. §. Inhibitumque etiam eſt ipſis Vicariis, & Syndicatoribus, ut nullo modo audeant attentare, ut querelantes ſe cum Juſdicentibus, & Officia-

Digitized by Google

Officialibus conveniant, ſub pœna arbitrio Principis, vel Senatus, imponenda: & nihilominus ea conventione non attenta, Juſdicentes ipſi, & Officiales, puniendi erunt. §. Vicarii incœpto Syndicatu, ipſum perficiant in terminis ſuperiùs limitatis: Nec in eo ſuperſedere audeant, nec aliquid cognoſcendum reſervare.

Non poſſunt tamen Vicarii ad abſolutionem, vel condemnationem in cauſa ipſorum Syndicatuum devenire, niſi facta relatione in Senatu, & alio modo abſolutiones, vel condemnationes factæ non valeant, ſintque nullæ, & nullius momenti.

Juſdicentes, & Officiales, à loco officii (*e*) recedere non debeant, niſi prius fuerint legitimè Syndicati, & donec per eos omnibus ex quacunque cauſa eorum creditoribus ſatisfecerint, & condemnationes contra eos factas ſolverint, non obſtante fidejuſſione in principio officii, vel alio modo data, ſub pœna arbitrio Senatus imponenda.

Juſdicentes, & Officiales ſyndicandi, tenentur ad omnem condemnationem pro familia, niſi delatum ex familia, intra terminum per Syndicatorem aſſignandum, conſignaverint. §. Et eo amplius pro eis ſatisdare tenentur.

AD TIT. DE OFFICIO VICARIORUM GENERALIUM.

DECIS. ET ANNOT.

PRæcipuum munus Vicariorum Generalium eſt ſyndicandi Juſdicentes expleto nunc
ſingulo triennio; & quæ ſervanda ſint pro recto hujus muneris implemento, ha-
1 bentur in Ord. Senat. 4. Decembris 1557., 4. Decembris 1567., 14. Novembris
1573., 19. Novemb. 1575., 23. Novembr. 1639., 10. Julii 1687., & 26. No-
vemb. 1643. *in noviſ. Addit. Ordin. inſerius impreſ.*

Undecim Præturæ nunc exiſtentes hujus Dominii ſyndicandæ ſunt a ſex Vicariis
Generalibus partitè, juxta diſtributionem præſcriptam in nova methodo Syndica-
tuum anni 1749., approbata Regiis Literis diei 15. Novembris ejuſdem anni *in-*
2 *ferius impreſ.*; & ubi aliquis eorum ob juſtum impedimentum Syndicatoris offi-
cium exercere nequeat, eligi debet in ejus locum a Senatu per ſuffragia Doctor
3 de Collegio, juxta Ord. Reg. diei 17. Auguſti 1678., confirmatum in ſupra re-
latis Regiis Literis anni 1749.

Syndicatores in Officio Prætoris Mediolani nihil poſſunt deliberare ſine Curia, Ord.
4 Senat. 10. Martii 1664.; & hujuſmodi Syndicatores non ſubjacent Viſitationi Ge-
nerali, ex Ord. Illuſtriſs. Viſitatoris 24. Julii 1628.

Syndicatores non debent eligi ex Oppidanis illius Loci, ubi Prætor ſyndicandus jus
5 dixit; & Judicibus togatis dari debent Syndicatores pariter togati. Ord. Senat.
6 29. Novemb. 1623. *in Addit. noviſ. Ordin. inſerius impreſ.*; & Syndicatores Re-
7 giorum Prætorum deferre poſſunt Virgam. Ord. Senat. 8. Januarii 1660. *ubi ſu-
pra;* quidve ſignificet delatio Virgæ, vide ibi in *meis annot.*

Ut Syndicatores citari valeant ad quoſcunque actus, eligere debent Mediolani do-
micilium; & Literæ patentes Syndicatorum edi debent cumulativè inter Cancel-
8 larios Provinciales, alioſque Officiales Cancellariæ Senatus, ex ejuſdem Ord. 27.
Novemb. 1697. *impreſ. ubi ſupra.*

Syndicatores debent ſibi conſignari facere a Prætoribus, & Actuariis illius triennii
libros omnes proceſſuum criminalium, eoſque conſignare poſtea debent Prætoribus
9 ſucceſſoribus, Ord. Senat. 8. Novemb. 1677.; & excitare debent gravamina con-
10 tra Judices non obſervantes Ordines, licet agatur de omiſſis, Ordin. Senat. 16.
Januarii 1684.

Quando a Reis exigebantur Sportulæ pro Senatu, tenebantur Syndicatores fidejube-
11 re de ſolvendis Sportulis, quas exigi contigiſſet durante Syndicatu, vel Pro-Præ-
tura, Ord. Senat. 3. Martii 1639., & tenebantur de proprio reficere Sportulas
12 Senatui debitas eorum culpâ non exactas, Ord. Senat. 1. Februarii 1639., & 17.
Julii 1688. §. *Quoad ſecundum.* Ju-

Digitized by Google

Judices triennales non diſpenſantur per Senatum a Syndicatu, & ubi plura geſſerint
13 Officia eodem triennio, ſyndicari debent in loco, ubi ſunt tempore Syndicatus,
præſtita fidejuſſione de ſtando, & parendo Syndicatui omnium Officiorum tali
triennio geſtorum, & in aliis Officiis comparere debent per Procuratorem, Ord.
Senat. 20. Novemb. 1631. *In Addit. Ordin. inferius impreſ.*

Delegationes cauſarum fieri non poſſunt a S. E. ſine participatione Senatus, & ubi
14 non ſubſit juſta ratio in contrarium, fieri debent in Vicarios Generales, Ord. Reg.
21. Octobr. 1580., 4. Junii 1633.; & completa delegatione tenentur acta tradere
15 Judicibus Ordinariis, Ord. Senat. 17. Septemb. 1570., & 26. Septemb. 1635.; &
dum delegantur ad formandos proceſſus, cenſeri debent condelegati cum Judicibus
16 Ordinariis, uti debent operâ Notarii Actuarii Ordinarii; & unicum tantum hono-
rarium exigi poteſt, dividendum cum Judice Ordinario, Ord. Senat. 11. Martii
1613. *impreſ. in Addit. ut ſupra*.

Vicarii Generales tenentur per turnum cum aliis Judicibus Ordinariis noctu cum
familia Satellitia circumire per vicos Civitatis Mediolani ad tuendam Civium
17 quietem, & ſecuritatem, Ord. Senat. 5. Januarii 1729., & ſi hac occaſione inve-
niant delinquentem jam de aliquo crimine impictum, remittere debent ad Judi-
cem, qui inſtruxit proceſſum; ſi vero inveniant delinquentem nondum proceſſa-
18 tum, puta cum armis prohibitis, ad ipſos ſpectat cognoſcere, Ord. Senat. 28. Ja-
nuarii 1729.

Non competit Vicariis Generalibus privilegium obſignari faciendi Domos pro eorum
19 habitatione. Ita referente Magnifico Senatore Com. Burro decidit Senatus die 15.
Julii 1669. in caſu Egr. Petri Pauli Bonetti ex Vicariis Generalibus, deinde Ad-
vocati Fiſcalis, & demum Senatoris -- Egr. Secret. Sadarino.

AD CONSTITUTIONEM.

(a) Ad §. *Inter cætera* verb. *ſyndicare habent*.

Syndicatores exigere debent ab Officialibus ſyndicandis fidejuſſionem de ſtando, &
parendo ſyndicatui; cum vero Jacobus Brippius Syndicator reſcripſiſſet Senatui,
Prætorem Vallis Siccidæ petiiſſe admitti ad dandam juratoriam cautionem, quia
20 non inveniret idoneam fidejuſſionem; cenſuit Senatus die 18. Decembris 1589.
illum admittendum eſſe ad petitam juratoriam cautionem, cum hac tamen con-
ditione, quod per hoc non cenſeretur receſſum a fidejuſſione data initio biennii
apud Acta Magiſtratus Extraord. Reddit., & quod terminus præſcriptus querelare
volentibus non curreret, niſi a die præſtitæ cautionis, qua data provideret Syn-
dicator, ut omnibus innoteſceret.

Anno 1595. die 4. Decembris ad preces Civitatis Novariæ mandavit Senatus Syndi-
21 catori, ut non ſolum Prætorem, ſed etiam eos, qui Pro-Prætoris munere per
menſem functi erant, ſyndicaret.

Qui eſt ſub ſyndicatu, non ſyndicat. Ita referente Magnifico Senatore Cavalchino
22 decrevit Senatus die 14. Decembris 1663. in caſu J. C. Brullæ -- Egr. Secret.
Belcredio.

Prætor Feliciani, non adhuc ſyndicatus pro exercita Prætura, petiit a Senatu ad-
mitti ad ſyndicandum Prætorem Viqueriæ. Senatus, referente Magnif. Com. Bur-
23 ro, die 22. Novembris 1677. cenſuit admittendum, dummodo tamen antequam
accederet ad ſyndicandum, ſe ſupponeret ſyndicatui, præſtita fidejuſſione in for-
ma -- Egr. Secret. Tatto.

Syndicator, cui fuere excitata gravamina a Prætore juxta Ordines, non poteſt de-
nuo Syndicatoris munus exercere, niſi prius ſe expurget. Ita ſanxit Senatus die
24 3. Decembris 1671. in caſu J. C. Boſelli deputati ad ſyndicandum Prætorem Ca-
ravagii -- Egr. Secret. Annono.

(b) Ad §. *Qua habita* verb. *termino quindecim dierum*.

Durante hoc termino Officiales ſyndicandi tenentur reſidere in loco ſyndicatus; ubi
vero quis abſit ob probatam infirmitatem, eum Syndicator excuſare debet, præ-
25 ſtita tamen conſueta fidejuſſione, & electo habitaculo. Ita referente Magnif. Se-
natore Arconato decrevit Senatus die 12. Decembris 1671. -- Egr. Secret. Sa-
darino.

Digitized by Google

(c) Ad §. *Juſdicentes, & Officiales ſi reperti fuerint.*

Officiales ſyndicantur de concuſſionibus, & baratariis, & non proceditur per viam
gravaminum, ſed tenentur ſiſtere, & ſubire reatus. Ita referente Magnif. Sena-
26 tore Com. Siccoborella cenſuit Senatus die 13. Julii 1662. in caſu J. C. Mira-
biliæ Prætoris Caſalis Majoris -- Egr. Secret. Annono --; & referente eodem
27 Magnif. Com. Siccoborella die 11. Julii 1667. in caſu J. C. Forerii -- eodem Egr.
Secret. Annono.

Syndicantur Officiales, etiam ſi non agatur de concuſſione, vel barataria, ſed in hoc
28 caſu, non tenentur ſiſtere, & excitantur gravamina. Ita referente Magnif. Se-
natore Bracherio declaravit Senatus die 16. Februarii 1666. -- Egr. Secret. Annono.

(d) Ad verſic. *puniendi ſunt &c.*

Quidam J. C. Neapolitanus, qui in hoc Dominio publicum munus exercuerat, &
in extorquendis pecuniis nemini pepercerat, ad relationem Egr. Advocati Fiſca-
lis Tornielli, fuit a Senatu die 3. Auguſti 1619. privatus perpetuò facultate exer-
29 cendi officia, & condemnatus in pœnam quadrupli, & remi quinquennalis, quæ
poſtea fuit commutata, quia remo non erat aptus -- Egr. Secret. Marcheſonio.

(e) Ad §. *Juſdicentes, & Officiales a loco officii &c.*

Anno 1549. die 16. Maji mandavit Senatus Balthaſſari Platto Syndicatori Prætoris
30 Roſati, ut ipſum non comparentem inquireret ſpecialiter pro delicto ei impicto,
& ad ulteriora ſer. ſer. procederet.

Cum Prætor Montiſalti receſſiſſet ſine licentia, & propoſitæ fuiſſent contra eum
plures querelæ, & citatus ſub pœna ſcutorum bis centum non comparuiſſet, Se-
31 natus die 12. Martii 1569. juſſit eum mulctari in pœnam comminatam, & pro
querelis contra eundem ſer. ſer. eſſe procedendum, & contumacem condemnan-
dum in pœnas a jure impoſitas pro delatis delictis.

Mandavit Senatus die 10. Julii 1596. Syndicatori Prætoris Brebbiæ, ut eum cita-
ret ad ſe ſiſtendum in carceribus, nec non Fidejuſſorem ad eum conſignandum,
32 & deinde aſſignato eidem termino ad ſe defendendum, ſi eſſet contumax, dam-
nato prius Fidejuſſore, contra dictum Prætorem ſer. ſer. procederet.

DE OFFICIO CAPITANEI JUSTITIÆ.

ETſi in hoc Dominio multi Prætores, & Juſdicentes conſtituti ſint, qui juriſdictionem criminalem exercent, tamen ex eo, quòd limitata eſt, niſi in tantum, quantum Territorium Civitatis, vel loci, commiſſæ eiſdem juriſdictionis ſe extendit, uſu cognitum eſt, nocentes facillimè pœnas corporales evitare, numerum ex hinc condemnatorum, & bannitorum augeri, à quibus viæ publicæ obſidentur, turbarique propterea commercia publica, & populorum quietem: Et ideo opus eſſe Magiſtratu magnæ auctoritatis, qui in univerſo hoc Dominio, juriſdictionem criminalem exercere poſſit. Ea propter erectum eſt (*a*) officium Capitanei Juſtitiæ generalis totius hujus Dominii, qui Mediolani reſideat. Cui ut forti manu officium exercere poſſit, ad tutandas vias publicas ab incurſione latronum, & bannitorum, & ad purgandum dominium malis hominibus, decreta eſt turma equitum, (*b*) impenſis Fiſci, & nonnulli pedites, quibus & ductores deputabit, (*c*) & pro libito amovebit, & imperabit. §. Eligetque ſibi Capitaneus Vicarium, (*d*) Juris utriuſque doctorem, in eo officio permanſurum, donec eidem viſum fuerit, (per Senatum tamen approbandum.)

Ca-

Digitized by Google

Capitanei, & ejus Vicarii juriſdictio, (*e*) in cauſis criminalibus erit, (ſi tamen prius præveniant,) ubique in Dominio cognoſcere hoc modo. Mediolani, & circa Mediolanum per decem millia paſſuum, in omnibus cauſis. §. Extra verò eos limites, niſi in cauſis, in quibus ingeritur pœna capitis naturalis, vel confiſcationis bonorum, & in aliis delictis, in quibus per capturam præveniant. §. In cauſis autem damni dati, nullo modo, nec in Civitate Mediolani, nec in aliquam partem Dominii, ſe intromittere poſſunt.

Cauſarum autem civilium Capitaneus, & ejus Vicarius nullam cognitionem habent, niſi habuerint à Principe ſpecialem delegationem. (*f*) §. Poſſunt tamen cognoſcere de cauſis Senatorum, (*g*) Quæſtorum Ordinariorum, & Extraordinariorum Reddituum, Præfectorum Annonæ, Theſaurarii generalis, Collateralis generalis, Commiſſarii Taxarum generalis, Advocatorum, & Syndicorum Fiſcalium generalium, Vicariorum generalium Mediolani commorantium, Secretariorum, (*h*) & Cancellariorum, tàm Principis, quàm Senatus, Rationatorum Fiſci, necnon Curialium (*i*) in domo Principis, vel Locumtenentis reſidentium, vel qui ab eis proviſionem, aut ſtipendium habent. (*l*) Et hoc ſive præmiſſi omnes agant, ſive conveniantur. §. Non poterunt tamen trahere invitum ex aliis Civitatibus, & diſtrictu earum Civitatum, ex cauſa, quæ aureos centum non excedat. §. Procedentque in ipſis cauſis Capitaneus, & Vicarius, ſummariè, & de plano, ſine ſtrepitu, & figura judicii, ipſa facti veritate inſpecta. §. Cauſæ inſtantiam non habeant. §. Appellationes ab eorum, & cujuslibet eorum ſententiis, in caſibus, in quibus appellari poſſit, ad Senatum devolventur. (*m*) §. In eis cauſis Capitaneus, nec Vicarius, neque Sportulas, neque honoraria accipiant.

Curabuntque Capitaneus, & Vicarius, ut Notarii ſui, & omnes Officiales, Ordines ſervent, & in cauſis Criminalibus, ultra id, quod ex præſentibus ſanctionibus ſancitum eſt, pro ſportulis, honorario, vel alio quovis quæſito colore, nec directè, nec per indirectum quicquam penitus accipiant. §. Syndicenturque quoties Principi, vel Senatui, viſum fuerit.

AD TIT. DE OFFICIO CAPITANEI JUSTITIÆ.

DECIS. ET ANNOT.

CApitaneus Juſtitiæ ſedet cum Senatu in loco ultimo, quando publicis functionibus intervenit, & excepto hoc caſu, ſi concurrat cum Magiſtratibus, aut
1 Quæſtoribus, ipſis non præcedit, Ord. Reg. 23. Februarii 1595.

Dum in Senatu capit poſſeſſionem ſui officii, non amplexatur Senatores. Ita pro-
2 ponente Magnif. Marchione de Clericis decrevit Senatus die 24. Maji 1662.-- Egr. Secret. Belcredio.

Facta per Capitaneum Juſtitiæ definitiva relatione cauſæ criminalis, ac perlecto voto Curiæ in Senatu, cum illo die non potuerint colligi vota, dubitatum fuit, an aſſiſtere deberet tempore, quo vota ferri deberent, cum nil aliud peragendum ſuper-
3 eſſet in illa cauſa. Referente Magnif. Marchione Erba cenſuit Senatus, intervenire debere die 30. Auguſti 1672. pro cauſa Sicci -- Egr. Secret. Maddio.

Digitized by Google

AD CONSTITUTIONEM.

(*a*) Ad §. *Et ſi* verſic. *Ea propter erectum eſt &c.*

Juriſdictio Capitanei Juſtitiæ non extenditur ad loca infeudata. Ita declaravit Sena-
4 tus die 25. Maji 1557. ſuper precibus Feudatarii Gallarati, in cauſa vulnerum cum
qualitate animi deliberati occidendi; nec inter ipſum, & Judices feudales locus eſt
5 præventioni in cauſis ſpectantibus ad Minorem Magiſtratum. Ita in quadam cauſa
Novarienſi decrevit Senatus die 24. Novembris 1572.
In cauſa aſſaſſinii commiſſi in perſonam Gaſparis de Sacchis in Capſina Moyrani Agri
Papienſis, cum per Vallam Notarium Capitanei Juſtitiæ præventum eſſet in viſita-
tione, & informationibus, & Judex Maleficiorum Papiæ contenderet procedere ſe
debere ob delictum in ejus juriſdictione commiſſum, informationes ſumptas, &
6 nonnullos detentos, cenſuit Senatus die 27. Julii 1596. cauſam eſſe remittendam
Capitaneo Juſtitiæ -- Egr. Secret. Ghilino.
Secuto homicidio cujuſdam Albutii, Capitaneus Juſtitiæ habebat indicia mandati;
Magnif. vero Prætor Papiæ habebat indicia homicidæ. Propoſito in Senatu die 4.
7 Decembris *1666*. quis procedere deberet in hac cauſa, ſancitum fuit Magnif. Præ-
torem Papiæ eſſe præferendum, quia idem erat delictum, licet diverſa eſſet qualitas.
Si Baricellus Capitanei Juſtitiæ detineat Paſtores cum Ovibus in Territorio alterius
Judicis contravenientes diſpoſitioni Proclamatum, & reponantur in Carceribus illius
Judicis, nihilominus cauſa ſpectat ad Capitaneum Juſtitiæ. Ita referente Magnif.
8 Marchione de Clericis declaravit Senatus die 7. Novembris *1672*. in controverſia
vertente inter prædictum Capitaneum, & Vicarium Seprii -- Egr. Secret. Oli-
verio.
Anno 1687. die 3. Julii, referente Magnif. Senatore Pagano, declaravit Senatus ſpecta-
9 re ad Capitaneum Juſtitiæ cauſam coram ipſo cœptam, non obſtante fidejuſſione
præſtita coram Magnif. Prætore Papiæ, & licet ageretur de delicto commiſſo in
ejus Territorio, & delinquentes eſſent Papienſes, ea ratione, quia Magiſtratus illius
Curiæ fuerat electus tamquam Ordinarius, & Magnif. Senator Prætor haberi non
debebat pro Prætore Regio, è contra Capitaneus Juſtitiæ eſt Judex Ordinarius in
toto Mediolani Dominio -- Egr. Secret. Maddio.

(*b*) Ad verſic. *Decreta eſt turma equitum*.

Baricellus Campeſtris manutenere debet viginti Equos, & totidem Satellites pro ejus
10 turma, qui non poſſunt ſe deſcribere in alio Officio; tenetur continuo perluſtrare
vias Mediolanenſis Dominii, & ejus officium eſt biennale, nec poteſt ultra in illo
continuari ſine approbatione Senatus, Ord. Senat. 18. Novembris *1694*., & 3. Julii
1706., ubi alia habentur ad ejus Officii implementum.

(*c*) Ad verſic. *Quibus & Ductores deputabit*.

Officio Capitanei Juſtitiæ tres Baricelli inſervire debent, & unuſquiſque debet habere
11 turmam ſaltem duodecim Satellitum, computato L. T., Ord. Senat. 18. Novembris
1694. §. *Officio*, & 3. Julii *1706*. §. *eod.*

(*d*) Ad §. *Eligetque* verb. *Vicarium*.

Vicarius Juſtitiæ amplius non eligitur a Capitaneo Juſtitiæ, ejus officium nunc eſt
12 triennale, & ſubjacet ſyndicatui, Ord. Reg. Vormat. *6*. Auguſti 1545. §. *E perchè
molta parte*, *impreſ. inter Ord. Senat.*

(*e*) Ad §. *Capitanei*, *&* *ejus Vicarii juriſdictio*.

Ad Capitaneum Juſtitiæ privativè ſpectat cognoſcere de cauſis occurrentibus occaſione
13 Domuum, quas ſignare faciunt Officiales pro eorum habitatione, Ord. Senat. 4. Sep-
tembris 1561., 20. Septemb. *1569*., Proclama 30. Auguſti 1721., ubi plura in *meis
annot.* ad declarationem hujus privilegii.
Capitaneus Juſtitiæ cum voto Curiæ deliberare poteſt in cauſis connexis cum inſer-
14 vientibus in Caſtris, Ord. Senat. *6*. Julii *1617*., cognoſcit de delictis Satellitum
15 Officii Egr. Prætoris, Ord. Senat. 3. Septemb. *1596*., & eſt Judex privativus in
16 cauſis criminalibus Collegii Germanici, & Ungarici de Urbe, Ord. Senat. 16. De-
cembris 1704.

(*f*) Ad

Digitized by Google

(f) Ad §. *Cauſarum autem civilium* verſic. *niſi habuerint a Principe ſpecialem delegationem*.

In cauſis civilibus ad Capitaneum Juſtitiæ non ſpectantibus, minus, quam fieri po-
17 teſt, delegari debet, nec ei dari debent literæ inhibitoriales in cauſis appellatio-
nis, quando appellatio non devolvitur ad Senatum, Ord. Senat. 22. Auguſti 1686.
il primo. n. 16.

In controverſia ratione aquarum vertente inter RR. PP. Chartuſienſes Papiæ, &
quoſdam de Berettis, cauſam habentes ab illis, obtentum fuit per dictos de Berettis
decretum a Senatu, & Præſide, ut Judex Papiæ, & Capitaneus Juſtitiæ, quorum
uterque procedebat, reſcriberent, & per menſem ſuperſederetur. Conqueſti ſunt
Chartuſienſes de hujuſmodi decreto, allegantes, cauſam ſpectare ad Capitaneum
Juſtitiæ, uti eorum Conſervatorem; quo propterea audito, & referente conſtare de
18 poſſeſſione, & titulo aquarum favore Chartuſienſium, cenſuit Senatus die 5. Junii
1642. cauſam ad Capitaneum Juſtitiæ, tamquam Conſervatorem Chartuſienſium, eſſe
remittendam.

(g) Ad §. *Poſſunt tamen cognoſcere de cauſis Senatorum*.

19 Senatores pro eorum cauſis conveniri poſſunt etiam coram Senatu, Ord. ejuſdem Senat.
18. Decembris 1534., & 13. Septembris 1566.

20 Capitaneum Juſtitiæ eſſe Judicem competentem in cauſis Protophyſici Mediolani de-
crevit Senatus die 3. Martii 1556.

Filii, & Uxores Senatorum durante viduitate fruuntur privilegio hujus Fori. Ita re-
21 ferente Magnif. Com. Burro decidit Senatus die 9. Februarii 1663. in cauſa Filio-
rum, & Uxoris Magnifici Senatoris Perſichelli -- Egr. Secret. Maddio --; poteſt
22 tamen etiam Senatus cognoſcere de cauſis Senatorum, & eorum Filiorum, ut de-
ciſum fuit die 26. Novembris 1638. in cauſa Præſidis Trotti, & ejus Filiorum.

Senatorum autem Nepotibus ex Filio non competit hoc privilegium. Ita referente
23 Magnif. Com. Burro declaravit Senatus die 18. Februarii 1672. in caſu Nepotum
Magnif. Senatoris Philippi Cacciæ -- Egr. Secret. Belcredio.

Quoad hoc privilegium comprehenduntur etiam Uxores Quæſtorum. Ita decidit Se-
24 natus die 2. Auguſti 1595. in cauſa Cæciliæ Burgundiæ, & Sororum de Tettonis.

Idem favore Filiorum Quæſtorum deciſum fuit a Senatu die 2. Maji 1672., refe-
25 rente Magnif. Com. Loayſa, in cauſa Filii Spectab. Quæſtoris Caſnedi, decernendo
Capitaneum Juſtitiæ eſſe Judicem competentem -- Egr. Secret. Gradignano.

Filios Egregiorum Advocatorum Fiſcalium non potiri privilegio hujus Fori, declaravit
26 Senatus die 15. Novembris 1590. ſuper mutuis precibus Bertolæ, & Filiorum de
Romanis, & Hectoris, & Conſortum de Campeſiis, ac J. C. Aſcanii Serponti.

Cum Dux Albeti, conventus coram Abbatibus Mercatorum in cauſa literarum Cambii,
obtinuiſſet a Capitaneo Juſtitiæ inhibitionem tamquam unus ex Conſiliariis Secre-
tioris Conſilii; Pars vero adverſa, nempe Gallaratus Creditor, obtinuiſſet decretum
ab ipſis Conſulibus Mercatorum pro executione facienda, quod tamen ſtante dicta
inhibitione ſubſcriptum non fuerat: Cauſa devoluta eſt ad Senatum, qui animad-
vertens cauſas Cambiorum, modo de ſumma Senatus cognitione digna non tra-
27 ctetur, ad dictos Abbates ſpectare, cenſuit die 4. Decembris 1645. ſublata inhibi-
tione, debere Abbates decretum edere, Capitaneum autem Juſtitiæ illud executioni
mittere -- Egr. Secret. Creſcentino.

(h) Ad verb. *Secretariorum*.

Idem declaravit Senatus ad preces Secretarii Facii die 13. Julii 1570. datis literis
28 Prætori Mediolani, ut cauſam remitteret Capitaneo Juſtitiæ Judici competenti.

(i) Ad verb. *Curialium*.

29 Quinam Curiales privilegio hujus Fori frui poſſint, declaratur etiam in Ord. Senat.
diei 18. Decembris 1534.

Anno 1608. die 31. Octobris declaravit Senatus hoc privilegium competere etiam
30 ejus Oſtiariis in cauſa vertente inter Petrum Cittadinum, Joſeph de Lazaris, &
Laurentium Quinzianum Oſtiarium Senatus.

(l) Ad verba *aut ſtipendium habent*.

Stipendiati nomine non venit habens penſionem. Ita decidit Senatus die 16. Aprilis 1572.

Digitized by Google

31 1572. in cauſa vertente inter Capitaneum de Puteo, habentem a S. R. M. pen-
ſionem Scutorum ter centum, & J. C. Lelium Petram Papienſem, decernendo
cauſam eſſe remittendam Judici Ordinario Papiæ.

Si Stipendiatus a Principe commorans extra locum ejus reſidentiæ, delinquat in Ter-
32 ritorio feudali, ſubeſt Judici Minoris Magiſtratus. Ita declaravit Senatus die 21.
Julii 1569. datis literis Capitaneo Juſtitiæ, ut ita ſervaret.

(*m*) Ad §. *Appellationes* verb. *ad Senatum devolventur*.

Cauſæ appellationum a ſententiis Capitanei Juſtitiæ, & ejus Vicarii, decidi debent
33 a toto Senatu, & committi non poſſunt deciſioni unius Senatoris, Ord. Reg. 28.
Maji 1604. *impreſ. inter Ord. Senat.*

DE OFFICIO COMMISSARII GENERALIS TAXARUM.

COmmiſſarii Generalis Taxarum equorum cura, illa in primis eſt, exigere omnes pecunias Taxàrum equorum, & Additionum earundem ad Fiſcum pertinentes, non tamen per ſe, ſed per manus Commiſſariorum Taxarum Civitatum, & Locorum hujus Dominii. §. Qui particulares Commiſſarii, huic generali parêre habent. Et in omnibus cauſis coram eis vertentibus recurſus haberi poteſt ad Commiſſarium generalem. §. Iſque Commiſſarius de eis pecuniis Fiſco rationem reddere tenetur. §. Cognoſcet inſuper de omnibus cauſis Taxarum equorum.

AD TIT. DE OFFICIO COMMISSARII GENERALIS TAXARUM.

DECIS. ET ANNOT.

HOc onus Taxarum Equorum fuit impoſitum a Philippo Maria Vicecomite Me-
diolani Duce, ab anno uſque 1444., & ſic fuit denominatum, quia impoſitum
1 pro hoſpitatione Equitatus militantis in Dominio Mediolani, juxta taxam Equo-
rum, & Militum aſſignatam cuilibet Terræ, quæ ſubminiſtrare tenebatur fœnum,
paleam, ligna, & alia neceſſaria pro eorum hoſpitatione; & recipiebat augmen-
tum, vel diminutionem juxta majorem, vel minorem numerum ipſius Equitatus.
Anno vero 1493. redactum fuit ad certam pecuniarum ſummam calculatam, juxta
numerum Equorum tunc exiſtentium in rationem ſolidorum quinquaginta pro quo-
libet Equo ſolvendam Regiæ Cameræ, ſive Equitatus adeſſet, ſive non, ſive auge-
retur, ſive diminueretur, & ſic evaſit redditus patrimonialis ipſius Cameræ.

Exauſto demum Regio Ærario ob bellum ſecutum inter Hiſpaniarum Regem PHILIP-
2 PUM II. & Regem Galliæ, duplicatum fuit hoc onus ex ordine Ducis Seſſæ, tunc
hujus Dominii Moderatoris, ut uotant Somalea *Alleg. tit. taſſa de Cavalli*, &
Oppizzon. *de onerib. par.* 1. *pag.* 59. *n.* 170. *& ſeqq.*

Hoc onus repartiri debet ſuper Capitibus maſculinis habitantium in Communitatibus
3 ab annis quatuordecim ſupra, juxta Ordinationem diei 29. Auguſti 1624. factam a
Syndico Albano Delegato a Magiſtratu Reddit. Ordinar., penes Somal. *ubi ſupra
pag.* 148.

Antequam hoc Officium aboliretur, & aggregaretur Magiſtratui Ordinar. Reddit., ex
4 Ord. Reg. 13. Februarii 1576., declaravit Conſilium Secretum die 19. Maji 1560.
non ſpectare ad hunc Commiſſarium Generalem diſponere circa Militum hoſpita-
tiones in hoc Dominio; hujuſmodi ſiquidem juriſdictio pertinet ad Commiſſarium
Generalem Exercituum; quæ autem ab ipſo ſervanda ſint circa hoſpitationem Mi-
litum, electionem Officialium, & rectam adminiſtrationem Officii, habentur in In-
5 ſtructione diei 10. Februarii 1637., data Commiſſario Generali Exercituum Comiti
Ripariæ Don Valeriano Sfondrato, ab Excellentiſſimo hujus Dominii Gubernatore
Marchione de Leganes, penes Somal. *alleg. pag.* 315.

Digitized by Google

DE OFFICIO JUDICIS DATIORUM.

IN Civitate Mediolani unus erit Judex Datiorum per Principem deputandus. Is cognoſcet de omnibus cauſis Datii, (*a*) vel Gabellæ, vel alia occaſione ab eis, vel aliquo eorum dependente, emergente, vel connexa. §. Nec aliquis alius Juſdicens (*b*) de eis ſe intromittere poſſit, ſub pœna aureorum centum, & ulteriùs: Proceſſus coram eis facti, ſint irriti, & inanes, nulliuſque valoris, & momenti. §. Poſſitque, & debet Judex, omni excuſatione remota, Poteſtates, Capitaneos, Officiales, (*c*) Caſtellanos, Cuſtodes Portarum, Portitores, ſi aliquid commiſerint in fraudem, & contra ordinem ipſorum Datiorum, condemnare, & punire juxta formam Statutorum, Ordinum, & Conſtitutionum. Et inra quatuor dies in ſcriptis condemnationes Fiſco tranſmittere.

Appellationes ab ejus ſententiis, (*d*) in caſibus, in quibus de jure, vel ex forma harum Conſtitutionum appellari non eſt prohibitum, ad Quæſtores Ordinariorum Redditurum devolvantur.

Is Judex Datiorum Tribunal habeat ſuper Palatio novo Civitatis Mediolani, inibique jus reddat: nec alibi juriſdictionem exercere poſſit.

AD TIT. DE OFFICIO JUDICIS DATIORUM.

Decis. et Annot.

DEcreta edita in materia Datiorum ſervari debent etiam ſi allegetur ſolitum,
1 cujus initii memoria non extet. Ord. Senat. 14. Decembris 1532.
Sine præceptis hujus Judicis nemo poteſt imbotare in hoc Dominio. Ord. Magiſtrat.
2 25. Septembris 1671.
Gubernatores Civitatum, Præfecti Arcium hujus Dominii, & Officiales Militares
3 requiſiti, præſtare debent auxilium Judici Datiorum pro exercitio, & adimplemento ejus Officii. Proclama 17. Septembris 1673.
Quilibet Juſdicens poteſt detineri facere fraudatores Datii Mercium repertos in fragranti, ſed ſtatim monere debet Magiſtratum, nec procedere poteſt, niſi ex ju-
4 ſta cauſa delegationem habuerit ab eodem Magiſtratu. Ord. Magiſtrat. 23. Aprilis 1733.

AD CONSTITUTIONEM.

(*a*) Ad §. *In Civitate* verb. *de omnibus cauſis Datii*.

In cauſis Datiariis in prima inſtantia privativè procedere debet iſte Judex, ſublata
5 etiam delegatione, ſi ſecuta ſit in aliquem ex Quæſtoribus. Ord. Magiſtrat. 10. Junii 1687., renov. 12. Januarii 1688.

(*b*) Ad §. *Nec aliquis alius Juſdicens &c.*

Judices non debent ſe ingerere in cauſis Datiariis, aut dependentibus, ſed obſerva-
6 re tenentur Nov. Conſtitutiones. Ord. Senat. 6. Julii 1677., & 12. Auguſti 1682.;
7 & Judex Datiorum manuteneri debet in juriſdictione eidem attributa ab hac Conſtitutione. Ord. Inviciſſimi Imperatoris Caroli VI. 6. Aprilis 1729.

(*c*) Ad §. *Poſſitque* verbo *Officiales*.

Procedere in cauſis criminalibus Officialium Datii Mercaturæ privativè ſpectat ad hunc
8 Judicem, juxta diſpoſitionem hujus Conſtitutionis, & Ordin. S. E., & Magiſtratus 28. Januarii 1672.

(*d*) Ad

Digitized by Google

(*d*) Ad §. *Appellationes ab ejus ſententiis &c.*

Anno 1668. die 21. Auguſti Senatus remiſit ad Magiſtratum appellationem interpo-
9 ſitam a ſententia Judicis Datiorum in cauſa vertente inter Arnatum, & Impreſariorum Datii Mercaturæ, non obſtante, quod partes jam deduxiſſent ſua jura coram Senatu.

DE REFERENDARIIS CIVITATUM.

REferendariorum Officium pro utilitate Fiſci multum neceſſarium eſt: ea propter in unaquaque Civitate, (*a*) Mediolano excepto, unus Referendarius conſtitutus eſt. §. Hi igitur officium (*b*) ſuum ſincerè, ac diligenter exercebunt, & nullo modo pro exigendis debitoribus Fiſci aliquid percipiant, in pecunia, vel aliis rebus, niſi in quantum eis ex lectura literarum dicti Officii permiſſum eſt. Et illud amplius niſi perprius Fiſco fuerit ſatisfactum, vel per ſolutionem, vel per cautionem, quæ loco ſolutionis ſuccedat, aliàs in quadruplum teneantur, & ab officio amoveantur, abſque ſpe reſtitutionis, arbitrio Quæſtorum Ordinariorum, vel Syndicatorum habentium commiſſionem ſpecialem à Principe. §. Quòd ſi aliquem concutere, injuriâve afficere, aut indebitum exigere audeant, per eos Quæſtores ultra reſtitutionem accepti, in quadruplum puniantur, pro parte Fiſco, & partim læſo applicandum, & ſecundùm qualitatem facti, & perſonæ, uſque ad pœnam corporalem incluſivè.

Referendarii dictarum Civitatum ſingulo menſe, in fine tamen menſis, vel ſaltem intra decem dies alterius menſis ſequentis, mittant Quæſtoribus notulam Reddituum, & impenſarum illius menſis.

Eritque officii Referendariorum informationem habere Reddituum, Vectigaliumque naturam noſcere, & aliorum, ex quibus augeri, & conſervari redditus poſſint, idque omni diligentia, & ſtudio facere. Et eo maximè, cùm in Civitatibus licitationes fiunt, (*c*) in quibus faciendis omnino interſint Referendarii, adhibitis Fiſcalibus illius Civitatis, qui gratis interveniant, eaſque licitationes omni diligentia faciant, ad eum finem, ut Fiſci melior conditio fiat. §. Nec in eis per ſe, nec per ſubmiſſas perſonas, participare poſſint, juxta præſentium Conſtitutionum formam, ſub pœnâ amiſſionis officii, & confiſcationis bonorum, & ulteriùs arbitrio Principis puniantur.

Si contingat vectigalia per Referendarios in Civitatibus exiſtentes licitari, hæ licitationes ſono tubæ præmiſſo in locis publicis, & ſolitis fiant, inibique etiam auctiones fieri, & deliberationes neceſſe eſt, non autem in locis ſecretis. Alioque modo quàm præmiſſo factæ, nullius ſint momenti. Eoque caſu Referendarii, agenteſque, & conſentientes, ad omne damnum, & intereſſe, versùs Fiſcum teneantur, prout per Quæſtores declaratum fuerit. Eoque amplius, arbitrio Principis puniantur.

Factis

Digitized by Google

Factis licitationibus à Licitatoribus, qui in licitatione vicerunt, Referendarii bonos, & idoneos facultatibus, & faciles conveniendo fidejuſſores exigant, pro quantitate ſummæ in licitatione expreſſæ, ita quòd Fiſco cautum ſit, aliàs ex ſuo versùs Fiſcum teneantur, (intereſſe per Quæſtores liquidando) inſuperque arbitrariâ Principi pœnâ plectendi erunt.

Eorum quoque curæ commiſſum eſt, ut ſolutiones à debitoribus Fiſci fieri procurent. Et quòd pecuniæ Fiſcales Theſaurario generali deferantur. Et ubi contingat debito tempore exactiones factas non eſſe, Magiſtratum moneant ſub eâdem pœnâ. §. Onerum verò, quæ extra ordinem imponi contingant, rationes per Rationatores ſuper uno libro diſtinctè, teneri omnino faciant, in quo & oneris qualitas, tempus ſolutionis faciendæ, & nomina debitorum inſcribantur.

Ex Redditibus Fiſci, vel ad Fiſcum quomodolibet pertinentibus, Referendariis impenſas facere non eſt permiſſum, præter illas, de quibus in principio Anni licentiam faciendi habuerint, vel à Magiſtratu, ſcripto juſſum fuerit, aut à Principe. Eoque caſu, cùm Princeps juſſerit, intra decemdium Magiſtratum de omnibus certiorem reddant, aliàs ejus Magiſtratus arbitrio puniantur.

Cognoſcant inſuper Referendarii Civitatum, in cauſis inter Fiſcum, & Privatos, & contra debitores Publicanorum ex quacunque cauſa, & debitores debitorum ex cauſa Vectigalium tantùm, & in omnibus cauſis Datiariis, ſummariè, & de plano, ſine ſtrepitu, & figura judicii, & cauſæ inſtantiam non habeant.

AD TIT. DE REFERENDARIIS CIVITATUM.

Decis. et Annot.

1 Lectis in Senatu die 28. Januarii 1594. precibus J. C. Joannis de Orbara, ſuper quibus ab Excellentiſſimo Gubernatore exquiſitum fuit votum Senatus, num Officium Referendarii conferri poſſet in perſonam Fiſcalis; reſponſum fuit dicta officia eſſe incompatibilia, ideoque non poſſe rectè in unam, eandemque perſonam conferri.

AD CONSTITUTIONEM.

(a) Ad §. *Referendariorum* verb. *in unaquaque Civitate*.

2 Referendariæ, Laudæ, Comi, & Caſalis Majoris, aggregatæ ſunt reſpectivo Prætori anno 1749.

(b) Ad §. *Hi igitur officium*.

3 Antequam Referendarii munus ſuum exerceant, tenentur juramentum præſtare in Actis Senatus. Ord. ejuſdem 10. Septembris 1688.

4 Non poſſunt facere liberationes, aut aliquas compoſitiones inconſulto Magiſtratu, & ſine approbatione localis Fiſcalis. Ord. Magiſtrat. 12. Januarii 1712.

(c) Ad §. *Eritque officii* verb. *licitationes fiunt*.

5 Oblationes pro Appaltibus Cameralibus cum pacto, quod quid certi (vulgo vantaggi) acquirat Oblator, an, & quando admittendæ ſint, annotatum eſt ſupra in *tit. de Offic. Quæſtor. Ordinar. Reddit. n.* 21.

Digitized by Google

DE EXECUTORIBUS FISCI.

EXecutores Fiſci, duo erunt. §. Hi ex natura ſui officii habent executiones contra quoſcunque debitores Fiſci (*a*) facere, & item cognoſcere de his, quæ circa executiones incidenter emerſerint. §. Cognoſcere etiam habent inter privatos circa executiones faciendas ex cauſa Vectigalium, tàm contra debitores Publicanorum immediatè ex qualibet cauſa, in quibus credita ceſſa non comprehendantur, (quia in his uti jure, & foro cedentis debent) quàm debitores debitorum ex cauſis Vectigalium tantùm. §. In aliis autem caſibus, (*b*) Executoribus ſe intromittere interdictum eſt, cujuſcunque qualitatis ſint, etiam ſi fuerit eiſdem per aliquem Juſdicentem, aut Officialem, quacunque dignitate fulgeat, demandatum, niſi à Principe, Locumtenenteve, vel Senatu conceſſum fuerit; ſub pœna Executoribus amiſſionis Officii, & aureorum centum Fiſco applicandorum.

Notarius Executorum (*c*) de aliis cauſis, quàm in præſenti Conſtitutione expreſſis, ſe non intromittat, ſub pœnâ ipſi Notario ſi contravenerit vel Executores contravenientes, Senatui non notificaverit, amiſſionis Notariæ, & aureorum vigintiquinque, Fiſco applicandâ.

Ubi juris articulus (*d*) oriatur in cauſis præmiſſis privatorum, Executores, altera partium petente, teneantur aſſumere conſilium Conſultoris Juriſperiti de Collegio Dominorum Juriſperitorum Mediolani, partibus noti, & non ſuſpecti, & illud ſequi neceſſe habent.

Si Executores abſque conſilio diffinitivè judicaverint, habeant pro honorario (*e*), unam pro centenario in totum. §. Si verò cum conſilio, ultra ſalarium Conſultoris, habeant ſolidos xx. §. Pro ſententiis interlocutoriis per eos ſine conſilio latis, nihil accipiant à partibus, de conſilio autem ultra ſolidos decem non habeant.

Pro executionibus (*f*) realibus, & perſonalibus faciendis, habeant Executores ipſi pro honorario, ſemel & à debitore tantùm, facta executione, unam pro centenario in totum veri crediti, ita tamen quòd non excedantur aurei viginti. §. Familia autem eorum id ſolum, quòd ſancitum eſt ex Ordinibus (*g*). §. Executores contrafacientes incidant in pœnam, de qua ſupra. Famuli verò eorum pro quolibet pœnâ aureorum decem plectentur. Ad cujus pœnæ ſatisfactionem ſi inhabiles erunt, arbitrariâ pœnâ Senatus punientur toties, quoties contrafactum fuerit.

AD TIT. DE EXECUTORIBUS FISCI.

DECIS. ET ANNOT.

1 EXecutores Camerales, quæ ſervare debeant pro adimplemento eorum Officii, habentur in Inſtructione ipſis data a Magiſtratu *impreſſa inter Ord. Reg. tom. 2. pag. mihi 106.*

Confirmationes pactorum in forma Cameræ a Senatu conceſſæ, non tribuunt his Executo-

2 cutoribus juriſdictionem, ſed partes coram Judicibus Ordinariis tam Mediolani,
quam in aliis Civitatibus, & Terris, jus ſum proſequi debent; & ſi partes in con-
tractibus inter ipſas faciendis convenerint, ut coram his Executoribus conveniri
3 poſſint; eo caſu ipſi nullum ſalarium ſententiarum accipere poſſunt, ſed tantum
Sportulas moderatas pro videndis ſcripturis. Ord. Senat. 15. Januarii 1580. §. *con-
firmationes*, renov. die 11. Auguſti 1616. §. *eod.*

Iſti Executores vigore pacti inter partes initi, ſunt Judices competentes, & poteſt de
4 conſenſu partium prorogari eorum juriſdictio. Ord. Senat. 9. Martii 1593.

Aſſignatarii dimidiæ pro quolibet centenario redditus cenſuum non poſſunt pulſare,
5 aut executivè agere contra Communitates, aut particulares debitores pro illius ſo-
lutione, niſi habuerint præcepta executiva ab ipſis Executoribus Cameralibus, exe-
quenda ab eorum Officialibus. Ord. Magiſtrat. 1. Februarii 1674.

Qui non habet aſſignationem Annatæ in proprium caput, non poteſt pulſare, aut
6 executivè agere contra illius debitores; & qui ſunt veri aſſignatarii Annatæ, te-
nentur uti operâ Officialium Executorum Cameralium pro illius exactione ſub pœ-
nis contentis in Ord. Magiſtrat. *ut ſupra*.

Executoribus Cameralibus vetitum eſt Conventiones inire cum eorum Satellitibus de
7 participanda aliqua parte mercedis per ipſos exigendæ, pro executionibus contra
debitores moroſos, & dicti Satellites debent indiſtinctè executiones facere contra
8 omnes debitores cujuſcunque gradus, aut dignitatis ſint, & Ordines obſervare.
Proclama 29. Januarii 1618.

AD CONSTITUTIONEM.

(*a*) Ad §. *Hi ex natura ſui officii* verb. *executiones contra quoſcunque debitores Fiſci*.

Executores Camerales, eorumque Officiales pro debito alicujus Provinciæ hujus Do-
minii verſus Regiam Cameram non poſſunt moleſtiam inferre eidem Provinciæ,
9 aut ejuſdem Terris, ſed illam prius dirigere debent contra ejuſdem Provinciæ
Commiſſarios, & Theſaurarios, eorumque Fidejuſſores, & Collaudatores, & ubi
facta eorum excuſſione ſit locus ſubſidio; tali caſu debent exquirere a Cancellario
Provinciæ notulam Communitatum, quæ ſint debitrices, & contra illas agere
10 pro exactione earum debiti; & nunquam pulſare Communitates, quæ ſuam con-
tingentem portionem ſolverint, niſi in caſu ſubſidii. Proclama 26. Junii 1663.,
Ord. Magiſtrat. 20. Novemb. 1669.

Executio relaxata ab iſtis Executoribus contra debitorem habitantem in aliqua ex
Civitatibus hujus Dominii, debet prius notificari Prætori illius Civitatis, etiam
11 ſi adſit Oſtiarius Senatus. Ita referente Magnif. Marchione Erba decrevit Senatus
die 9. Maji 1670. ſuper conſultatione Prætoris Viglevani -- Egr. Secret. Maddio.

(*b*) Ad §. *In aliis autem caſibus*.

In cauſis inter privatos, iſti Executores nullam juriſdictionem habent, neque vigore
pacti in forma Cameræ inter contrahentes initi, ubi a Senatu approbatum non
ſit; unde ſi vigore dicti pacti non approbati conceſſa ſit executio, locus erit ap-
12 pellationi, ut declaravit Senatus die 23. Januarii 1572. favore Joannis Jacobi
Monicati; & in caſibus, in quibus appellari poteſt a ſententiis horum Executo-
13 rum, appellatio datur ad Judicem Ordinarium. Ita referente Magnif. Com. Ar-
chinto decidit Senatus die 27. Januarii 1662. -- Egr. Secret. Annono.

Si debitor non ſuppoſitus juriſdictioni Mediolani, repertus in aliena juriſdictione,
conventus fuerit coram Executoribus vigore pacti Cameralis, appellare poteſt quoad
utrumque effectum, quia per debitorem paciſci quidem poteſt, ubique locorum inven-
tus fuerit, conveniri poſſit, non autem ut ipſe extra proprium Forum trahatur.
Ita pluries declaravit Senatus mandando ipſis Executoribus, ut reum conventum
ad ſuum Judicem remitterent non obſtante ipſo pacto, & ſignanter pro Gabriele
14 Columbario datis literis die 4. Auguſti 1573.; pro Franciſco Landino die 26.
Auguſti, & 13. Novemb. 1589., & demum pro Octaviano Torto die 23. Maji
1590.

Vigore pacti Cameralis cum renunciatione Fori a Senatu approbati, iſti Executores
habent juriſdictionem in toto Mediolani Dominio, etiam ſi debitor ibi non repe-
15 riatur, ubi convenitur. Ita referente Magnif. Senatore Cattaneo cenſuit Senatus

Digitized by Google

die 18. Maji 1620. in cauſa vertente inter de Abdua, & J. C. Ferruſſinum — Egr. Secret. Beſutio.

16 Convalidatio autem pacti Cameralis non habet locum, niſi tantum a die petitæ convalidationis, non autem a die contractus. Ita poſt plures caſus, referente Magnif. Senatore Carillo, declaravit Senatus die 2. Septembris 1669. in caſu Comitiſſæ Donnæ Mariannæ Stampæ cum Comite Trumelli — Egr. Secret. Maddio.

(c) Ad §. *Notarius Executorum*.

17 Huic Notario nullum deberi ſalarium, nec honorarium, ordinavit Collegium Cauſidicorum hujus Urbis die 15. Septembris 1614. in cauſa J. C. Jo. Baptiſtæ Merati cum Jo. Baptiſta Riparia.

18 Quid ſolvendum ſit Actuario Executorum Cameralium pro quolibet termino tranſmittendo debitoribus, & pro qualibet regiſtratione ſuperſedentiæ conceſſæ a Magiſtratu, habetur in Taxa ejuſdem Magiſtratus 30. Aprilis 1683.

(d) Ad §. *Ubi juris articulus &c.*

19 Quando ob juris articulum cauſa commiſſa ſit conſilio Sapientis, Conſultor nihil plus accipere poteſt, quam in aliis cauſis ab Ordinibus cavetur. Ord. Senat. 11. Auguſti 1616. §. *confirmationes*.

(e) Ad §. *Si Executores* verſic. *habeant pro honorario*.

20 Quoad honorarium Executoribus hic præſcriptum, idem cavetur in Taxa Magiſtratus die 30. Aprilis 1683.

(f) Ad §. *Pro Executionibus*.

21 Etiam in executionibus, quæ fiunt contra debitores Regiæ Cameræ, ſervanda eſt Conſtitutio in *tit. de Executor.*, *& Famul. Juſdicent.* Ord. Senat. 7. Aprilis 1548., & 23. Novembris 1626.

(g) Ad §. *Familia autem* verſic. *quod ſancitum eſt ex Ordinibus*.

22 Commiſſarii Executorum Cameralium a debitoribus moroſis dimidiæ pro centenario redditus cenſuum, non poſſunt exigere pro eorum mercede ultra ſolidum unum cum dimidio pro qualibet libra. Ord. Magiſtrat. 1. Februarii 1674.

23 Quid exigi poſſit a dictis Commiſſariis, ac Satellitibus pro executionibus, relaxibus, aliiſque ſimilibus actis, habetur in ſupra relata Taxa Magiſtrat. 30. Aprilis 1683.

DE OFFICIO RATIONATORUM FISCI.

Rationatores Generales duo erunt. Eorum officium illud in primis eſt, omnium reddituum, & impenſarum Fiſci diligentem rationem tenere, & ſuperinde opportunas ſcripturas facere, curamque adhibere, ut ſingulis diebus a Theſaurario habeant, quid præcedenti die eidem ſolutum fuerit, & impenſum. Hæcque omnia in uno libro Rationatores ſcribant. §. Nonniſi à Quæſtoribus juſſi literas dictent Theſaurario, (quæ Mandata dicuntur) eaſque literas in eo libro deſcribant. §. Teneant inſuper Rationatores librum, in quo omnes aſſignationes ſcribantur, quæ juſſu Principis fient.

Si contingat aliquas pecunias ſolvi juſſu Principis, abſque eo, quod id non fiat per manus Theſaurarii, curabunt Rationatores quamprimum reſciverint, opportunas ſcripturas facere, ita Ordinibus conformes, ac ſi verè, & cum effectu hæ pecuniæ per Theſaurarium numeratæ fuiſſent, aliàs Quæſtorum arbitrio puniantur. §. His quoque Rationatoribus, cæteri Rationatores Fiſci in concernentibus offi-

Digitized by Google

officium pareant, in his maximè, quæ utilitatem Fiſci concernunt.

Nemini libros Rationatores ſine licentia Quæſtorum, oſtendant: aliàs eorum arbitrio puniantur. §. Servabuntque in ſcribendo ordinem, ut incœpta in uno folio, in eodem vel ſequentibus continuatim, & non per intervallum finiantur. §. Minuſque (ut vulgò dicitur) portatas de perſona ad perſonam faciant, ſed dilucidas rationes teneant, pœnâ arbitrio Magiſtratus irrogandâ, ultra amiſſionem ſalarii trium menſium, quoties contrafecerint. §. Non facient etiam aliquem creditorem, vel debitorem Fiſci, ſine literis Magiſtratus. Itaque libros ſuos tenebunt eo ordine, ut clarè videri poſſit, qui ſint debitores, & qui ſint creditores Fiſci, pœnâ arbitrio Magiſtratus imponendâ.

AD TIT. DE OFFICIO RATIONATORUM FISCI.

Decis. et Annot.

RAtionatores Generales, & Particulares tempore, quo ſedet Magiſtratus, debent
1 adeſſe in loco cuilibet aſſignato in Regio Ducali Palatio. Ord. Magiſtrat. 8.
2 Auguſti 1652., & ibi tenere debent libros, & ſcripturas eorum Officii. Ord. Reg.
25. Junii 1654.

Rationatores Generales, & eorum Coadjutores qualibet die, qua ſedet Magiſtratus,
3 ſaltem poſt primam horam, uſque ad finem Tribunalis, reſidere debent in loco
eorum Officii. Ord. Magiſtrat. 16. Martii 1684.

Singulo trimeſtri Rationatoribus Generalibus reddi debent rationes a Theſaurario,
4 & Receptoribus Magiſtratus Extraord. Reddit. Ord. Reg. 3. Februarii 1688., ut
ipſi Rationatores formare poſſint Bilancium Regiorum Reddituum, illudque tranſ-
5 mittere S. R. M. initio cujuslibet anni. Ord. Reg. 12. Februarii 1721.; & te-
nentur formare pariter conſumptionem Bilancii Anni antecedentis, illudque tran-
6 ſmittere eidem S. R. M. intra terminum primi Trimeſtris cujuslibet Anni. Ord.
Reg. 22. Decembr. 1723., & 11. Decembr. 1729.

Iſti Rationatores fruuntur privilegio Fori Egr. Capitanei Juſtitiæ Mediolani. Ita
7 referente Magnif. Senatore Odeſcalco declaravit Senatus die 2. Maji 1582. in cau-
ſa Ambroſii Piatti Rationatoris Fiſci, qui, pro bonis in Agro Laudenſi ſitis, con-
ventus fuerat in actione reali a quibuſdam de Michlois, decernendo eſſe conve-
veniendum coram præfato Capitaneo Juſtitiæ.

Quidam Imbonatus ex cauſa ſocietatis conventus coram Conſulibus Mercatorum,
oppoſuit declinatoriam Fori, ex eo, quia eſſet Receptor pecuniarum pro Regenti-
bus Supremi Rerum Italicarum Conſilii, ac Rationator Generalis; ſed hiſce non
obſtantibus Capitaneus Juſtitiæ illum remiſit ad Conſules. Appellavit ipſe ab hac
8 ordinatione, & propoſito in Senatu dubio, an cauſa eſſet appellabilis, deciſum fuit
die 17. Auguſti 1644. eſſe committendam appellationem; cum vero die 19. ejuſdem
menſis Pars adverſa media renunciatione conſenſiſſet, ut cauſa ad Capitaneum Juſti-
9 tiæ remitteretur, cenſuit Senatus ita exequendum -- Egr. Secret. Com. Majoragio.

DE MONETIS, ET JUDICE MONETARUM.

QUicunque fabricaverit, (*a*) vel fabricare inchoaverit, aut fabricare fecerit monetam falſam, etiam quòd non perfecerit, & qui auxilium, vel favorem dictæ fabricationi dederit, puniatur pœnâ ignis, ita quòd moriatur, & confiſcationis bonorum, pro tertia parte Fiſco, tertia Accuſatori, & reliqua Præfecto

cuden-

cudendæ monetæ hujus Dominii applicanda. §. Expendens verò, (*b*) vel expendi faciens monetam falſam, puniatur arbitrio Principis, vel Senatus, etiam uſque ad mortem incluſivè, conſiderata qualitate quantitatis monetæ, caſus, & perſonarum. §. Eâdem etiam pœnâ tenebitur, (*c*) qui auſus fuerit monetam auream, vel argenteam, quocunque artificio, vel opera diminuere, vel diminui facere, vel alio modo deteriorem reddere.

Interdictum eſt omnibus, (*d*) ne in eorum domibus, nec alibi forpices habeant, & (ut vulgò dicitur) fornelos à vento, & croſolos, vel alia inſtrumenta apta ad tondendum, imprimendum, vel fabricandum monetam aliquam, ſub pœna confiſcationis bonorum, & etiam alia corporali, uſque ad mortem incluſivè, arbitrio Principis. §. Hæc tamen Conſtitutio non comprehendit artifices, & fabros, qui pro eorum artificiis neceſſe habent hujuſcemodi inſtrumentis uti: qui tamen ſi delinquent, eâdem pœnâ punientur.

Nullus audeat ſecernere, nec ſecerni facere monetam Mediolani cuſam, nec alias monetas, quibus ex Ordinibus uti Mediolani permiſſum eſt, nec fundere, nec fundi facere, nec quis ſciens, præmiſſis auxilium, vel favorem dare, ſub pœna confiſcationis bonorum, & etiam uſque ad mortem incluſivè, arbitrio Senatus.

Si quis aliquem reſciverit monetam falſam fabricare, vel fabricari facere, ſi Mediolani id actum fuerit, Judici intra unam diem notificet, ſi extra Mediolanum, intra triduum, aliàs eiſdem pœnis tenebitur.

Nemini permiſſum eſt (*e*) facere formas, (quas ſtampas dicunt) nec (ut vulgò dicitur) ſpontonos, pro ipſis formis faciendis ad cudendum monetam, ſive cudenda in hoc Dominio ſit, ſivè alibi, niſi primo id Judici notificaverit, & ab eo licentiam obtinuerit, ſub pœna confiſcationis bonorum, & aliâ etiam corporali, uſque ad mortem incluſivè, arbitrio Senatus.

Monetarii hujus Dominii non poſſunt extra Dominium laborare ſine licentia, ſub pœna privationis officii, & alia pœna arbitrio Quæſtorum Ordinariorum imponenda.

Omnibus prohibitum eſt exportare, (*f*) & exportari facere extra aliquam ex Civitatibus hujus Dominii, nec Dominium Mediolani, aliquam quantitatem auri, nec argenti, in petiis, verghis, granis, nec monetis (ut vulgò dicitur) bolzonatis, nec etiam monetam exteram, ſub pœna amittendi aurum, argentum, & monetam, animalia, plauſtra, naves, & alia inſtrumenta, in quibus, & ſuper quibus veherentur, vel conducerentur, & etiam ſub pœna dupli. §. Et intelligantur in Civitatibus in pœnam incidiſſe hi, qui ſine notificatione pertranſiverint (*g*) locum, ubi Officiales Datii Mercaturæ commorantur. §. Conducentes prædicta Mediolanum, termino bidui conſignare teneantur Præfecto Monetæ Mediolanenſis, ſub pœna amiſſionis rerum, & dupli, & ad ingreſſum Portarum notificare Officialibus, ſub eadem pœna.

Aurifices, & fabri (*h*) non poſſunt emere argentum, nec aurum

in

in petiis, verghis, vel grana, ſine licentia Præfecti Monetæ. Salvo quòd pro uſu ſuo, qualibet hebdomada quilibet emere poſſit marcas quinque bolzonaliarum. §. Si verò emerint argentum, aurumve fabricatum, ab una marca ſupra, teneantur eadem die Præfecto Monetæ notificare, eumque cautum facere, ſe laborando, dictum aurum, & argentum conſumpturos, aliàs illa ipſi Præfecto vendere tenentur, nec alio modo emere poſſunt, ſub pœna amiſſionis auri, & argenti, ac dupli.

Artifices, qui vulgò Batifoliæ appellantur, poſſunt pro uſu ſuo, uſque ad omnem quantitatem, argentum emere, modò tamen majori pretio non emant, quàm pretio limitato, & qualibet vice notificent Præfecto Monetæ, cum nomine venditoris, ſub pœna amiſſionis argenti, & ementibus, & vendentibus, aureorum quatuor pro marca, applicanda ut ſupra.

Prohibentes ne Officiales (*i*) Monetæ poſſint inquirere huic ſanctioni contrafacientes, ipſo facto incurrant pœnam aureorum quinquaginta, Fiſco applicandam.

Super præmiſſis cognoſcendis, (*l*) & exequendis, unus eſt Judex, qui Judex Monetæ appellatur, cujus cura eſt, ut Ordines præmiſſi obſerventur, & executioni mittantur. §. Ab eoque Judice, ubi de pœnis pecuniariis agatur, recurſus haberi poteſt ad Magiſtratum Ordinarium; ubi verò de pœna corporali, vel confiſcationis bonorum, nonniſi prius re in Senatu relata, ad condemnationem, vel abſolutionem devenire poſſit, juxta aliarum Conſtitutionum formam.

AD TIT. DE MONETIS, ET JUDICE MONETARUM.

Decis. et Annot.

JUdici Monetarum pro exercitio ejus Officii, auxilium præſtare debent Gubernato-
1 res Civitatum, aliique Officiales Militares. Ord. S. E. diei 2. Auguſti 1676., 29. Martii 1678., 30. Junii 1708., 23. Maji 1726.

Ubi iſte Judex pro exercitio ejus muneris perquirere velit, an adſint in Apothe-
2 cis monetæ prohibitæ, ingredi nequit hac de cauſa Piſtrina Mediolani tempore concurſus populi ad emendum panem, ne excitetur tumultus. Ord. S. E. diei 23. Februarii 1664.

Licet Proclamata in materia Monetarum promulgata mandent cujuslibet Juſdicenti
3 invigilare ſuper illorum executione, non tamen per hoc cenſeri debet derogatum privativæ in hac re juriſdictioni hujus Judicis. Ord. S. E. 14. Julii 1695., & 3. Auguſti 1719.

Operarii Regiæ Domus Siclæ, vulgo *Zeccha*, actu exercentes, ſunt ſubjecti ejus Præpoſito in criminalibus, ubi non agatur de delictis exceptis. Ita referente Magnif.
4 Marchione Erba declaravit Senatus die 16. Novembris 1665. in caſu Rubei proceſſati a Vicario Seprii -- Egr. Secret. Sadarino.

Hiſce Operariis conceſſum etiam fuit ab Henrico Roman. Rege, uſque de anno 1311. privilegium immunitatis ab oneribus realibus, & perſonalibus, quod fuit confirmatum ab Imper. Carolo V. die 23. Auguſti 1543., & a Senatu interinatione
5 comprobatum die 10. Maji 1544. cum reſtrictione ad onera extraordinaria tantum, & ad eos dumtaxat, qui munus cudendi exercent.

Vigore recenſiti privilegii recuſabant Franciſcus a Guardia, Chriſtophorus Manzonus, & alii Aurifices ſolvere æſtimum pro exercitio aurificinæ ſub prætextu, quod eſſent deſcripti inter Officiales, ac Monetarios Regiæ Zechæ. Re delata ad Senatum, & auditis Abbatibus Aurificum, ac Egr. Vicario Proviſionum reſpondentibus dictam
6 immunitatem competere ſolum aſſiduè ſe exercentibus in Officio Monetarum, juxta interi-

Digitized by Google

interinationem, & demum audito Fiſco, Decretum fuit anno 1605. partes uti debere juribus ſuis.

Emerant Angelus, & Salomon Pater, & Filius Ferrarienſes, & Abraham de Udine Hebræi Mercatores Mantuæ a Mercatoribus Mediolani nonnullas merces cum dilatione ſolvendi conventum earum pretium ad certum tempus, cum promiſſione illud ſolvendi in pecunia juxta illius valorem currentem; pendente dilatione ad ſolvendum dictum pretium, publicatum fuit proclama moderans abuſivum monetarum valorem; & maturato termino ad ſolvendum dictum pretium, prætendebant illud ſolvere in moneta juxta valorem de tempore contractus, allegantes ob majorem tunc valorem monetarum, creviſſe tunc etiam valorem, & pretium mercium.

Mercatores autem Creditores inſiſtebant ſolutionem fieri debere in moneta juxta valorem currentem de tempore maturati termini ad ſolvendum, vigore recenſitæ promiſſionis a debitoribus factæ.

Propoſita demum in Senatu hac controverſia, deciſum fuit die 15. Maji 1620. facien-
7 dam eſſe ſolutionem juxta valorem monetarum de tempore, quo ceſſit dies ſolu-
tionis -- Egr. Secret. Sacco.

Quando monetæ valor eſt mutatus extrinſecè, non vero intrinſecè, nec adeſt circa
valorem aliquod peculiare pactum, tunc ſolutio fieri debet juxta valorem curren-
8 tem tempore ſolutionis, non autem celebrati contractus. Ita pluries decidit Senatus,
& ſignanter die 16. Decembris 1619. inter Civitatem Cremonæ, & alias Civitates.

Conſtituto Cenſu, & ſtipulata ejuſdem annui redditus ſolutione in tot Ducatonis
ſtampi Mediolani juſti, & veri ponderis librarum quinque, & ſolidorum quinde-
cim pro ſingulo Ducatono, & capitalis extinctione in tot Ducatonis ejuſdem qua-
litatis, & valoris; ſolutio annui redditus, & extinctio capitalis fieri debet in tot
9 Ducatonis conventæ ſpeciei, & non in alia pecuniarum ſpecie, retento Ducatoni
valore in ſolis libris quinque, & ſolidis quindecim, ubi iſte a die contractus ad
diem ſolutionis auctus ſit. Ita cenſuit Senatus die 31. Januarii 1663. contra
Carolum Imbonatum debitorem.

Cum de tempore extinctionis Cenſus conſtituti in Ducatonis ſtampi Mediolani ſine
expreſſione *boni, & juſti ponderis*, adeſſent Mediolani duæ Ducatonorum ſpecies,
altera nimirum *boni, & juſti ponderis*, & altera diverſæ, & inferioris qualitatis,
orta fuit contentio inter Debitorem, & Creditorem Cenſus, volente Debitore Cen-
ſum extinguere in tot Ducatonis inferioris qualitatis, quia non expreſſa qualitate,
Debitor liberatur dando viliſſimum ad text. *in l. fidejuſſorem* 52. *ff. mandati* cum
concordantibus ibi a Gloſſa adductis; & quia, ubi non apparet quid actum ſit,
ad id quod minimum eſt, ſumma redigenda eſt per text. *in l. ſemper* 35. *ff. de
verb. obligation.*, prætendente e contra Creditore ejuſmodi extinctionem fieri debere
in tot Ducatonis boni, & juſti ponderis in rationem librarum quinque, & ſolido-
rum quindecim pro ſingulo Ducatono. Hæc cauſa agitata fuit coram Egr. Capita-
neo Juſtitiæ inter Ven. Clericum Petrum Martyrem Belcredium, & D. Magdalenam
Legnanam Torniellam ex una, & D. Hypolitam Ghetiam, & Egr. D. Carolum
Franciſcum Goranum Reg. Secretarium Jugales ex alia parte; & poſt latam ab
eo ſententiam die 20. Decembris 1669. contra dictos Jugales, delata fuit in gradu
10 appellationis ad Senatum, qui referente Magnif. Stampa cenſuit die 5. Martii
1674. malè judicatum ab Egr. Capitaneo Juſtitiæ, & valorem Ducatoni ſtampi
Mediolani taxandum eſſe in rationem librarum ſex pro ſingulo.

Solutio pretii ab Emptore conventi in moneta ad illius valorem abuſivum, ſuper-
vento poſtea Proclamate ejuſmodi valoris abuſivi prohibitivo, fieri debet in mo-
neta ad valorem Proclamatis, retenta tamen per Emptorem importantia valoris
abuſivi de tempore contractus conventi. Ita referente Magnif. Regente Com. Ce-
11 rato declaravit Senatus die 11. Februarii 1751. favore Jacobi Guinzoni -- Egr.
Secret. de Trecate; & hæc deciſio communiter recepta eſt pro norma etiam quoad
reſtitutionem mutuorum.

Anno 1749. hoc Officium ſuppreſſum eſt, & juriſdictio hujus Judicis collata eſt in
12 Magiſtratum Cameralem, & Judices Ordinarios.

AD CONSTITUTIONEM.

(*a*) Ad §. *Quicunque fabricaverit &c.*

Anno 1616. die 16. Septembris fuere flammis combuſti quidam de Moroſinis, &
13 Joannes Paulus Binaghus Aurifex ob Monetarum falſificationem, & dicti Binaghi
Uxor

Uxor tempore ſupplicii præeuntem virum inſequi coacta, tamquam & ipſa marito obtemperans cum eo cooperata ſit, & per tres dies fuit fuſtigata; poſt terga quoque dictorum damnatorum conductus fuit puer annorum octo, qui in dicto ſcelere eis famulabatur.

Juxta pœnam hic præſcriptam damnati fuere a Senatu die 21. Novemb. 1623. duo
14 Galli, qui extra Dominium fabricaverant Duplas Hiſpaniæ, ſed argenteas, &
mox illas Mediolani in hoſpitio tinxerant.

Pœnâ ignis fuit punitus die 18. Auguſti 1629. quidam Neapolitanus dictus Capua-
15 nus, Reus convictus de fabricatione falſæ Monetæ; & eadem pariter pœnâ fuit
16 condemnatus die 25. Junii 1671. Bernardinus Bentius Pedemontanus ad definiti-
vam Vicarii Juſtitiæ, referente Magnif. Com. Burro -- Egr. Secret. Maddio.

(*b*) Ad §. *Expendens vero &c.*

Cum Mathatia de Sacerdotibus, & Melchior Salina Hebræi imputati, Reique con-
ſtituti fuiſſent, Mathatia ſcilicet, quod ſextertia falſa in hoc Dominium intro-
duxiſſet, & ſciens expendidiſſet; Salina vero de eorum diſtributione, & lucri
participatione ad rationem vigintiquinque pro centenario; Senatus datis literis Ju-
17 dici Monetarum cenſuit die 20. Februarii 1595. Mathatiam damnandum eſſe ad
remum triennalem; Salinam vero torquendum, an ſciviſſet ſextertia fuiſſe falſa,
& ubi nihil emergeret, dimittendum.

Julius Montius mutato cognomine Raynaldus graviter indiciatus, pluries expendiſſe
in Civitate Cremonæ Monetas falſas in magna quantitate, & Hyacintus Piſo-
gnus Socius prædicti Montii, qui faſſus fuerat nomen mutaſſe, & viſa Familia
Satellitia projecerat quamdam falſæ Monetæ quantitatem, poſtea recognitam,
18 damnati fuerunt die 11. Junii 1642. ad remum decennalem; famulus vero ſciens,
19 & particeps, qui & ipſe expendiderat, fuit damnatus ad remum per quinquen-
nium.

Introductores falſæ Monetæ, referente Magnif. Senatore Faxardo, damnati fuerunt
20 a Senatu die 15. Aprilis 1673. ad remigandum per decennium, addita pœnâ fu-
ſtigationis per triduum in die mercatus appenſo cartello, ad definitivam Curiæ
Cumenſis -- Egr. Secret. Oliverio.

Anno 1677. die 8. Aprilis ex ſententia Senatus fuit furcis ſuſpenſus Joannes In-
21 troinus dictus *Borſolo*, ob falſorum aſſium introductionem in hoc Dominium, &
extractionem bonæ Monetæ.

(*c*) Ad §. *Eadem etiam pœna tenebitur &c.*

Anno 1568. die 4. Octobris in cauſa Antonii Buſti, qui faſſus fuerat ſe totondiſſe pe-
cunias, repertis ejus in domo raſuris pecuniarum argentearum, & aurearum cum Forci-
22 pibus, Senatus cenſuit confiſcanda eſſe ejus bona, ipſo damnato ad triremes trien-
nales, a qua pœna poſſet ſe eximere ſolutis aureis centum; & caſu quo ſe exe-
miſſet, exulare debere per quinquennium.

Cum frequens nimis foret delictum tonſionis Monetarum, Senatus cenſuit die 24.
23 Novemb. 1574. furcis ſuſpendendos duos Fratres de Magnis Aurifices Mediolani.

(*d*) Ad §. *Interdictum eſt omnibus &c.*

Repertis in domo Joannis Pauli Vicecomitis Croſolis, quia manifeſtè conſtabat, quod
eis non utebatur, niſi ad formandam Alchimiam, & quia ejus qualitas erat ſatis
nota Senatui, & ars conficiendi Alchimiam licita eſt, cenſuit Senatus die 14. Sep-
24 tembris 1568. dictum Vicecomitem eſſe abſolvendum, eique præcipiendum, ne
Croſolis in poſterum uteretur ſine permiſſione.

(*e*) Ad §. *Nemini permiſſum eſt &c.*

Ad relationem Judicis Monetarum Senatus anno 1580. menſe Septemb. condemnavit
25 ad remum triennalem cum bonorum confiſcatione Balthaſſarem Gilinum de Vique-
ria, quia fieri fecerat modulos pro cudendis tertiis Scuti Sabaudiæ.

(*f*) Ad §. *Omnibus prohibitum eſt exportare &c.*

Extractio Monetarum ab hoc Dominio prohibita eſt etiam ſub pœna aureorum duo
26 mille, & in ſubſidium triremium ex Proclamate 2. Januarii 1728., 11. Julii 1729,
8. Octobris 1737.

Digitized by Google

(g) Ad §. *Et intelligantur* verſic. *qui ſine notificatione pertranſiverint*.

Probibitio aſportationis Monetarum etiam per tranſitum intra hoc Dominium ſine no-
27 tificatione, renovata eſt Proclamate 11. Auguſti 1711., confirmatorio Proclamatum
13. Januarii 1682., & 30. Julii 1689.; nec ſane dubitandum eſt de viridi eorum
obſervantia etiam pro qualibet cauſa privilegiata, & comprehenſione etiam quoad
exteros, poſtquam Cæſariis literis 12. Januarii 1709. conceſſa fuit derogatio di-
28 ctorum Proclamatum, ut Britanicæ Miniſtri exportare poſſent per tranſitum hujus
Dominii pecunias ex Plateis Genuæ, & Helvetiorum tranſmittendas per Anglos
ad Barcinonenſem Civitatem pro auxiliarii Exercitus, noſtrorumque Militum ſti-
pendio, & uſu, occaſione belli pro recuperatione Hiſpanicæ Monarchiæ, & dicta
aſportatio conceſſa fuit attentis tam peculiaribus facti circumſtantiis, & adhibitis
cautelis, quæ fraudes longiùs eliminarent; & demum obſervantia hujus Conſti-
tutionis, ac ſupra relatorum Proclamatum, eorumque comprehenſio etiam quoad
Alienigenas, comprobatur ſententia Magiſtratus Cameralis lata menſe Auguſti
29 1712., qua declaravit in commiſſum cecidiſſe pecunias detentas in loco Canoni-
cæ, quas quidam Venetæ Reipublicæ Subditus tamquam negotiorum Geſtor cujuſ-
dam Bergomenſis ad illam ab hac Civitate alibi concervatas traducebat.

(h) Ad §. *Aurifices*, & *Fabri*.

Circa diſpoſitionem hujus Conſtitutionis quoad Aurifices, & Fabros, Senatus die 3.
30 Aprilis 1554. plures condidit Ordines penes Egr. Secretarium Petranigram.

(i) Ad §. *Probibentes ne Officiales* &c.

In cauſa Annibalis Arnati inquiſiti de prima evaginatione, & vulnere ex cauſa rei
31 monetariæ, cenſuit Senatus die 7. Novembris 1553. ipſum Arnatum non eſſe re-
mittendum ad Judicem Monetarum, ſed condemnandum per Prætorem Mediolani;
idque ſervandum in omnibus delictis, pro quibus pœna corporalis ingeratur.

In cauſa pariter homicidii commiſſi per unum ex Officialibus Monetarum occaſione
ſui Officii, referente Magnif. Senatore de Magiſtris, decrevit Senatus die 19. Maji
32 1633. Prætorem Mediolani, qui etiam prævenerat in procedendo, ad ulteriora pro-
cedere debere; non autem cauſam eſſe remittendam ad Judicem Monetarum, ut
prætendebat -- Egr. Secret. Perlaſca.

Anno vero 1642. die 24. Octobris facto verbo per Egr. Advocatum Fiſcalem Serto-
rium, præſente Egr. Judice Monetarum, in Magiſtratu de reſultantibus ex proceſſu
per ipſum Judicem constructo in loco Gallarati contra Franciſcum Reynam, appel-
latum *il Moro*, ad delationem Petri Franciſci Miliachetti, ſed etiam de inſultu facto
per conjunctos ipſius Reynæ adverſus Fratrem ipſius Delatoris, & de vulneribus
33 illatis eidem Delatori; dictum fuit præfatum Judicem Monetarum procedere de-
bere ad ulteriora tam in cauſa dictæ notificationis, quam in cauſa inſultus, &
vulnerum, cum aſſiſtentia præfati Egr. Advocati Fiſcalis Sertorii.

(l) Ad §. *Super præmiſſis cognoſcendis* &c.

Si litera hujus Conſtitutionis perpenditur, præſcribens, unum debere eſſe Judicem
Monetarum, ambigi ſanè non poteſt, ejus juriſdictionem eſſe privativam quoad
omnes alios Judices tam mediatos, quam immediatos; & ita pluries declaravit Se-
natus, anno nempè 1589. die 23. Novembris in controverſia vertente inter ipſum,
34 & Commiſſarium Aronæ; decernendo, ipſum Judicem privativè procedere debere,
licet jam promulgata fuiſſent Proclamata Excellentiſſimorum Gubernatorum, qui-
bus demandatur omnibus Judicibus, ut invigilent adverſus Contraventores in re
monetaria, quia ponderatum fuerat per dicta Proclamata non cenſeri derogatum
diſpoſitioni hujus Sanctionis; item anno 1609. die 24. Julii in caſu Principis Sti-
35 liani privativam Judicis Monetarum juriſdictionem impugnantis; anno 1633. 21.
Aprilis in contentione vertente inter ipſum, & Vicarium Juſtitiæ, decernendo,
audito Fiſco, in cauſa de qua agebatur, & in omnibus aliis Monetarum cauſis, ſo-
36 lum Judicem Monetarum procedere debere, referente Magnif. Senatore de Magi-
37 ſtris -- Egr. Secret. Perlaſca --, & demum die 27. Februarii 1643. in cauſa contro-
verſiæ inter ipſum, & Prætorem Gallarati.

Attenta vero Proclamatum diſpoſitione, invaluit conſuetudo, ut juriſdictio hujus Ju-
dicis ſit cumulativa cum aliis Juſdicentibus hujus Dominii; & ita in præſentiarum
ſervatur; nam proceſſus falſæ monetæ indiſtinctè conſtruuntur etiam ab aliis Judi-

cibus

Digitized by Google

cibus ordinariis, & collecto voto reſpectivæ Curiæ, proponitur definitiva in Se-
natu, & ab eodem fertur ſententia; & ita non obſtantibus caſibus ſupra relatis,
ſervatum fuit in eo Blaſii Galli, & Caſtillionæi Olitoris, qui, referente Magnif.
38 Marchione Caxa, damnati fuerunt ad furcas die 19. Septembris 1669. ſuper defi-
nitiva Judicis ad ſignum Galli hujus Urbis -- Egr. Secret. Maddio.

DE ADVOCATIS, ET SYNDICIS FISCALIBUS.

HOdie Mediolani Advocati Fiſci, tres ſunt, & Syndici totidem. §. In aliis verò Civitatibus duo erunt Fiſcales, (*a*) unus Advocatus, qui exterus ſit, & unus Syndicus, vel exterus, vel de ipſa Civitate, prout Principi videbitur. §. In Oppidis, & Terris, ubi juriſdictio criminalis exercetur, unus ſit Syndicus. §. His omnibus Advocatis, & Syndicis, ſalarium annuum, condecens à Fiſco ſtatuatur, arbitrio Principis, cujus etiam arbitrio officium durare habet.

Curabuntque Fiſcales omni ſtudio, ea facere, tàm agendo, quàm defendendo, quæ utilitatem Fiſci concernant, & maximè ut per Juſdicentes cauſæ, & proceſſus criminales, debitis temporibus inchoëntur, & cum juſtitia, & ſine fraude expediantur. Et item quòd Antiani, & Conſules negligentes denunciare crimina, delicta, & exceſſus, & alia, ad quæ tenentur, debitis pœnis puniantur. Quòdque condemnationes tranſmittantur ad Fiſcum, & pœnarum exactio integrè fiat. §. Et denique eorum officium erit, pro viribus inſtare, ut bona malefactorum confiſcata, vel confiſcanda, juxta Ordines deſcribantur, & nomine Fiſci apprehendantur, unà cum fructibus, beneque advertere ne in ſiniſtrum tranſeant. Quibus intereſſe etiam cum aliis Officialibus poſſint, ſi voluerint. §. Operamque dabunt, ut malefactores, banniti, vel rebelles detineantur, & in poteſtatem Juſdicentium conſignentur. §. Neceſſeque habent maximè in gravibus, & atrocibus delictis, unà cum Juſdicentibus, intereſſe examinibus quorumcumque Teſtium producendorum ſuper denunciis, querelis, & accuſationibus, ac indiciis, & informationibus aſſumendis, inquiſitionibuſque formandis; & tàm ante litem conteſtatam, quàm ex poſt, tàm ex mero officio, quàm alio modo, etiam ubi non eſſet neceſſaria litis conteſtatio, ſub pœna Juſdicentibus non requirentibus, vel non admittentibus, amiſſionis ſalarii trium menſium, & plurium, & pauciorum, inſpecta qualitate delictorum, perſonarumve, & læſione Fiſci, arbitrio Magiſtratus Extraordinarii. §. Quòd ſi alio modo Teſtes examinati fuerint contra voluntatem Fiſcalium, vel ſaltem uno eorum non nominato, aut citato, proceſſus, nec ea dicta Teſtium, non valeant in præjudicium Fiſci, & ulteriùs habeatur, ac ſi per Juſdicentem, ad quem cognitio pertinet, commiſſus fuerit evidens dolus, in fraudem, & damnum Fiſci. §. Proceſſuſque factus, & finitus, etiam per ſententiam abſolutoriam, non citatis offenſis, & Mediolani ſaltim uno ex

Digitized by Google

Advocatis, & alio ex Syndicis, & in aliis Civitatibus, & Oppidis, Fiſcalibus ibi deputatis, ſint nullius valoris, & momenti, ipſo jure, & facto, quo ad præjudicium Fiſci, & quorum intereſt. §. Denuoque poſſit procedi, & cognoſci de eo crimine, delicto, vel exceſſu, ac ſi nulla ſententia abſolutoria lata eſſet.

Advocati, & Syndici bene advertant circa denuntias, querelas, accuſationes, inquiſitiones, proceſſus, (*b*) & informationes, ne condemnandi abſolvantur, ullaque fraus, doluſve, in præmiſſis committatur. Et ulteriùs in relationibus cauſarum criminalium Senatui juxta Ordines in ſcriptis faciendis per Prætores, & Juſdicentes Civitatum, & locorum, ſe ei relationi ſubſcribere neceſſe habent, ſi tamen cum eis Juſdicentibus concordes fuerint; ubi autem diſſentiant, Senatum omnino moneant de cauſis diſſenſus. §. Idem ſervare habent Fiſcales Mediolanenſes in iis relationibus, quas viva voce in Senatu faciunt.

Ad dictos quoque Mediolanenſes Fiſcales pertinet, relationes cauſarum criminalium, quæ Senatui ab Officialibus tranſmittentur, in eo Senatu referre, ſecundùm formam à præſentibus Conſtitutionibus traditam.

Inquiſitiones de animo deliberato (*c*) formari non poſſint, niſi uno ex Advocatis Fiſcalibus ſubſcribente, in locis, ubi adſunt Advocati, ſin minus Syndico.

Non debent Fiſcales propalare directè, nec per indirectum indicia contra Reos aſſumpta, vel aſſumenda, aċtave, aut proceſſus, deliberationes, condemnationeſve, quæ ſecretò teneri debent, ſivè ex natura cauſæ, ſivè ex juſſu, ſivè ex harum Conſtitutionum forma. Et denique nullum dolum, fraudemve, in eorum officiis ſcienter committere, nec prece, vel pretio moveri debent, ſub pœna privationis officii, & ulteriùs puniantur inſpecta qualitate delicti, arbitrio Principis, vel Senatus.

Advocati, & Syndici Fiſcales contenti erunt ſtipendio (*d*) eiſdem ſtatuto, nihilque accipiant ab eis, contra quos pro Fiſco agant, & ſivè agant, ſivè conveniantur, ſub pœna privationis officii, & aliâ pœnâ, arbitrio Principis, vel Senatus imponendâ.

Admittantur Fiſcales per omnes Judices, ut intendant expeditioni cauſarum, in omnibus cauſis, in quibus agitur de intereſſe Fiſci, vel ubi ingeritur pœna ſanguinis, aliàs omnia nulla ſint. §. Eoque amplius Fiſcalis in una cauſa ſemel citatus, niſi abſens fuerit, uſque ad finem cauſæ ſemper citari debet. §. Notariique præmiſſorum Officialium non ſolum præmiſſis Fiſcalibus patientiam præſtare teneantur, ut inſpiciant libros, querelas, accuſationes, denuntias, inquiſitiones, acta, & proceſſus, reſcripta, & quaſcunque ſcripturas, quotieſcunque etiam verbo requiſiti fuerint, etiam ſi non fieret examen Teſtium pro condemnationibus; vel abſolutionibus faciendis; ſed etiam omne auxilium, & favorem impartiri habent, ſub pœna aureorum decem pro quolibet contrafaciente, aut negligente, & qualibet vice, Fiſco applicandâ.

Fiſca-

Digitized by Google

Fiſcales de aliis cauſis (niſi ad Fiſcum ſpectantibus, & pro Fiſco) ſe aliquo modo intromittere non poſſunt, agendo, defendendove, ſub pœna arbitrio Principis, vel Senatus imponendâ.

Non poſſunt etiam (*e*) Fiſcales commiſſiones ad judicandum acceptare, niſi in cauſis, quæ coram Magiſtratibus tractari contingent.

AD TIT. DE ADVOCATIS, ET SYNDICIS FISCALIBUS.

Decis. et Annot.

ADvocati, & Syndici Fiſcales, quæ ſervare debeant pro adimplemento eorum mu-
1 neris, habentur in Ord. Senat. 26. Novemb. 1541., 16 Januarii 1676., & 24.
Martii 1683.; & in Ord. Reg. 6. Auguſti 1545. §. *li Fiſcali* impreſſo *inter Ord. Senat.*

Advocati Fiſcales, quando interveniunt in Senatu, habere debent ſedem æqualem
2 cum Senatoribus. Ord. Hiſpaniarum Regis Philippi II. diei 2. Septembris 1597.,
3 & ubi adſint in Senatu tempore Miſſæ, ingredi nequeunt ejuſdem Sacellum. Ord.
Senat. 20. Januarii 1654.

Prætendente coram Senatu Egr. Judice Monetarum, ubi ipſum ratione ſui officii in
Curiis intereſſe contigeret, primum locum tenere poſt Egr. Vicarium Juſtitiæ, &
Egr. Judices Prætorios, ſe ſe oppoſuerunt Egr. Fiſcales Generales, allegantes, juxta
uſum, & obſervantiam ipſos ſedere ante Judicem Monetarum. Auditis partibus
per alterum ex Ampliſſimis Patribus, & conſtito de allegata obſervantia favore
4 Fiſcalium, decretum fuit a Senatu die 30. Junii 1617., perſiſtendum in dicta obſer-
vantia, & ubi præfatus Judex Monetarum non acquieſceret, adeundam eſſe S. R.
Majeſtatem -- Egr. Secret. Marcheſonio.

In Functionibus, Syndici Fiſcales erant in poſſeſſione ſedendi cum Magiſtratu Ex-
5 traord. Reddit. quando aderat; Advocati Fiſcales vero erant in poſſeſſione ſedendi
cum utroque Magiſtratu. Ord. Senat. 1. Junii 1646., & quomodo iſti ſedere de-
6 beant in Curiis tempore viſitationis Carceratorum Mediolani, habetur in Ord. Se-
nat. 16. Decemb. 1585., & 6. Maji 1684.

7 In cauſis non poſſunt votum proferre, niſi prius fuerint decreto excitati. Ord. Senat.
8 13. Octobris 1648., & quomodo illud ferre debeant. Ord. Reg. 12. Julii 1630.,
9 & excitati a Senatu debent illud mittere ad ejuſdem Egr. Secretarium hebdoma-
darium, non vero partibus tradere. Ord. Senat. 18. Junii 1643., & ſecretò cuſto-
diri debet. Ord. Senat. 16. Octobris 1637.

Votum ferre nequeunt in cauſa, in qua ſit Advocatus, vel coſuluerit Filius, Pater,
10 Socer, Gener, Frater, Patruus. Ord. Reg. 28. Maji 1604. *impreſ. inter Ord. Senat.*

Abſtinent pariter a voto, ſi allegentur ſuſpecti, & tali caſu cauſa ſuſpicionis ab alle-
gante probari debet. Ita referente Magnif. Senatore Carillo decrevit Senatus die
11 28. Septembris 1667. in caſu ſuſpicionis allegatæ a J. C. Gallo contra Egr. Advo-
catum Fiſcalem Porrum.

Cum Egr. Syndicus Fiſcalis Crucejus intereſſe deberet relationi proceſſus conſtructi
contra Mazzuchellum de ſupplantatione Judicis ad ſignum Equi, allegatus fuit
ſuſpectus a Syndicis Collegii Notariorum hujus Urbis, quia dictus Mazzucchellus
fuerat Scriptor dicti Syndici Fiſcalis, dum erat Cauſidicus, & tunc ut Scriptor in-
ſerviebat etiam Cauſidico ejus Filio. Ponderatum fuit agi de Fiſci Patrono, qui
regulariter recuſari non poteſt, niſi ex capite inimicitiæ; agi de Scriptore, qui in
ſtudio Filii non poteſt ſibi Cauſidicum devincire; quod nec Pater, aut Filius ejus
cauſam defendendam ſuſceperant; quod deeſſet ſpeciale mandatum ad eum ſuſpe-
ctum allegandum, nec probaretur, ſcripturam, ſuper qua facta fuerat ſupplanta-
tio, a Filio fuiſſe dictatam, & Notario datum fuiſſe mandatum Judicem ſupplan-
12 tandi. In hoc rerum ſtatu cenſuit Senatus die 2. Aprilis 1642. non eſſe dictum
Egr. Fiſcalem uti ſuſpectum removendum.

Votum ferre poteſt Fiſcalis, qui non interfuit relationi proceſſus factæ per plures
dies in Curia, ſed tantum declaravit, ſe intereſſe velle tempore voti, cum alias
idem Fiſcalis inſtructus fuerit de toto proceſſu, & ſi interfuit, quando idem pro-
13 ceſſus propoſitus fuit in alia Curia. Ita referente Magnif. Com. Burro declaravit
Sena-

Digitized by Google

Senatus die 21. Julii 1668. in caſu quorundam de Siccis -- Egr. Secret. Sadarino.
Fiſcales recognoſcere poſſunt omnes cauſas ſpectantes ad Regium Fiſcum, antequam
14 referantur in Senatu, ubi ſic expediat Regali ſervitio. Ord. Reg. 11. Januarii 1564.,
15 & admitti debent pro quibuſcunque proceſſibus, actis, & examinibus Tertium in
cauſis, in quibus agitur de intereſſe Fiſci. Ord. Senat. 16. Januarii 1706.

Per literas Senatus, & Gubernatoris eis datas, non cenſentur delegati, niſi alicujus
16 cauſæ cognitio eiſdem uti Judicibus ſpecificè demandetur. Ord. Senat. 23. Januarii 1610.

Non debent admittere petitiones pro liberatione Bannitorum præſentatorum vigore
17 Proclamatum, ſi agatur de Bannitis, qui fuerint mandantes, vel mandatarii. Ord.
Senat. 5. Junii 1648.

In caſibus gratiarum, in quibus votum ſuum de more ſubjiciunt, debent proſpice-
18 re, ut, ubicunque pecuniarum pœna pro delicto infligi poteſt, in hanc Rei damnentur, antequam gratiæ capaces fiant. Ord. Senat. 26. Junii 1668., & in ſub-
19 jiciendo votum pro dictis caſibus, animadvertere debent, an adſit clauſula: *ſecuta prius confiſcatione, vel condemnatione*. Ord. Senat. 21. Novemb. 1646.

Non poſſunt inſpicere proceſſus criminales, niſi prius præcedat decretum Senatus.
20 Ord. Senat. 13. Octobris 1649.

Ultra biduum non poſſunt abeſſe a Civitate ſine licentia Præſidis Senatus. Ord. Se-
21 natus 26. Novembris 1541., & 18. Novemb. 1661.

Ut conſultum ſit indemnitati Regiæ Cameræ, non poſſunt ſtipulari contractus Came-
22 rales, ſine prævia conſultatione, & approbatione alterius ex Advocatis Fiſcalibus.
Ord. S. E. 19. Aprilis 1601.

Syndici Fiſcales excludi non debent a voto in cauſis facti. Ord. Reg. 6. Januarii
23 1695., & ubi ſint de Collegio Cauſidicorum Mediolani, non poſſunt eligi in Ab-
24 bates ipſius Collegii. Ord. Senat. 16. Octobris 1643.

Quoad exercitium Fiſcalium fuit præſcriptum ex Ord. Reg. 18. Julii 1678., quod
25 unus ex Advocatis, & ex Syndicis Fiſcalibus aſſiſteret in Senatu, alter in Magiſtratu Ordinarior., & alter in Magiſtratu Extraord. Reddit., & in Curiis, ſublato Syndicorum Fiſcalium voto in Curiis.

Adverſus hanc novam formam exercitii Fiſcalium exaravit Senatus Conſultationem S. R. C. M., qua pro adimplemento ejus muneris oſtendit graviſſima præjuditia, quæ ex illius executione eventura erant tum Regio Fiſco, tum adminiſtrationi Ju-
26 ſtitiæ; verum literis Regiis 16. Januarii 1679. demandatum fuit, ut non obſtantibus per Senatum in contrarium deductis, ſervaretur præſcripta nova forma exercitii Fiſcalium ſuperius recenſita.

Secunda hæc Realis juſſio, ut par erat, executioni miſſa eſt; ſed experientiâ compertum eſt, non poſſe ſubſiſtere; cumque eam noverit etiam S. R. M. eſſe contrariam
27 veterum Ordinum, & Novarum Conſtitutionum diſpoſitioni, dignata eſt exercitium tum Advocatorum, tum Syndicorum Fiſcalium reſtituere ad priſtinam formam. Ordine 24. Martii 1683.

AD CONSTITUTIONEM.

(a) Ad §. *in aliis vero* verbo *Fiſcales*.

Fiſcales manuteneri debent in poſſeſſione continuandi in eorum munere durante tempore electionis Prætorum faciendæ per Excellentiſſimum Gubernatorem, & hoc ſive munus exercere voluerint per ſe, ſive per alium eorum nomine. Ita referente
28 Magnif. Marchione Erba decidit Senatus die 23. Januarii 1672. favore Fiſcalis Papiæ, non obſtante, quod Magnif. Faxardus Syndicator alium elegiſſet -- Egr. Secretario Sadarino.

Anno 1672. 6. Junii in controverſia inter Judicem Prætorium, & Advocatum Fiſca-
29 lem Cremonæ, cenſuit Senatus, non poſſe Fiſcalem facere decreta, ſed tantum vota, & inſtantias.

Fiſcalis abſente Prætore eſt L. T. neceſſarius a lege conſtitutus; nec alius interim a
30 Prætore poteſt nominari. Ita pro Fiſcali Serravallis decrevit Senatus die 1. Septembris 1671. referente Magnif. de Puteo -- Egr. Secret. Gradignano --; pro ge-
31 ſtis tamen ab eo non tenetur Prætor, quia illum non conſtituit Locum Tenentem. Proclama 15. Julii 1634. & 23. Aprilis 1636.

Hoc tamen procedit in criminalibus: nam in civilibus poſſe Prætorem in ejus abſen-

tia

Digitized by Google

tia conſtituere L. T. ſibi beneviſum, præter Fiſcalem, declaravit Senatus die 28.
32 Junii 1673. in caſu controverſiæ inter Prætorem, & Fiſcalem Derthonæ, referente
Magnif. Com. Burro -- Egr. Secret. Oliverio --; & quando Fiſcales ſe gerunt tam-
33 quam L. T. Judicis, non debent ſe immiſcere in cauſis pendentibus. Ord. Senat.
26. Auguſti 1611.

(*b*) Ad §. *Advocati*, & *Syndici* verb. *proceſſus*.

Libros proceſſuum eſſe recognoſcendos a Fiſcalibus in Officiis, poſt alios caſus, de-
34 crevit Senatus ad preces Prætoris Variſii die 16. Decembris 1671., referente Ma-
gnif. Com. Burro -- Egr. Secret. Annono.

(*c*) Ad §. *Inquiſitiones de animo deliberato &c.*

Anno 1648. die 17. Novembris juſſit Senatus cuidam Prætori Feudali Comitis Bor-
35 romæi, ut circumſcripta inquiſitione de homicidio cum qualitate animi deliberati
non ſubſcripta a Fiſcali, eam iterum formaret, & tranſmitteret.
Referente Magnif. Senatore Menochio decrevit Senatus die 30. Januarii 1671., quod
inquiſitione cum qualitate animi deliberati firmata a Fiſcali, reſcriberetur ſtatus
36 cauſæ, abſque eo quod inquiſitus ſiſteret, attentis qualitatibus occurrentibus in ca-
ſu cujuſdam Guidoni -- Egr. Secret. Maddio.
Tranſmiſſa inquiſitione per Prætorem Alexandriæ contra Alexandrum patrem, & fi-
lium de Balbis de homicidio animo deliberato, & ex inſidiis patrato in Prætorem
Oliviarum, & ſecuta condemnatione in pœnam furcarum cum bonorum confiſca-
tione; conqueſti ſunt Balbi poſt lapſum annorum ſeptem, allegantes nullitatem in-
quiſitionis, quia non fuerat ſubſcripta a Fiſcali ad normam hujus Conſtitutionis:
37 Re latè diſcuſſa in Senatu, referente Magnif. Com. Areſio, ſancitum fuit die 11.
Martii 1679., quod circumſcripta inquiſitione, & condemnatione, Prætor Alexan-
driæ re integra procederet ad ulteriora -- Egr. Secret. Ceſato.

(*d*) Ad §. *Advocati*, & *Syndici Fiſcales* verb. *contenti erunt ſtipendio*.

38 Pro deſcriptione bonorum delinquentium nihil poſſunt accipere. Ord. Senat. 15.
Julii 1546.
Ipſis non debentur Sportulæ pro liberationibus factis vigore Decreti gratioſi. Ord. Se-
39 nat. 9. Novembris 1605., & nullum debetur honorarium pro relationibus ſtatus
40 cauſæ, quæ fiunt a Judicibus juſſu Senatus. Ord. Senat. 15. Octobris 1615.

(*e*) Ad §. *Non poſſunt etiam*.

41 Hæc prohibitio renovata eſt Ordine Regio diei 21. Decembris 1604.
Anno 1609. 5. Maji, Senatus diſpenſavit, poſſe Egr. Advocatum Squarciaficum ac-
42 ceptare compromiſſum in ipſum faciendum a duobus Alexandrinis.
Vertente lite inter me, & Don Jacobum Antonium Aliprandum Foſſatum Conſo-
brinum meum, factum fuerat compromiſſum in Egr. Advocatum Marchionem
Don Aloyſium Mirabiliam Mantegatiam, qui pendente adhuc causâ, promotus
fuerat ad munus Regii Advocati Fiſcalis, & poſtea fuit Præſes Magiſtratus Ca-
meralis, & ex intimis Conſiliariis Status S. R. I. M.; petita autem diſpenſatione,
ut laudum ferre poſſet in hac cauſa eidem compromiſſa ante collatum munus Regii
43 Advocati Fiſcalis, & vertente inter conſanguineos; Senatus die 14. Martii 1735.
decrevit concedendam petitam diſpenſationem attentis circumſtantiis.

DE OFFICIO, ET JURISDICTIONE DIVERSORUM JUDICUM.

PRætores, Commiſſarii, & alii Officiales à Principe electi, non poſſint ad ea officia admitti, niſi fuerint prius à Senatu tamquàm idonei approbati, (*a*) & idoneè ſatiſdent (*b*) apud acta Magiſtratus Extraordinarii, ſe rectè munus (*c*) ſibi commiſſum adminiſtraturos.

Omnes

Digitized by Google

Omnes Judices intra tempus inſtantiæ cauſas expediant, ſub pœna aureorum centum, pro quolibet, & qualibet vice, Fiſco applicandâ.

Sciant omnes Judices ordinarii, ſibi non eſſe conceſſum in cauſis eiſdem delegatis, vel commiſſis, (*d*) quæ aliàs jure ordinario ad eorum juriſdictionem ſpectarent, ſalarium accipere, ſub pœna quadrupli, Fiſco applicandâ, ejuſque facti rationem in ſyndicatu habendam eſſe, & etiam expectato ſyndicatu, pœna exigatur, & dimidium pœnæ notificanti detur.

Juſdicentes diebus, quibus jus dicendum eſt, Tribunalia aſcendere debent menſibus Octobris, Novembris, Decembris, Januarii, Februarii, & Martii, manè horâ tertiâ diei, & in ſero, horâ vigeſimâ ſecundâ; in reliquis autem menſibus manè, horâ conſimili, veſperè, horâ vigeſimaprimâ. §. Nec ultra horam reſidere in Tribunali poſſint, & poſtquam deſcenderint, non eſt permiſſum pro ea hora, iteratò Tribunal aſcendere.

Alienigenæ, vel forenſes habitantes, vel habitaturi in Civitatibus, vel Terris hujus Dominii, cujus principalis origo fuerit aliunde, quàm ex hoc Dominio, etiam ſi habitaſſent per annos ſexaginta, & ad civilitatem admiſſi fuerint, non poſſint exercere aliqua officia, (*e*) quæ concernere habeant negotia illius Civitatis, vel Terræ, in qua incolatum habent, nec ſe de eis officiis intromittere. Nec eſſe de numero Antianorum, Sapientum, Deputatorumve, ſeu Præſidentium negotiis ejuſdem.

Prætores Civitatum conducere ſecum non poſſint, nec tenere, Vicarios, Judices, Collaterales, qui ſint de Civitate, vel ejus Territorio, ubi officium exercere habent. (*f*)

Officia omnia biennalia ſint, (*g*) etiam ſi conceſſa ſint ad beneplacitum, vel ad ulterius tempus: & exerceantur per electum, & non per ſubſtitutum, niſi in caſu impedimenti, quod ſi ultra menſem durabit, Senatus monendus eſt. §. Hæc tamen Conſtitutio non comprehendit Senatores, Quæſtores, Theſaurarium generalem, Præfectos Annonæ, Collateralem, Commiſſarium Taxarum, Capitaneum Juſtitiæ, ejuſque Vicarium, eorumque omnium Secretarios, Rationatores, & Scribas, & Advocatos, & Syndicos Fiſcales. §. Nec etiam præmiſſi poſſint admitti ad illud officium, niſi lapſo ſaltem biennio.

Commiſſarii, ſivè Gubernatores Civitatum, & Terrarum hujus Dominii, plenam poteſtatem habeant, circa ea, quæ ad bonam cuſtodiam Civitatum, & Terrarum ſuæ fidei commiſſarum ſpectant, & Statum Principis concernant; in cæteris verò ſe non intromittant.

Officiales Civitatum, & Terrarum, ab eorum officiis diſcedere non poſſunt, ſine licentia (*h*) Principis, vel Senatus, ſub pœna amiſſionis ſalarii.

Omnes Juſdicentes hujus Dominii ſciant, eis permiſſum non eſſe præcepta generalia contra debitores concedere, nec aliquas executiones reales, vel perſonales, nec famulos in poſſeſſionem mitte-

re,

Digitized by Google

re, niſi in caſibus à Jure, & ex Conſtitutionibus permiſſis. Et tunc in eis eorum debitorum nomina, & cognomina, expreſsè apponenda ſunt. Et in omnibus caſibus neceſſe eſt, quod prius de vero debito legitimè, & parte citata conſtet, ſub pœna Judici, aureorum viginti quinque, pro qualibet vice, & graviori, arbitrio Principis, vel Senatus; & parti, quæ eis præceptis, vel executionibus utatur, aureorum decem, pro tertia parte Communitatibus Civitatum, & Locorum, pro tertia Accuſatori: & reliquâ Fiſco applicandâ.

AD TIT. DE OFFICIO, ET JURISDICTIONE DIVERSORUM JUDICUM.

Decis. et Annot.

QUam ſedulò Senatus ſemper invigilaverit pro recta adminiſtratione Juſtitiæ, celeri cauſarum expeditione, & Subditorum incolumitate, ſatis quiſque dignoſcet ex tot Senatuſconſultis, Ordinibuſque mox recenſendis.

Judices omnes nihil ultra accipere poſſunt, quam ex Nov. Conſtitutionibus, &
1 Ordinibus cavetur. Ord. Senat. 26. Novemb. 1541. §. *non poſſit*, & §. *Vicarius*,
8. Auguſti 1669., 6. Februarii 1672., 16. Aprilis 1674., 17. Auguſti 1679.,
2 & Judices Delegati in cauſis inter Fiſcum, & Particulares, accipere non poſſunt
Salarium, Sportulas, aut quicquam aliud. Ord. Reg. 5. Auguſti 1696.; item
Judices nihil debent accipere a Baricellis, Locum Tenentibus, & Cuſtodibus
3 Carcerum pro illis admittendis, nec alia de cauſa. Ord. Senat. 16. Januarii 1684.
§. *ſtatim*. Ord. Reg. 31. Martii 1614., Proclama 29. Januarii 1618., & nullum
4 ipſis debetur honorarium pro prima Juſtitia, excepto Prætore Mediolani. Ord.
Senat. 18. Novemb. 1599., 8. Julii 1671.

Sedulò incumbere debent Judices expeditioni proceſſuum criminalium. Ord. Senat.
5 9. Martii 1678., 23. Novemb. 1707., 27. Martii 1741.; illoſque incipere, &
6 perficere intra ſexaginta dies, aut Senatum certiorem reddere de cauſis, ob quas
illos non perfecerint intra tale tempus poſt delatum crimen. Ord. Senat. 14.
Novemb. 1550., 24. Octobris 1563., 23. Julii 1683., 5. Maji 1707., 9. Januarii
1714., qui incipit *Pluries*; & pro inſtruendis, & perficiendis proceſſibus tam
7 Judices Ordinarii, quam Delegati uti debent operâ ſolum Notariorum rerum
criminalium, ad quos ſpectat. Ord. Senat. 23. Januarii 1610.; & cavere a con-
ſtructione proceſſuum ſuper notificationibus Fiſcalium, & ab examine Teſtium a
8 Fiſcalibus ſubminiſtratorum. Ord. Senat. 19. Novemb. 1611., & 31. Januarii 1606.
in Addit. noviſ. Ordin. inferius impreſ.

Celeriter perficere debent proceſſus in cauſis homicidiorum, & ſtatim relationem
9 facere. Ord. Senat. 2. Julii 1725., & quolibet menſe fieri debet relatio homici-
10 diorum, & vulnerum læthalium. Ord. Senat. 11. Septemb., & 20. Novemb.
1727., 15. Januarii, & 17. Aprilis 1728.

Perfectis proceſſibus in cauſis referibilibus, tranſmittere debent relationes definitivas,
11 & cavere ne in hujuſmodi cauſis ſub aliquo prætextu deveniant ad ordinationes
liberatorias inconſulto Senatu. Ord. Senat. 24. Maji 1721., 7. Junii 1737.,
27. Martii 1741.

In relationibus cauſarum capitalium, debent Reorum confeſſiones referre vulgari
12 ſermone, prout jacent, & non ſummatim. Ord. Senat. 4. Januarii 1605., &
13 mentionem facere omnium delictorum Reis adſcriptorum. Ord. Senat. 3. Martii
14 1608., ſubjicere votum Curiæ. Ord. Senat. 4. Martii 1632., & exprimere quod
15 Rei ſiſtunt in Carceribus. Ord. Senat. 22. Junii 1683.

Quando agitur de damnando quempiam ad remum, debent in relationibus defini-
16 tivis diſtinctè exprimere ætatem, & habitudinem corporis Carcerati, & qualitatem
morbi, ſi aliquo fortè laborabit. Ord. Senat. 11. Decembris 1591., 16. Januarii
1684.; & ſi contingat decedere in carceribus damnatum ad remum, pendente ejus
17 definitiva coram Senatu, monere debent Præſidem Senatus, & alterum ex ejuſ-
dem Secretariis. Ord. Senat. 6. Julii 1681., 14. Auguſti 1683.

In relationibus pariter definitivis delictorum tranſmittendis Senatui, debent adjun-
18 gere Indicem omnium reſultantium ex proceſſu. Ord. Senat. 26. Novembris 1700.,

& in tranſmiſſione ſtatus condemnationum capitalium ſimul remittere inditia;
19 nec non actus intimationum inquiſitionis, banni, & citationum peremptoriarum per
extenſum. Ord. Senat. 7. Martii 1701., & detineri facere in ſtrictiori carcere Reos,
20 tranſmiſſa Senatui relatione definitiva ſtatus eorum cauſæ. Ord. Senat. 5. Januar. 1581.

Pro delictis capitalibus, & referibilibus non poſſunt Judices devenire ad Ordinatio-
21 nes liberatorias inconſulto Senatu ſub prætextu literarum excitatoriarum. Ord. Senat.
1. Decemb. 1643., ſed debent relationes definitivas eiſdem tranſmittere cum qua-
22 litatibus ſupra recenſitis. Ord. Senat. 24. Maji 1721.; & in cauſis capitalibus,
& corporalibus, ipſi debent examinare Reos, & Teſtes principales. Ord. Senat.
23 14. Decemb. 1694., & 5. Maji 1707. §. *ad ſecundum*.

Judices excitati ad informandum de ſtatu cauſæ, ubi nulla decreta ſit ſuſpenſio, pro-
24 cedere debent ad ulteriora pro perfectione proceſſus. Ord. Senat. 16. Decemb.
25 1687. §. *emanant.*; & cavere debent a ſupervacanea mora in infligendis reatibus.
Ord. Senat. 13. Julii 1639.

Non poſſunt Judices facere condemnationes pecuniarias inconſulto Senatu, exceptis
26 condemnationibus, quæ fieri debent in contumaciam. Ord. Senat. 5. Septembris
1582.; & curare debent, ut illicò executioni mandentur Condemnationes factæ
27 in quibuſcunque cauſis criminalibus. Ord. Senat. 26. Novembris 1541. §. *factis*.

Poſt formatas inquiſitiones contra contumaces, ſtatim Judices devenire debent ad
28 condemnationem, juxta pœnam contentam in ipſa inquiſitione. Ord. Senat. 2.
Aprilis 1650., & in condemnando contumaces, cavere debent ne eos damnent
29 in majorem pœnam, in quam damnarentur, ſi præſentes eſſent, & contenta in
inquiſitione faterentur. Ord. Senat. 12. Octobris 1584.

Non debent conſulere Senatum circa modum procedendi, niſi ubi certa forma a
30 Jure, vel Ordinibus data non ſit. Ord. Senat. 15. Januarii 1580. §. *non audiantur*,
& 11. Auguſti 1616. §. *eod*; nec condemnare debent in pœnam arbitrandam pro
31 delicto, quod pœnam certam in jure habet. Ord. Senat. 3. Aprilis 1663., nec
32 aliquem condemnare ob ſimplicem ſuſpicionem delicti. Ord. Senat. 11. Decemb.
1592, & 23. Julii 1593.

Dum conſulunt Senatum ſuper concedenda Captura, vel Reo præceptis pœnalibus
33 citando, omnia inditia referre debent. Ord. Senat. 4. Januarii 1605., & abſtinere
34 debent a decretandis capturis in cauſis levibus, non obſtante oblatione fidejuſſio-
nis de ſupplendis inditiis, & probandis delictis; hocque ſolum permiſſum eſt, ubi
35 agatur de gravibus delictis, vel delinquentibus exteris, vel ſuſpectis de fuga.
36 Ord. Senat. 8. Januarii 1674.; abſtinere pariter debent a ſpecie capturæ ſub De-
37 creto: *ut quis pro informatione Curiæ vocetur: ita quod veniat*. Ord. Senat. 12.
Januarii 1674.; & circa mediam capturam, pro prima perquiſitione, providere de
bent, prout caſus meruerit. Ord. Senat. 16. Januarii 1684 §. *non permittant*.

In ordinationibus non debent Judices interponere decretum: *inconſulto Senatu quis
non moleſtetur*. Ord. Senat. 9. Auguſti 1674., & 28. Martii 1678., & quando
38 facere poſſint ordinationes liberatorias cum clauſula: *rebus ſtantibus*, aut *defectu
inditiorum* habetur in Ord. Senat. 10. Januarii 1686. §. *ſecundo*; ponere non poſſunt
39 verbum *expedita* in primo folio proceſſus, ſed illud ponere debent in folio, ubi verè
cauſa ſit expedita. Ord. *ut ſupra* §. *duodecimo*.

Ordinationes ſubſcribere debent Judices in calce proceſſus originalis, & niſi ſecuta
40 prius ſolutione ſportularum. Ord. Senat. 11. Maji 1652., 27. Novembris 1702.
41 qui incipit *facto verbo*; nec ſubſcribere debent ordinationes favore Carceratorum
factas a Senatoribus Viſitatoribus, niſi præſententur expeditæ ex Cancellaria Senatus.
Ord. ejuſdem 5. Junii 1635.

Dum ſcribunt præceptum, *ut pendente appellatione nil innovetur*, addere debent: *ubi
42 aliud ſimile remedium ab alio Judice non fuerit obtentum*. Ord. Senat. 19. Julii 1604.,
& 25. Junii 1667.

Non debent admittere atteſtationes paupertatis, ſive miſerabilitatis, niſi prius ipſis de
43 tali ſtatu conſtiterit. Ord. Senat. 16. Aprilis 1674., & factæ ſint ſervata Ordinum
diſpoſitione. Ord. Senat. 4. Februarii 1680., & 15. Maji 1685.

Non pariter admittere debent gratiam, aut ſalvumconductum conceſſum ab Excellen-
44 tiſſimo Gubernatore, ſine prævio voto Senatus. Ord. Senat. 10. Decemb. 1687.,
45 nec exequi decreta S. E. ſubrepta contra Juſtitiam, & monere debent Senatum.
Ord. ejuſdem 6. Aprilis 1691. §. *danda*.

Impunitatem promittere non poſſunt Reis pro habenda confeſſione quoad alios Reos,
46 ſub pœna privationis officii. Ord. Senat. 8. Februarii 1635.

Quolibet

Digitized by Google

Quolibet menſe tranſmitti debet per Judices ad Secretarium Senatus Provincialem
47 notula Carceratorum cum qualitatibus expreſſis, juxta Ord. Senat. 12. Decemb. 1645.;
& notula cauſarum referibilium pendentium. Ord. Senat. 23. Januarii 1679., & 9.
48 Junii 1714.; Status proceſſuum pendentium de cauſis capitalibus, & corporalibus
49 omiſſis inditiis. Ord. Senat. 16. Januarii 1684. §. *ſingulo*, & quolibet anno notula
Bannitorum. Ord. Senat. 27. Martii 1741.; & intra tres dies mitti debet Referen-
50 dariis, vel Magiſtratui Extrad. Reddit. notula Delinquentium, & eorum bonorum,
ubi ex indiciis locus eſſe poſſit confiſcationi. Ord. Senat. 11. Auguſti 1644., 20.
Decemb. 1703., & eidem Magiſtratui traſmitti debet notula condemnationum, &
51 mulctarum, quotieſcunque per Judices eas ferri contingat. Ord. Senat. 13. Januarii
1684., & aliis omiſſis, 28. Januarii 1722, 20. Novemb. 1728., 27. Auguſti 1729.,
52 & Judices monere debent eundem Magiſtratum, vel Referendarios, ubi præſenten-
tur Reorum gratiæ, cum clauſula *quoad perſonam tantum*. Ord. Senat. 8. Junii 1708.

Judices omnes termino dierum decem monere debent Senatum de controverſiis tangen-
53 tibus Regiam juriſdictionem. Ord. Senat. 26. Januarii 1633., item tenentur
54 monere Senatum de Beneficiis Eccleſiaſticis vacantibus, maximè annexam habentibus
curam animarum. Ord. Senat. 31. Julii 1666., 3. Julii 1667., 11. Januarii 1668.;
55 monere etiam debent Subæconomum reſpectivæ Provinciæ. Ord. Senat. 23. Septem-
bris 1666., 25. Februarii 1693., 22. Auguſti 1698., 12. Auguſti 1712.; item referre
56 Senatui Loca, quæ infeudata ad Cameram devolvi, vel de novo infeudari contin-
gunt in eorum Provincia. Ord. Senat. 12. Februarii 1688.

Quæ ſervanda ſint a Judicibus in admittendis Fidejuſſoribus Reorum, habentur in Ord.
57 Senat. 12. Julii 1608., 24. Januarii 1609., & quomodo ſe gerere debeant Judices
58 circa condemnationes ipſorum Fidejuſſorum, præſcribitur in Ord. Senat. 16. Septemb.,
& 20. Octobris 1594.

Procedere non poſſunt Judices contra Officiales Impreſiæ Datii Mercaturæ ob delatio-
59 nem armorum non brevioris menſuræ unciarum decem. Ord. Senat. 31. Maji
60 1682., & ſe ingerere non debent in cauſis Datiariis, aut dependentibus, ſed obſerva-
re debent Novas Conſtitutiones. Ord. Senat. 6. Julii 1677., & 12. Auguſti 1682.

Præſtare debent brachium, & aſſiſtentiam Curiis Eccleſiaſticis contra Seculares habentes
61 conſuetudinem confabulandi cum Monialibus. Ord. Senat. 4. Februarii 1682., item
62 Abbatibus Collegii Cauſidicorum viſitantibus filtias Actorum. Ord. Senat. 22. Au-
guſti 1686. n. 7.

Invigilare debent pro obſervantia Ordinum, & Proclamatum circa reverentiam Eccle-
63 ſiarum, & Cultum Divinum. Ord. Senat. 9. Auguſti 1674., & curare extirpatio-
64 nem ſcandalorum. Ord. Senat. 13. Maji 1679., non debent tamen procedere contra
65 laborantes die feſto cauſâ conſervandorum fructuum. Ord. Senat. 6. Julii 1673.,
66 neque contra laborantes pro Eccleſia. Ord. Senat. 15. Februarii 1685.

Debent pariter invigilare, & procedere contra deferentes arma vetita. Ord. Senat. 8.
67 Januarii 1672., 11. Auguſti 1723., & etiam contra Satellites deferentes arma bre-
68 viora contra diſpoſitionem Prolamatum. Ord. Senat. 3. Septembris 1672., & ſtatim
69 referre debent Senatui cauſas detentorum ob delationem armorum brevis menſuræ.
Ord. Senat. 11. Aprilis 1652.; ne aliquem ex tali titulo detentum dimittere incon-
70 ſulto Senatu. Ord. 4. Junii 1745. *in Addit. noviſ. in fine hujus Volum.*

Item invigilare debent contra publicos Peccatores. Ord. Senat. 10. Martii 1633. cu-
71 rare detentionem Latronum, & ſceleſtorum hominum. Ord. Senat. 20. Novemb.
72 1680., 24. Julii 1683.; procedere contra Otioſos, & Vagabundos. Ord. Senat. 20.
73 Aprilis 1668. detineri facere Milites fugitivos. Ord. Senat. 18. Maji 1643.; &
74 Senatui referre, ſi in eorum juriſdictione adſint Milites publicam quietem turbantes,
75 & Juſtitiam lædentes. Ord. Senat. 11. Septembris 1675.; & exequi facere procla-
76 mata contra Ægyptios. Ord. Senat. 26. Novemb. 1728.

Non poſſunt ſe conferre ad alium locum ad viſitandum, & proceſſandum, niſi gra-
77 vibus de cauſis, & in levioribus mittere debent tantum Notarium. Ord. Senat. 9.
Junii 1611., 15. Octobris 1615., & quando ex juſta cauſa ſe conferunt ad viſitandum,
78 integra ipſis debetur dieta pro acceſſu ad locum extra diſtantiam præſcriptam ab
Ordinibus, licet redeant ante prandium. Ord. Senat. 13. Novemb. 1679. §. *ad nonum*;
diſtantia autem præſcripta ab Ordinibus eſt intra duo milliaria eorum reſidentiæ.
79 Ord. Senat. 30. Junii 1687. *cap.* 15., & 6. Maji 1721.; & ubi locus ſit Cavalcatæ,
80 expenſæ exiguntur ab indiciatis ad Reatum. Ord. Senat. 8. Julii 1647., 21. Novemb.
81 1667., & quando a Communitatibus exigi poſſint hujuſmodi expenſæ. Proclama 13.
82 Martii 1614., quidve exigere poſſint Judices pro Cavalcatis, habetur in Ord. Senat. 9. Ju-
nii 1611.

Invigilare debent ſuper recta adminiſtratione reddituum Confraternitatum Laicarum.
83 Ord. Senat. 22. Aprilis, & 29. Julii 1673., & 2. Martii 1710.; & advertere ne in
84 Viſitationibus Confraternitatum, & Piorum Locorum Laicalium, faciendis a Superioribus Eccleſiaſticis, aliquid contingat contra Ordines, & Regiam Juriſdictionem. Ord. Senat. 15. Septembris 1688.

Ut indiſtinctè, ut par eſt, locus ſit Juſtitiæ, exequi debent Regiam Juſſionem contra
85 Equites, & Magnates impedientes Juſtitiæ Miniſtros. Ord. Senat. 19. Novemb.
86 1682., & ubi opus fuerit pro recta Juſtitiæ adminiſtratione, uti debent brachio
87 Militari. Ord. Senat. 27. Septembris 1728.; & monere Senatum de impedimentis, quæ in dies Juſtitiæ adminiſtrationi ſeſe offerunt. Ord. Senat. 23. Januarii 1663. *in Addit. Ordin. inferius impreſ.*

Ne Carcerati opportunis careant defenſionibus, eliguntur ex diſpoſitione Conſtitutionum, & Statutorum eorum Protectores, & invigilare debent Judices ſuper diligenti
88 adimplemento ejuſmodi muneris. Ord. Senat. 10. Januarii 1678.; & quando juſtis concurrentibus cauſis dimittuntur e carceribus Rei ſub fidejuſſione pro præſtandis
89 ſuis defenſionibus, elapſis quatuor menſibus poſt hujuſmodi relaxationem, debent per Judices revocari ad carceres. Ord. Senat. 10. Januarii 1686. §. *lapſis*.

Procedere debent criminaliter Judices contra quoſcunque complices de delicto, licet
90 alienæ juriſdictioni ſuppoſitos. Ord. Senat. 12. Februarii 1677.; & contra ſubditum
91 Reum de delicto, licet in aliena juriſdictione patrato. Ord. Senat. 11. Maji 1705.,
92 & qua pœnâ tali caſu puniendus ſit, vide *deciſ. infra ad tit. de Foro competenti n. 14., & 15.*

Non poſſunt remittere cauſas ad Auditorem, vel alium Judicem Militarem, inconſulto
93 Senatu. Ord. Senat. 10. Januarii 1698. §. *duodecimo*; nec debent relaxare Reos pro
94 inſerviendo Militiæ, inconſulto eodem Senatu, ubi agatur de cauſis ad ipſum referibilibus. Ord. Senat. 7. Januarii 1706.

Se intromittere non poſſunt in cauſis mercimonii, niſi ad inſtantiam alicujus Merca-
95 toris. Ord. Senat. 24. Novembris 1542. §. *Prohibitos*.

Exequi non debent reſcripta ſibi præſentata, ubi non ſint expedita a Cancellaria Se-
96 natus cum ſubſcriptione Secretarii. Ord. Senat. 30. Octobr. 1647., 4. Martii 1665., 1. Martii 1675., 6. Novemb. 1716.; & ſuperſedere non debent in cauſis ob pro-
97 viſiones a partibus obtentas a Senatu, niſi in ipſis ſuperſedentia ſit ſpecificè expreſſa. Ord. Senat. 12. Junii 1566.

Ne Senatus gravibus negotiis intentus diſtrahatur; Judices Regii non debent eundem
98 conſulere, niſi in gravioribus, & Feudales in levioribus conſulere debent Audi-
99 torem Feudi. Ord. Senat. 30. Auguſti 1618.

Si contingat plures Judices in eadem juriſdictione concurrere circa idem delictum,
100 quid ſervandum ſit, habetur in Ord. Senat. 14. Aprilis 1553.

Judices antequam ſe conferant ad Locum ſui Officii, in manibus Cancellarii Senatus reſpectivæ Provinciæ, nominare debent perſonam, cui tradi poſſint Literæ, &
101 Ordines Senatus ad ipſos mittendi. Ord. Senat. 16. Januarii 1684. §. *Juſdicenter il Secondo*, & ſtatim ac pervenerint ad locum ſui Officii, quæ referre debeant
102 Senatui. Ord. *ut ſupra §. ſtatim*.

Novum officium exercere nequeunt Judices, niſi obtenta prioris Syndicatus liberatio-
103 ne. Ord. Senat. 28. Novemb. 1629., 10. Julii 1687., 27. Novemb. 1702., & antequam novi muneris poſſeſſionem capiant, tenentur illam exhibere, aliter incurrunt
104 pœnam aureorum centum. Ord. Senat. 28. Novemb. 1629., 22. Martii 1736.

Capta autem poſſeſſione, non debent admittere Actuarios, vel Notarios ad idem, vel aliud munus, niſi prius exhibita liberatione Syndicatus Officii antea geſti.
105 Ord. Senat. 31. Martii 1640., & intra decem dies referre debent Senatui geſta
106 per Syndicatores. Ord. Senat. 23. Aprilis 1648., 16. Novemb. 1668., 14. Januarii 1672., 16. Januarii 1684., & Judices Regii exquirere debent, an in eorum reſpectiva Provincia adſint Prætores Feudales admiſſi, vel exercentes Præturas ſine
107 approbatione Senatus, reportata de biennio in biennium. Ord. Senat. 4. Septemb. 1681., 10. Julij 1687., 27. Novemb. 1702., & cogere illos ad exhibendam ap-
108 probationem Senatus, & liberationem Syndicatus. Ord. Senat. 26. Auguſti 1678., 20. Novemb. 1702., 16. Decemb. 1713.

Judices tenentur de proprio ad ſportulam debitam Senatui pro ordinationibus, cum
109 clauſula *abſque impenſa*, ubi non ſit expreſſa legitima cauſa. Ord. Senat. 10. Januarii 1686. §. *Quinto*; & relationem facere Senatui de ordinationibus factis ab
110 eorum Præceſſoribus, eorumque Syndicatoribus, cum ſimili clauſula *abſque impenſa*.

Ord.

Digitized by Google

Ord. Senat. 15. Junii 1708., & pro debito ſportularum ſemper remanent obligati, non obſtante liberatione obtenta a ſyndicatu. Ord. Senat. 17. Julii 1688.
111 §. *Quoad quartum*.

Ut minus graventur ſubditi judicialibus expenſis, permiſſum eſt omnibus Juſdicentibus poſſe ſummariè decidere cauſas non excedentes libras centum. Ord. Senat. 22.
112 Auguſti 1686. n. 1., & 21. Maji 1694. §. *Cenſuit*; & poſt latam ſententiam non
113 poſſunt Judices manum apponere rei judicatæ. Ord. Senat. 21. Martii 1665.

Judices in Epiſtolis, aliiſque ſcripturis concernentibus materias Officii tranſmittendis
114 ad Senatum, vel alios Adminiſtros, apponere debent in manſione clauſulam *ex officio*. Ord. Senat. 5. Martii 1732.

In fine eorum biennii, nunc triennii, tenentur referre Senatui, qualitates, mores, peritiam, & numerum Actuariorum, Notariorum, Coadjutorum, & Scriptorum
115 exiſtentium in Officio, quod deferunt. Ord. Senat. 30. Junii 1687. § *Secundo*, & 6. Maji 1721. §. *eodem*, & dimittere Succeſſoribus omnes libros proceſſus, & ſcrip-
116 turas retroacti temporis. Ord. Senat. 26. Octobris 1623., & item omnes relationes
117 criminales Senatui factas. Ord. Senat. 13. Februarii 1610.

Quandoque dignis de cauſis delegantur Judices in cauſis criminalibus, & iſti proceſſus originales, poſtquam eos perfecerint, conſignare debent Judicibus Ordinariis,
118 vel eorum Actuariis. Ord. Senat. 26. Septembris 1635.

Prætor Papiæ in cauſis ſibi delegatis uti poteſt Actuario ſibi beneviſo, aut proprio Cancellario, communicatis tamen utilibus Actuario, cui ſpectabat conſtructio pro-
119 ceſſus. Ord. Senat. 1. Februarii 1683.

Prætor Mediolani cognoſcit de delictis commiſſis a Satellitibus Curiæ Capitanei Juſti-
120 tiæ. Ord. Senat. 3. Septemb. 1596.

Judices Mediolani non debent facere relationes definitivas ſuper proceſſibus origina-
121 libus, ſed illas compillare debent in ſcriptis cum votis Curiæ. Ord. Senat. 18. Aprilis 1703.; quibus diebus accedere debeant ad Senatum ad referendum cauſas cri-
122 minales. Ord. Senat. 27. Novemb. 1604., & pro hiſce relationibus ingredi non
123 debent Senatum, niſi vocati a Secretario, & quo ordine inter ipſos ſervato. Ord. Senat. 3. Januarii 1564.

Iſti Judices communicare debent cum uno ex Advocatis Fiſcalibus proceſſus in contu-
124 maciam damnatorum petentium admitti ad novas defenſiones. Ord. Senat. 24. Julii
125 1607.; habent juriſdictionem etiam in Ducatu pro cauſis civilibus. Ord. Senat. 21. Junii 1678. *in Addit. Ordin. inferius impreſ.*, & in circuitu Plateæ Caſtri Portæ
126 Jovis. Ord. Reg. 3. Decemb. 1727. *impreſ. inter Ord. Senat. pag.* 524.

Non poſſunt ſe ingerere in cauſis onerum Perticatuum, & Taxarum, quarum cogni-
127 tio ſpectat ad Vicarium, & Duodecim Proviſionum. Ord. Senat. 8. Februarii 1649.

Ut Civium ſecuritati conſultum ſit, muneris eſt Judicum Mediolani alternatim perluſtrare noctû cum familia ſalellitia vias Civitatis, curando detentionem deferen-
128 tium Arma vetita. Ord. Senat. 21. Auguſti 1676., 30. Julii 1682., 12. Maji 1683.

Dum interſunt Curiis tempore Viſitationis Carceratorum, quæ fit a Magnificis Se-
129 natoribus Delegatis, quomodo ſedere debeant, præſcribitur in Ord. Senat. 16. Decemb. 1585., & 6. Maji 1684.

Judices forenſes mittere non debent Reos ad carceres Mediolani, niſi prius monito
130 Senatu de titulo delicti, & cauſa tranſmiſſionis. Ord. Senat. 11. Julii 1676., & ubi ſecuta ſit ejuſmodi tranſmiſſio, tenentur ſingulo menſe certiorem facere de
131 ſtatu cauſæ unum ex Actuariis in Officio, in quo Rei tranſmiſſi reſpectivè detinentur. Ord. Senat. 22. Auguſti 1668., 23. Januarii 1679., 16. Januarii 1684. §. *Juſdicentes il primo col.* 2., 30. Junii 1687. §. *Nono*; 16. Maji 1721. §. *eod.*

Juriſdictio Vicarii Martheſanæ habet locum etiam in loco Putheoli. Ita referente
132 Magnif. Senatore Stampa declaravit Senatus die 7. Novembris 1672. — Egr. Secret. Oliverio.

Miles non poteſt eſſe Judex. Ita referente Magnif. Com. Siccoborella decrevit Se-
133 natus die 17. Maji 1670. in caſu J. C. Vellegas Prætoris Valentiæ — Egr. Secret. Annono.

Læditur juriſdictio ordinaria, ſi Judex, vel Fiſcalis in conſtructione proceſſus occiſi
134 Militis admittat Locum Tenentem Auditoris Generalis, ut correpto Fiſcali Cumi declaravit Senatus die 1. Februarii 1674., referente Magnif. Senatore Caſato — Egr. Secret. Annono.

AD-

Digitized by Google

AD CONSTITUTIONEM.

(a) Ad §. *Prætores Commiſſarii* verſic. *niſi fuerint prius a Senatu tamquam idonei approbati*.

Propoſito in Senatu die 5. Decembris 1697. Diplomate conceſſo Don Joanni Paulo
135 Andriano de futura ſucceſſione muneris alterius ex duabus Judicaturis ad Signum
Galli, & Equi hujus Urbis, dictum fuit interinandum; Lectiſque precibus dicti
136 Joannis Pauli Andriani, dictum pariter fuit, attenta proviſione facta a S. R. M.,
approbandum ſine alio experimento.

(b) Ad verba *idoneè ſatiſdent*.

Iſti Fidejuſſores cenſebantur etiam obligati pro Sportulis, quando debebantur Senatui.
137 Ord. 17. Julii 1688.
Debet dari fidejuſſio de ſtando, & parendo Syndicatui ſuo tempore, ſub pœna ſcu-
138 torum centum, & etiam corporali arbitrio Senatus. Ord. Senat. 28. Novemb. 1629.

(c) Ad verba *ſe rectè munus &c.*

Judices debent etiam jurare, & promittere ſe ſervaturos Ordines pro recta Juſtitiæ
139 adminiſtratione; & Actus hujuſmodi juramenti, & fidejuſſionis ſuperius recenſitæ,
140 recipi, & regiſtrari debet gratis. Ord. Senatus 10. Julii 1687.

(d) Ad §. *Sciant omnes* verb. *in cauſis eiſdem delegatis vel commiſſis*.

Judices Ordinarii per literas Senatus, vel Gubernatoris eis datas non cenſentur De-
141 legati in aliqua cauſa, niſi ejus cognitio alias ad eorum juriſdictionem non ſpe-
ctaret. Ord. Senat. 23. Januarii 1610.

(e) Ad §. *Alienigenæ, vel Forenſes* verſic. *non poſſint exercere aliqua Officia*.

Hanc Sanctionem eſſe ſervandam etiam quoad Judices conſuluit Senatus Excellentiſ-
142 ſimo Gubernatori die 29. Februarii 1666. in caſu J. C. Perſi Prætoris Seravalli --
Egr. Secret. Coſſa; & die 16. Decembris 1671. referente Magnif. Com. Burro --
Egr. Secret. Annono; & eſſe ſervandam etiam a Feudatariis quoad eorum Præto-
143 res, Fiſcales, & Locum Tenentes edixit Senatus in ejus Ord. 3. Aprilis 1642. plu-
ries renovato, & ſignanter die 27. Novembris 1702.
Poſſe verò Originarium exterum eligi, ubi per longum tempus deſerverit incolatum,
144 cenſuit Senatus die 5. Decembris 1665., referente Magnif. Senatore de Puteo --
Eod. Egr. Secret. Annono.
Anno 1668. 2. Junii, juxta votum Egr. Advocati Fiſcalis Com. Puſterlæ, admiſit Sena-
145 tus J. C. Confalonerium, licet Originarium exterum ad Præturam Laudæ Lumel-
linæ, cum ageretur de tenui Prætura, & exiguo ſalario -- Egr. Secret. Maddio.
Referente Magnif. Com. Siccoborella Senatus die 30. Novembris 1668. admittere
146 noluit ad Officium in hoc Dominio J. C. Daſſarinum actu habentem Domicilium in
Civitate Placentiæ, licet allegaret ſe fuiſſe oriundum ab hac Provincia -- Egr. Se-
cret. Annono.
Moriſium Fiſcalem Caſalis oriundum a Dominio Sabaudiæ, licet ipſe, & ejus Pater
147 habitaſſent in hoc Dominio, referente Magnif. Senatore Caſato cenſuit Senatus
die 7. Novembris 1669. removendum a munere, nec admittendum -- Egr. Secret.
Gradignano.
Incola in loco Caſtri Leonis per triginta annos, cum eſſet originarius Brixiæ, petiit
148 a Senatu approbationem electionis in Conſiliarium Communitatis, ut poſſet acqui-
rere in hoc Dominio, non obſtante §. *Collegiis. Tit. de pœnis*; referente Magnif.
Arconato dictum fuit die 2. Septembris 1673. obſtare hanc Conſtitutionem -- Egr.
Secret. Annono.

(f) Ad §. *Prætores Civitatum &c.*

Notarii in Officiis Variſii, Martheſanæ, & Seprii non poſſunt eſſe Oppidani. Ita de-
149 crevit die 28. Februarii 1669. -- Egr. Secret. Annono.
Notarius in Officio Sancti Columbani, non obante quod eſſet Oppidanus, fuit ad
150 biennium admiſſus a Senatu die 16. Novembris 1674., referente Magnif. Sena-
tore Menochio -- Egr. Secret. Oliverio.

(g) Ad

Digitized by Google

(*g*) Ad §. *Officia omnia biennalia ſint*.

Si Officialis confirmetur pro alio biennio in loco, ubi adſit Statutum, ſeu Privile-
151 gium in contrarium, requiritur conſenſus ſingulorum de Univerſitate, & ita ſer-
vatum fuit Cremonæ occaſione confirmationis Judicis Nucetti. Si vero non adſit
152 Statutum, nec Privilegium in contrarium, tunc ſufficit conſenſus Conſilii Genera-
lis, modo omnes conſentiant, & ubi unus diſcrepet, excitatur ad dicendum cau-
ſam. Ita referente Magnif. Senatore Stampa ſervatum fuit a Senatu anno 1666.
menſe Maji in caſu J. C. Anſelmi Coſtæ Prætoris Bobbii.

In caſu Fiſcalis Caſtillionæi cum Civitate Papiæ decrevit Senatus die 3. Julii 1673.
153 ſervandam perpetuitatem, de qua in Privilegio, non obſtante, quod Civitas alle-
garet conventionem cum Duce Franciſco.

Anno 1687. die 31. Maji ad preces agentium Civitatis Bobbii, Senatus confirmavit
154 J. C. Martinum Bracherium ad ſecundum biennium Præturæ ejuſdem Civitatis, ſine
præjudicio tamen jurium competentium Comiti Feudatario -- Egr. Secret. Maddio.

Super reſcripto Pro-Prætoris Mortariæ juncto aſſenſu Conſilii Generalis ejuſdem Op-
pidi excitati ad preces J. C. Langhi petentis confirmationem Præturæ dicti Oppidi
155 etiam pro tertio biennio, Senatus attentis circumſtantiis decrevit die 12. Februarii
1692. concedendam petitam diſpenſationem; ita tamen, ut non poſſet allegari in
exemplum -- Egr. Secret. Belingerio.

Officia, quæ juxta hujus Conſtitutionis diſpoſitionem erant biennalia, nunc durant uſque ad triennium.

(*h*) Ad §. *Officiales Civitatum* verb. *ſine licentia*.

156 Non poſſunt Judices diſcedere e loco eorum reſidentiæ ſine licentia Præſidis Senatus.
157 Ord. Senat. 16. Januarii 1684. §. *nullus*; neque occaſione belli. Ord. Senat. 19.
Octobris 1733.

(*i*) Ad §. *Omnes Juſdicentes* verſic. *ſub pœna Judici aureorum viginti quinque*.

Procedendum eſſe ad pœnam hic præſcriptam cenſuit Senatus die 17. Auguſti 1589.,
158 datis literis Joanni Philippo Portaluppo Syndicatori Joannis Antoni Collantini Lo-
cum-Tenentis Prætoris Luini.

Alia, quoad competentiam Judicum, vide infra in tit. de Foro competenti, & in tit. de Feudis §. Juſdicere.

DE ADVOCATIS MISERABILIUM PERSONARUM.

Miſerabilibus ad proſequutionem cauſarum ſuarum opportuna auxilia deeſſe non debent: Ideo ſancitum eſt, ut Mediolani per Abbates Collegii Doctorum, octo Doctores deputentur, qui per biennium curam habebunt cauſarum ipſorum Miſerabilium, ac omnia neceſſaria, & opportuna, quæ ad Advocati, & Conſultoris officium ſpectabunt, gratis expediant. Et qui nunc eligentur, munus hoc ſtatim inchoabunt, nec illud deſerent, niſi poſt biennium, initio inſequentis anni inchoandum, & eorum quilibet, aſſumptum interea pendentium cauſarum Miſerabilium patrocinium, etiam poſt biennii lapſum non relinquet, ſed abſolvet. §. Ordoque is ſervabitur, ut qui cauſas habebunt, neceſſe habeant adire Abbates ipſorum Doctorum, & cauſas contra eos motas, vel per eos movendas, notificare, Abbatumque officium poſt hæc erit; deputare ex electis Doctoribus, qui in ſingulis ipſis cauſis adiri debeant, & juxta eorum Decretum, Advocati ipſi cauſas prædictas ſince-

Digitized by Google

ſincerè, & cum fide tractabunt. §. In Civitatibus verò Papiæ, & Cremonæ, ſufficiat ab Abbatibus, ſeu Rectoribus Collegiorum, tres Doctores eligi, & in aliis Civitatibus duo, qui reliqua ſervabunt in præſenti Conſtitutione ſancita. §. Eò amplius ſancitum eſt, quòd Abbates Collegii Notariorum, & ipſi Cauſidicos eligant, & deputent ad cauſas Miſerabilium agendas, & defendendas, modis præmiſſis. §. Judices autem ipſarum cauſarum, tàm motarum, quàm movendarum, & eorum Conſultores, juxta Ordines, quantò celerius expediant, & omni cura, & diligentia tractent. Idque gratìs faciant. §. Quòd ſi præmiſſi omnia hæc in præſenti Conſtitutione ſancita, adamuſſim non obſervaverint, ſciant pœnam ſibi injunctam ſuſpenſionis officii eorum, per annum, & majorem, arbitrio Senatus imponendam. §. Miſerabiles autem hi intelligantur, prout ex aliis Conſtitutionibus cautum eſt.

AD CONSTITUTIONEM DE ADVOCATIS MISERABILIUM PERSONARUM.

Decis. et Annot.

(*a*) Ad §. *Miſerabilibus* verb. *Quod Abbates*.

Ultra Cauſidicos eligendos pro patrocinandis miſerabilibus perſonis ad præſcriptum hujus Conſtitutionis, tenentur Abbates Collegii Cauſidicorum hujus Urbis deputare unum Cauſidicum, eique ſalarium conſtituere, ut incumbat defenſioni illorum Carceratorum, pro quibus ſcatet præſumptio, quod opprimantur, & ſint indefenſi; & item tueantur cauſas civiles tam activas, quam paſſivas Miſerabilium Civitatis, & Ducatus Mediolani, & præcipuè Viduarum, & Orphanorum miſerabilium, præferendo cauſas Miſerabilium Ducatus cauſis Miſerabilium Civitatis pro executione diſpoſitionis Egr. J. C. Syndici Fiſcalis Joſeph Foſſati, qui ad ſupra recenſitum effectum reliquit Collegio Cauſidicorum annuum legatum ſcutorum decem octo, ut conſtat ex ejus Teſtamento recepto per C. C. Hieronymum Vaſſallum Mediolani Notarium die 13. Auguſti 1635.

(*b*) Ad §. *Miſerabiles autem hi intelligantur &c.*

Nempe infra *tit. de Notariis publicis* §. *Hi vero intelligantur Pauperes*.

LIBRI PRIMI CONSTITUTIONUM FINIS.

LIBER

Digitized by Google

LIBER SECUNDUS CONSTITUTIONUM.

DE TUTELIS, ET CURIS.

ETſi Jure communi, diverſis Legibus, & Conſtitutionibus, videatur ſatis eſſe indemnitati minorum conſultum, tamen creſcente in dies hominum malitia, uſu cognitum eſt, multis fraudibus, quæ in damnum minorum committebantur, occurrendum eſſe. Eam ob cauſam ſancitum eſt, quòd aliquo decedente relictis liberis in ejus poteſtate conſtitutis pupillis, vel adultis, non dato, vel nominato, *(a)* per eum, in ejus ultima voluntate, Tutore, vel Curatore, (ſuperſtite eorum, vel alterius eorum Matre, vel Avia viduis) *(b)* teneantur ille, vel illi, cui, ſeu quibus, tutela ipſa tanquam legitimo, ſeu legitimis deferretur de jure, (ſi dictæ Mater, vel Avia non forent in rerum natura) infra menſes quatuor poſt ejus defuncti mortem denunciare Matri, vel Aviæ, *(c)* (non exiſtente Matre vidua) an velint tutelam ipſam acceptare: Et ſi infra menſem unum poſt factam denuntiationem ſuſcipere voluerit, tunc eam accipiat, dato idoneo fidejuſſore, *(d)* tàm facilitate conveniendi, quàm facultatibus. Aliaque faciat, & obſervet, quæ jus commune requirit. §. Quòd ſi fidejuſſor non erit idoneus facultatibus, pro eo teneatur Magiſtratus, qui eum fidejuſſorem acceptaverit, & mulierem ipſam in ea tutela confirmaverit. §. Si autem Mater, vel Avia, infra ipſum menſem non reſponderint, vel nolle acceptare dixerint, vel poſtquam acceptaſſent, ad ſecunda vota tranſirent, vel alio modo deſinerent eſſe Tutrices, etiam per renuntiationem factam apud acta Judicis, in caſibus, in quibus renuntiare poſſunt,

Digitized by Google

vel quando ipſæ Mater, & Avia non adeſſent, his caſibus, & quolibet eorum, locus ſit legitimo, (*e*) qui ubi abſque aliqua legitima cauſa excuſationis recuſaret, (*f*) compellendus eſt. §. Is legitimus teneatur promittere, obligare, & jurare ſecundùm Juris diſpoſitionem, ac idoneè ſatiſdare, (*g*) ita ut benè ipſi pupillo cautum ſit. §. Et ubi ille, cui tutela primo loco deferretur, non eſſet idoneus, nec fidejuſſores idoneos reperiret, idque etiam juramento affirmaret, & ita veriſimile Judici videatur inſpecta qualitate perſonæ, tunc tutela decernatur alteri propinquiori, ſecundùm Juris diſpoſitionem, qui tamen idoneus ſit, ſatiſdet, & faciat ut ſupra. §. Quòd ſi caſus evenerit, quòd in caſibus præmiſſis dicto legitimo de facto, ut ſupra, tutela non decerneretur, tamen perindè teneatur, (*h*) & obligatus ſit, ejuſque bona obligata ſint pupillo, ſeu pupillis, ac ſi expreſsè tutela decreta eſſet, & ac ſi ejus bona pro ratione reddenda, (*i*) & reſiduis, ſeu reliquis reſtituendis, & aliis, pro quibus ſolent obligari Tutores, obligaſſet. §. Si verò nullus legitimus reperiatur, tunc procedatur ad dativum, qui dandus eſt cum legitima inquiſitione, & ſatiſdatione, & per Judicem, qui Juriſconſultus ſit, & non per alium. §. Hæc, quæ dicta ſunt in hac ſanctione in Tutoribus, & eorum fidejuſſoribus, locum etiam habent in Curatoribus adultorum, furioſorum, mentecaptorum, (*l*) hæreditatis jacentis, bonorum abſentium, ventris prægnantis, & ſimilium, quibus provideri de Curatore debet. §. Tutores, & Curatores inventarium, (*m*) ſeu repertorium facere tenentur, non obſtante quacunque liberatione, nec prohibitione per Teſtatorem facta. Et inſuper in ea confectione inventarii in hanc formam jurabunt, (*n*) ſe omnia, de quibus notitiam habent, in eo deſcribi feciſſe, nec eorum ſcire, vel credere aliud fore in bonis, vel juribus ipſius minoris, ultrà in ipſo repertorio deſcripta.

Tutores, & Curatores generales, tenentur antequàm ſe in adminiſtratione ingerant, regiſtrari facere inſtrumenta tutelæ, aut curæ. Mediolani, ad officium Panigarolarum, & in aliis Civitatibus, ad loca ſolita, ſub pœna aureorum quinquaginta, pro dimidia Communitati illius Civitatis, & pro altera dimidia, Fiſco noſtro applicanda.

Et quia plerumque evenit, quòd datio, vel deputatio Tutoris, vel Curatoris generalis, ita commodè fieri non poteſt, intereaque creditores, & qui contra Minores lites movere, vel proſequi habent, damna patiuntur; ideò ſancitum eſt, præmiſſos, & omnes cum Minoribus litigare volentes, vel litem proſequi, ut ſuprà, id facere poſſe, citatis duobus proximioribus Agnatis, ſanguine conjunctis ipſi Minori. Quòd ſi unus tantùm ſit Agnatus, citetur Agnatus ipſe, & unà cum eò unus Cognatus proximior. Quòd ſi nulli Agnati fuerint ſanguine conjuncti, citandi erunt duo Cognati proximiores. Hiſque hoc modo citatis, valeat judicium, ac ſi cum legitimo Tutore, vel Curatore actum eſſet. §. Tenebuntur tamen ad indemnitatem Minorum, & ad pœnas à Jure, & ex Conſtitutionibus

Digitized by Google

bus comminatas hi, ad quos tutela, vel cura, de Jure ſpectat, ac ſi tutelam, vel curam ſuſcepiſſent, & bona ſua obligaſſent.

AD TIT. DE TUTELIS ET CURIS.

Decis. et Annot.

SEnatores non poſſunt eſſe Protectores Minorum, eorumque bonorum, & hæredi-
1 tatum adminiſtratores. Ord. Reg. 29. Martii 1586.
Tutor Pupillæ non poteſt perſeverare in ejus Tutela, poſtquam ipſa matrimonium
2 contraxit. Ita referente Magnif. Senatore Bracherio cenſuit Senatus die 2. Maji
1662. in caſu cujuſdam Laudenſis -- Egr. Secret. Maddio.
Tutor ex Deputatis alicujus Congregationis non poteſt intervenire, & ſuffragium da-
3 re in electione habentium intereſſe cum Minore. Ita referente Magnif. de Puteo
declaravit Senatus die 27. Aprilis 1671. in caſu J. C. Figini Tutoris Minoris Fi-
liodoni -- Egr. Secret. Maddio.
Creditor pro pecuniis Tutori mutuatis nomine Minoris, non poteſt eumdem conve-
nire pro illarum reſtitutione, niſi probet eas verſas fuiſſe in utilitatem Minoris,
qua probatione non data, nec pignus, nec hypoteca ſuper rebus Minoris a Tutore
contracta, eſt valida, nec in jure tenet *ad text. in l. Si in rem*. 3. C. *quando res
ex facto Tutor. vel Curator.*; maximè ſi mutuum non ſit gratuitum, ſed ſub uſuris,
quia Minor in tali mutuo præſumitur læſus, niſi Mutuans probet illud verſum in
rem Minoris *ad text. in l. 1. & 2. C. ſi adverſ. credit.*; & ita judicavit Senatus
4 die 4. Martii 1739. abſolvendo Marchionem Don Cæſarem Sorexinam Vidonum a
petitis per Galimbertum, & Ronchum Creditores pro pecuniis mutuatis Marchio-
niſſæ Donnæ Iſabellæ Raſinæ Vidonæ Matri, & Tutrici dicti March. Don Cæſaris;
quia non conſtitit de converſione dictarum pecuniarum in ipſius utilitatem.
Si Tutor ſolvat ex propriis pecuniis debitum Minoris reportata adverſus eundem ceſ-
ſione obtenta minori pretio, ejuſmodi ceſſio non ſuſtinetur, niſi pro ſumma verè
5 ſoluta. Ita decidit Senatus die 1. Septembris 1749. in cauſa vertente inter Mar-
chionem Don Octavium Caſnedium, & March. Don Jacobum, & Fratres de Bal-
bis Januenſes, referente Magnif. Senatore Regente Com. Don Leone de Peyri.
Pro ſumma tantum verè ſoluta ſuſtinetur pariter ceſſio adverſus Minorem obtenta a
Procuratore generali cum ampliſſima auctoritate, conſtituto a Tutrice pro admini-
ſtrandis bonis, & negotiis ejuſdem Minoris. Ita referente Magnif. Regente Mar-
6 chione Cavalli cenſuit Senatus die 27. Junii 1759. in cauſa vertente inter Delega-
tos Concurſus Creditorum de Roſſettis, & Marchiones de Bruſatis -- Egr. Secret.
de Trecate.

AD CONSTITUTIONEM.

(*a*) Ad §. *Et ſi jure communi* verſic. *non dato vel nominato &c.*

Tutor deputatus in teſtamento condito ab exiſtente in poteſtate Avi, poſtquam teſta-
mentum fuit declaratum nullum, nihilominus fuit confirmatus cum eodem ſalario
7 a Teſtatore taxato; addito tamen, ut teneretur fidejubere. Ita decrevit Senatus
die 18. Maji 1668. in caſu Tantii Tutoris deputati a Cravenna.
Idem in caſu conſimili cenſuit Senatus confirmando Tutorem ad excluſionem Matris
8 ob nullitatem teſtamenti tutelam petentis in concurſu etiam Avi paterni, decreta
tantum penes Matrem Viduam Infantis educatione, ut refert Sadarin. *reſp. 49. n. 27.*

(*b*) Ad verba *Matre, vel Avia Viduvis.*

Tutela permittitur Matri tranſeunti ad ſecunda vota, obligatis tamen ejus bonis,
& etiam ejus Mariti pro redditione rationum ſingulo anno. Ita pluries diſpenſavit
9 Senatus; anno nempè 1663. 17. Februarii, referente Magnif. Florentia -- Egr. Se-
10 cret. Sadarino --; anno 1671. 19. Novembris pro Scrivanta Novarienſi, referen-
11 te Magnif. Stampa -- Egr. Secret. Gradignano --; anno 1675. 21. Auguſti, refe-
rente Magnif. Marchione de Clericis -- Egr. Secret. Annono --, & ſine ſalario pro
12 Pallavicina die 23. Aprilis 1676., referente Magnif. Com. Loayſa.
Diſpenſavit etiam Senatus die 23. Decembris 1710., referente Magnif. Com. Archin-

 to,

to, poſſe Illuſtrem Marchioniſſam Donnam Claudiam Erbam Littam retinere Tu-
13 telam, & Curam ejus Filiorum Minorum, non obſtante tranſitu ad ſecundas nup-
tias, & ſine ſolidali obligatione futuri Mariti pro redditione rationum, attentis
peculiaribus circumſtantiis, & cum conditione, quod dicta Marchioniſſa teneretur
de triennio in triennium rationes reddere ſuæ adminiſtrationis, ſub pœna privationis
a munere Tutelæ & Curæ.

(c) Ad verba *denunciare Matri, vel Aviæ.*

Recuſante Tutore teſtamentario Tutelam ſuſcipere, defertur Matri ſine ſalario, &
14 præſtita fidejuſſione. Ita referente Magnif. Senatore Caſato decrevit Senatus die 9.
Septembris 1677. in caſu Eliſabeth Scarionæ -- Egr. Secret. Oliverio.
Contendentibus Matre, & Avia ſuper Tutela Laviniæ Vicecomitiſſæ, poſtea Marchio-
15 niſſæ Villarinæ, Senatus die 31. Maji 1577. ſanxit eam deferendam Matri, excluſâ Aviâ,
& ſine onere præſtandi fidejuſſionem, modo omnia ejus bona etiam dotalia obligaret.
Cum Beanea Mater tacitè renunciaſſet Tutelam Pupillæ quinquenniæ, cenſuit Senatus
16 die 20. Decembris 1666. eam ſpectare ad Zanottam Aviam paternam.
Sine ſalario etiam Aviæ decernitur Tutela, ſed erogantur expenſæ latiori manu. Ita
17 referente Magnif. Senatore Corio decrevit Senatus die 21. Auguſti 1668. in caſu
Aviæ Tutricis Minoris Puſterlæ, juxta jam deciſa cum Marchioniſſa Joanna Cuſa-
18 na -- Egr. Secret. Sadarino --; & referente Magnif. Senatore Caſato die 18. Martii
1670. in caſu Donnæ Iſabellæ de Occa Tutricis filiorum Magnif. Senatoris Com.
Caroli Corii -- Egr. Secret. Annono.
Minorem educari debere vel penes Matrem, vel Aviam paternam, Senatus decernit,
prout melius ei videtur attentis circumſtantiis; hinc anno 1670. die 22. Auguſti,
19 referente Magnif. Senatore Carillo, Belcrediæ Aviæ paternæ prætulit Cecilіam
Landrianam Matrem, licet hæc jam tranſiiſſet ad ſecunda vota cum Meltio -- Egr.
20 Secret. Belcredio --; anno vero 1722. die 7. Septembris, referente Magnif. Mar-
chione de Araciel, Aviam paternam prætulit Matri in educatione Pupillæ Goranæ.

(d) Ad verba *dato idoneo Fidejuſſore.*

Mater Tutrix teſtamentaria eximitur ab onere fidejubendi, obligata tamen dote, &
21 augmento, & cum obligatione reddendi rationes ſingulo anno. Ita referente Ma-
gnif. Com. Loayſa decrevit Senatus poſt alios caſus, in eo Comitiſſæ Meltiæ die 20.
Martii 1663. -- Egr. Secret. Maddio.
Si Mater non inveniat Fidejuſſorem, & ejus dos ſit ſufficiens pro cautione Minoris,
admittitur ad Tutelam abſque fidejuſſione, cum obligatione ejus dotis. Ita refe-
22 rente Magnif. Senatore Meltio diſpenſavit Senatus die 3. Februarii 1627. favore
Franciſcæ Fernandez, cum obligatione reddendi rationes ſingulo biennio -- Egr. Se-
cret. Beſutio.
Anno 1747. menſe Aprilis Senatus diſpenſavit Antoniam Ayroldam Viduam relictam
a J. C. & C. C. Joanne Maria Valera poſſe ſuſcipere Tutelam, & Curam ejus fi-
23 liorum Minorum, præſtita juratoria cautione loco fidejuſſionis, quam invenire non
poterat, & cum conditione conſulendi in gravioribus Magnif. Senatorem Delegatum.
Sumptis informationibus de idoneitate, & ſagacitate, referente Magnif. Regente Com.
24 de Peyri, admiſit Senatus die 23. Februarii 1748. ſine fidejuſſione Donnam Anto-
niam de Solaribus Viduam relictam a Don Petro Bruſato, ad Tutelam ejus Filiæ in-
fantis, cum conditione reddendi ſingulo biennio rationes adminiſtrationis coram Ma-
gnif. Delegato, licet exiſteret Marchio Joannes Bruſatus Patruus dictæ Filiæ, para-
tus Tutelam ſuſcipere ſer. ſer. -- Egr. Secret. Galiorio.

(e) Ad §. *Si autem* verſic. *locus ſit legitimo.*

Patruus Tutor Nepotis non habet ſalarium, ſed expenſas litium, & adminiſtrationis
25 pro bonis Pupilli. Ita referente Magnif. Com. Siccoborella cenſuit Senatus die 25.
Februarii 1671. favore Com. Caroli Manfrini Caſtillionæi, contra Com. Octavium
Caſtillionæum ejus Patruum, & Tutorem -- Egr. Secret. Sadarino.
Tutelam filiorum Minorum ſuſceperat Marchioniſſa Iſabella ab Auria Parravicina, olim
Uxor Marchionis Felicis, mox citato Marchione Carolo Lomellino ſanguine jun-
cto, inſteterat, ut durante allegata ejus infirmitate eximeretur a tali onere.
Petebat Marchio Octavius alter ex dictis filiis, qui interim attigerat annum vigeſi-
mum ſecundum, cæterorum Fratrum Tutelam ſibi decerni, dicens, renunciante
Matre, locum eſſe legitimo Tutori.

Plura

Plura opponebantur; nempè incompleta ætas annorum vigintiquinque; communio bonorum cum aliis Fratribus; bona hæreditatis paternæ ſita in partibus diverſis; multitudo eorundem Fratum, & Sororum; præſumptio, quod iis aliqua vis fieri poſſet circa reſpectivam ſtatus electionem; pingue patrimonium redditus librarum nonaginta mille; modica portio ſpectans ad petentem, & ſic metus dilapidationis in præjudicium reliquorum; Feudum Caſtellatii indigens gubernio perſonæ ætatis provectæ; & demum neceſſitas dicti Marchionis Octavii habitandi Genuæ.

Reſpondebatur, dictum Marchionem Octavium impleviſſe annum vigeſimum; nec ideo, attento Statuto Mediolani, amplius reputari pro Minore; ex communione oriri quidem quaſi contractum producentem obligationem de communi dividendo, ob quam quis dici valet debitor, & creditor, id tamen non obſtare, quando non controvertitur, nec de hæreditate, nec de communione, nec rationes ſunt implicatæ; majorem bonorum partem ſitam eſſe in loco Statuti Minores ſubjectos habentis; non obſtare multitudinem: Maſculos in Collegiis educari poſſe; Fœminas in Monaſteriis; Infantes, & Pupillos penes Matrem; non propterea coactionem ullam timendam quoad electionem eorum ſtatus; legem de perfecta ætate confidere reſpectu adminiſtrationis cujuſcunque magni patrimonii; in caſu dilapidationis Fratrem ſemper teneri alimenta præſtare Fratri, ſed neminem præſumi velle jactare quod ſuum eſt; Feudi adminiſtrationem optimam ſperandam: nullam adeſſe neceſſitatem tranſeundi ad habitandum Genuæ, & demum in omni caſu Exterum non prohiberi Tutorem eſſe.

In hoc rerum ſtatu, referente Magnif. Marchione Gallarato cenſuit Senatus die 11.
26 Aprilis 1701. decernendam Tutelam, & reſpectivè Curam Marchioni Octavio Parravicino, & Marchioni Carolo Lomellino, non obſtantibus deductis, ita quod in gravioribus conſulerent Magnif. Com. Don Aloyſium Trottum; & in caſu mutationis domicilii reſpectu Marchionis Octavii, præſtita per eos fidejuſſione, & ſervat. ſervan. -- Egr. Secret. Maddio.

(*f*) Ad verſic. *Abſque aliqua legitima cauſa excuſationis recuſaret.*

Tutor legitimus, & dativus non excuſatur a Tutela ob lites cum Minore. Ita refe-
27 rente Magnif. Senatore Pattellano declaravit Senatus die 17. Maji 1661. in caſu Foppæ, & Salvadorini -- Egr. Secret. Annono.

(*g*) Ad §. *Is legitimus* verb. *idoneè ſatiſdare.*

Si Tutor legitimus ſit Eccleſiaſticus, non admittitur, niſi fidejubeat de reddendis rationibus, & non declinando forum. Ita referente Magnif. Senatore Carillo decrevit
28 Senatus die 12. Septembris 1663. in caſu Minoris Manaræ Cremonenſis -- Egr. Secret. Coſſa.

Tutor legitimus, qui utpote habens omnia bona vincolata fideicommiſſo tranſverſali, non invenit Fidejuſſorem, excuſatur a præſtanda fidejuſſione, & admittitur cum conditione obligandi omnia bona præſentia, & futura, & reddendi rationes
29 ſingulo anno. Ita referente Magnif. Arconato cenſuit Senatus die 9. Julii 1671. in caſu Dugnani Tutoris Minorum de Aſſandris -- Egr. Secret. Annono.

Frater Tutor non eximitur ab onere præſtandi fidejuſſionem. Ita referente Magnif.
30 Senatore Vicecomite ſanxit Senatus die 2. Martii 1671. in caſu cujuſdam de Curte -- Egr. Secret. Annono --; & referente Magnif. Com. Loayſa excuſatus fuit die 11. Martii ejuſdem anni a redditione rationis de omiſſis, & neglectis, reſ-
31 pectu adminiſtrationis mercimonii tantum -- Egr. Secret. Maddio.

(*h*) Ad §. *Quod ſi caſus* verſic. *tamen perindè teneatur.*

Anno 1675. menſe Aprilis cenſuit Senatus abſolvendum quemdam Martam a petita
32 redditione rationum, etiam ſi non adminiſtraſſet, quia non conſtabat de illius ſcientia, quod Tutela ad ipſum ſpectaret.

(*l*) Ad verba *pro ratione reddenda.*

Quando rationes redditæ ſunt inordinatè, vel minus ſincerè, vel non ſervatis ſarvan-
33 dis, iterum reddi debent, & etiam de omiſſis, & neglectis. Ord. Senat. 20. Novemb. 1578. ubi in *meis annot.* plures recenſentur deciſiones.

In hac rationum redditione advertendum eſt, an Tutor, deductis ſumptu alimentorum Minoris, & expenſis neceſſariis adminiſtrationis, implicaverit ſingulo anno pecunias ab illius Debitoribus exactas, & redditus illius patrimonii, conſtantes ſummam con-

congruam pro implicatione; nam ubi hoc exequi omiſerit, tenetur ad intereſſe in
rationem librarum quinque pro quolibet centenario, & non ultra, & ejuſmodi in-
tereſſe ſingulo anno reducitur in ſortem principalem in præjudicium Tutoris, & ad
idem intereſſe tenetur pro ejus debito reſultante ex rationum redditione, & etiam
pro parcellis in ea ex errore non computatis, uſque ad diem extinctionis debiti.
34 Ita referente Magnif. Puteo cenſuit Senatus die 4. Septembris 1665. favore Coquii
contra Poliagum ejus Tutorem, in cauſa inter ipſos vertente propter quaſdam par-
cellas non computatas in rationum redditione.

Tutor Eccleſiaſticus tenetur rationes reddere tutelaris adminiſtrationis coram Judice
35 laico. Ita ſanxit Senatus die 18. Julii 1664. referente Magnif. Com. Loayſa, &
viſo voto Egr. Advocati Fiſcalis Stampæ in caſu R. Cambiaghi Parochi S. Geor-
gii in Palatio Mediolani cum Minore Cantono -- Egr. Secret. Coſſa --; & die 16.
36 Julii 1670., referente Magnif. Menochio, in caſu R. Patris Guardiani cum Minori-
bus de Comitibus -- Egr. Secr. Beleredio.

Diſcordantibus Juſto Roſignolo ex una, & R. Presbytero Jo. Ambroſio Baldino ex al-
tera parte circa Judicem, coram quo dictus Baldinus rationes tutelares redderet,
mutis precibus adiverunt Senatum, qui anno 1648. menſe Auguſti decrevit teneri
37 ipſum R. Baldinum reddere rationes Roſignolo coram eodem Senatu, & fuit dele-
gatus Magnificus Patellanus.

Exceptio redditionis rationis Tutelæ per Matrem adminiſtratæ, non poteſt eam remo-
vere, & retardare a repetitione dotis. Ita referente Magnif. Senatore Bonetto decidit
38 Senatus die 5. Septembris 1646. favore Donnæ Conſtantiæ Vicecomitiſſæ contra
Marcum Antonium, & Fratres Bigarolios ejus ex primo conjugio Filios.

Mater Tutrix non tenetur reddere rationem de omiſſis, & neglectis. Ita referente
39 Magnif. Senatore Butigella declaravit Senatus die 19. Julii 1661. in caſu Ruſchæ --
Egr. Secret. Sadarino.

Aliquando ſecundum circumſtantias Tutela, & Cura conceditur a Senatu abſque obli-
gatione reddendi rationem de omiſſis, & neglectis. Ita referente Magnif. Senatore
40 Orrigono decrevit Senatus die 12. Januarii 1661. favore Abbatis Vicecomitis pro
41 Tutela ejus Nepotum; die 28. Martii 1662. referente eodem Magnif. Orrigono in
caſu Hieronymi Arconati pro Tutela Minoris Pallavicini -- Egr. Secret. Belere-
42 dio --; die 8. Junii 1667., referente Magnif. Senatore Bracherio, favore Com. Phi-
lippi Corii Tutoris Minorum de Dardanonis -- Egr. Secret. Coſſa --; die 17. Maji
43 1670., referente Magnif. Marchione Erba, favore Marchionis Caſtelli Curatoris
44 Minoris jam Puberis -- Egr. Secret. Annono --; & die 11. Februarii 1675. favore
Franciſci Ciſnuſculi Tutoris Benedicti Cittadini, cum obligatione reddendi rationes
ſingulo biennio.

Tutor non removetur ab adminiſtratione, nec tenetur reſtituere ſcripturas, niſi prius
45 redditis rationibus. Ita referente Magnif. Senatore Com. Don Paulo Camillo Ca-
roello decrevit Senatus die 30. Maji 1739. favore Donnæ Joannæ Scarlatinæ Mad-
diæ Tutricis ejus Filiarum.

(l) Ad §. *Hæc quæ dicta ſunt* verb. *mentecaptorum*.

Quædam Reyna, quæ habebat Virum fatuum, data fuit ei in Curatricem a Senatu
46 die 11. Julii 1674., referente Magnif. Senatore Caſato, cum obligatione præſtandi
fidejuſſionem, & reddendi rationes ſingulo anno -- Egr. Secret. Oliverio.

(m) Ad §. *Tutores, & Curatores inventarium*.

Mater Tutrix, & Curatrix tenetur facere inventarium rerum omnium ad filios ſpe-
47 ctantium, quamvis a Marito in Teſtamento liberata fuerit ab illius confectione.
Ita declaravit Senatus die 27. Februarii 1669. favore Minorum de Ayroldis de
loco Ramerii -- Egr. Secret. Sadarino.

Tenetur Tutor conficere Inventarium ſubſtantiæ Minoris, & rationes reddere admi-
niſtrationis, non obſtante liberatione ab ejuſdem Patre facta favore Tutoris; & ubi
per ipſum omiſſa ſit confectio Inventarii, competit Minori Juramentum in li-
tem adverſus ejus Tutorem, quoad ſummam a Judice taxandam una cum damnis,
& intereſſe habita conſideratione ad peculiares caſuum circumſtantias; hinc in cau-
ſa redditionis rationum adminiſtrationis geſtæ ſine Inventario per Jo. Angelum
Ripam de bonis quondam Petri Antonii Ferrarii inſtante Petro Antonio ejus filio,
48 & hærede, cenſuit Senatus referente Magnif. Erba die 15. Junii 1671. *Ripam te-
neri reddere rationem adminiſtrationis facultatum Petri Antonii Ferrarii Senioris non ob-
ſtante aſſerta liberatione, & aliis ſecutis; nec non competere juramentum in litem Pe-
tro*

tro Antonio Ferrario Juniori, taxatum tamen ad aureos ter centum una cum damnis, & intereſſe.

(*n*) Ad verſic. *in hanc formam jurabunt.*

Aliam juramenti formam relatam a Sadarino *reſp.* 30. *n.* 157. approbavit Senatus anno 1654. in cauſa Maraſca, referente Magnif. Senatore Pattellano.

DE JUDICIIS.

NE lites fiant penè immortales, & ut utilitati ſubditorum quantum poſſibile eſt conſulatur, hac ſanctione conſtitutum eſt, omnes cauſas civiles, & civiliter motas, vel movendas, ſivè ordinarias, ſivè delegatas, in hoc Dominio non ultra quadraginta dies utiles (*a*), à die cœptæ litis numerandos, protrahendas eſſe. Cœptaque lis intelligatur, (*b*) petitione porrecta, in actiſque dimiſſa, & parti legitimè intimatâ. §. Sed omnes Judices, etiam delegatos, debere intra dictum tempus cauſas cognoſcere, & terminare, ſervatis Statutis Civitatum, & locorum, huic ſanctioni non contrariantibus, remotis cavillationibus, & frivolis exceptionibus quibuſcunque, ſub pœna aureorum centum Fiſco applicanda, ipſoque jure incurriſſe intelligantur, eò ipſo quòd cauſa parte inſtante, & debitas ſportulas ſolvente, vel deponente penes Notarium cauſæ, non fuerit in eo termino expedita, exceptione aliqua non obſtante. Quòd ſi Judices legitimam excuſationem differendi prætendant, eam coram Senatu, antè finem inſtantiæ, deducere habent. §. Hæc tamen Conſtitutio locum non habet in cauſis coràm Senatu, vel Senatoribus, Quæſtoribus Ordinariis, Extraordinariiſve, Capitaneo Juſtitiæ, Præfectis Annonæ, Conſervatoribus Sanitatis, Collateralibus, & Executoribus Cameræ, vertentibus. §. Et ulteriùs cauſas Fiſcales non reſpicit. §. Nec etiam ad cauſas Datiarias, nec Mercatorum ex cauſa mercaturæ, nec proclamationum pro bonis per privatos ad proclama poſitis pertinet, quia particularia ſtatuta ſua, & particulares ordines ſervandi ſunt; Nec ad alios caſus, quos ex Conſtitutionibus cautum eſt inſtantiam non habere. §. Non etiam habet locum in cauſis compromiſſorum, quæ de voluntate partium fiunt, quia quod convenerit inter partes, ſervandum erit. Quòd ſi nullum tempus expreſſum ſit, habeant eam inſtantiam, quam cauſæ compromiſſorum neceſſariorum habent. §. Libellus, ſeu petitio qualiſcunque ſit, ipſo jure admiſſa eſſe intelligatur, dummodò Actoris, & Rei perſonas, contineat. Et item quantitatem, remque vel jus, quod petatur, & petitionis cauſam. §. Qua petitione porrecta, & parti intimata, ſtatutus ſit, & eſſe intelligatur ipſo jure terminus unius diei utilis ſequentis Reo ad deliberandum, eique petitioni reſpondendum. Quo elapſo, ſivè reſponderit, ſivè non, lis pro conteſtata habeatur, & immediatè ſtatutus ſit, & eſſe intelligatur terminus Actori, & Reo, quindecim dierum utilium, petendi, excipiendi, opponendi, probandi per omne genus probationum, ac pro-

ducen-

Digitized by Google

29 Eques Sancti Stephani, ſi citetur ad perhibendum teſtimonium in Judicio criminali, tenetur ſe ſubjicere examini. Ita referente Magnif. Marchione Erba decidit Senatus die 15. Februarii 1678. pro Marchione Arcimboldo -- Egr. Secret. Coſſa.

30 Equites trium Ordinum, nempe S. Jacobi a Spatha, Calatravæ, & Alcantaræ, tam in civilibus, quam in criminalibus cauſis judicantur a Senatu. Ita proponente Egr. Capitaneo Juſtitiæ declaravit Senatus anno 1661. 22. Junii in caſu Equitis Sancti Jacobi Com. Don Angeli Triultii -- Egr. Secret. Belcredio --; & die 3. Martii 1665.

31 in caſu Equitis S. Jacobi Com. Don Franciſci Platti ad preces Hoſpitalis Novariæ, referente Magnif. Senatore Areſio -- Egr. Secret. Maddio.

32 Subjacent Juriſdictioni Ordinariæ Equites Sancti Mauritii. Ita declaravit Senatus die 24. Novembris 1664. in caſu detentionis Gallutii ad querelam Canonici Leuci, facta etiam conſultatione Excellentiſſimo Gubernatori -- Egr. Secret. Coſſa.

33 Baricellus Curiæ Epiſcopalis impictus de homicidio ſubjicitur judicio Curiæ Secularis. Ita decrevit Senatus die 1. Octobris 1671., referente Magnif. Com. Loayſa, in caſu Baricelli Curiæ Epiſcopalis Papiæ, datis Literis ad Magnif. Prætorem -- Egr. Secret. Annono.

AD CONSTITUTIONEM.

(a) Ad §. *Ceſſionarii* verb. *Quoad forum*.

34 Pro ceſſione a Laico principaliter, & non acceſſoriè proveniente, Eccleſia, vel Perſona Eccleſiaſtica agere tenetur in Foro Seculari, ut diſponitur in ſupra recenſita Concordia Juriſdictionali *cap.* 8.

DE

Digitized by Google

DE FERIIS.

ETſi jure Divino cautum ſit dies Feſtos (*a*) cum omni veneratione celebrari debere, & ab omni illicito opere ceſſandum eſſe, tamen non deſunt, qui ſpreta Religione, æternæ ſalutis immemores, illicita exercere non formident. Ut id igitur genus hominum etiam metu pœnæ coërceatur, ſancitum eſt, quòd nullus audeat, vel præſumat in diebus Dominicis, nec aliis introductis in honorem Dei, & Sanctorum, ex præcepto, vel conſuetudinibus Civitatum, & Locorum, operari in aliquo artificio, (*b*) per ſe, vel per alios, nec tabernas (quas apothecas appellant) apertas tenere, nec per ſe, nec per alium quicquam vendere, Medicinalibus, (*c*) & aliis, quæ ad uſum quotidiani victus (*d*) neceſſaria ſunt, dumtaxat exceptis; & hoc ſub pœna trium aureorum contrafacienti, quoties contrafecerit. Et teneatur Dominus pro famulo, & Pater pro filio, & Magiſter tabernæ, ſeu apothecæ, pro operario.

Quilibet poſſit accuſare, & credatur Accuſatori cum juramento, & uno Teſte fide digno, & pœnæ tertia pars (*e*) in Accuſatorem perveniat, tertia in Hoſpitale, vel Locum Pium principalem, & reliqua in commune illius Civitatis, vel Loci, ubi contrafactum fuerit. Et exactio pœnæ ſine aliquo proceſſu facienda eſt.

In diebus, quibus inſtrumenta per Notarios rogari poſſunt, etiam Judicibus conceſſum eſt interponere auctoritatem, & Decretum.

AD TIT. DE FERIIS.

DECIS. ET ANNOT.

PRo quibus cauſis civilibus agi poſſit non obſtantibus Feriis Autumnalibus, habetur
1 in Ord. Senat. 3. Septembris 1593.

Ex diſpoſitione recenſiti Ordinis, Feriæ Autumnales debent eſſe continuæ, & incipiunt die 24. Septembris, & finem recipiebant die 10. Octobris; nunc vero incipiunt die 14. Septembris, & durant continuò per totum menſem Octobris ex
2 Ord. Senat. 27. Auguſti 1675., & loco prædicti augmenti Feriarum Autumnalium, ſublatæ ſunt Feriæ dierum 15. 17. 18. menſis Junii, & dierum 6. 8. 9.
3 Julii ex Ord. Senat. 5. Septembris dicti anni 1675. *in Addit. Ordin. inferius impreſ.*

Attentata pendente cauſa principali, poſſunt expediri non obſtantibus Feriis. Ita de-
4 cidit Senatus die 17. Septembris 1670. in cauſa vertente inter RR. PP. Carthuſienſes, & Scaccabarotium — Egr. Secret. Annono.

AD CONSTITUTIONEM.

(*a*) Ad §. *Etſi* verb. *dies feſtos*.

Quid obſervandum ſit pro veneratione dierum feſtorum, præſcribitur in Proclam. 21.
5 Auguſti 1671., 23. Junii 1677., 18. Septembris 1719., 15. Novembris 1720., & 10. Decembris 1742.

(*b*) Ad verba *operari in aliquo artificio*.

Laborantes die feſto cauſa conſervandorum fructuum moleſtari non poſſunt. Ord. Senat.
6 6. Julii 1673., & Decret. Excellentiſſimi Gubernatoris Principis de Ligne diei 4. Auguſti 1677. *impreſ. in Cridario anni* 1688. *pag. mihi* 92., potiſſimum ſi adſit licen-

tia

Digitized by Google

7 tia Parochi, vel Superioris Eccleſiaſtici; verum quod ultra hanc licentiam, requiratur etiam illa Senatus gratis concedenda, cavetur in Ord. Senat. 29. Auguſti 1690.

(*c*) Ad verbum *Medicinalibus*.

8 Medicinalia vendi poſſunt quocumque tempore, dummodo apothecis clauſis, aperta tantum remaneat parvula earum janua. Proclamata ſuperius recenſita.

(*d*) Ad verba *& aliis, quæ ad uſum quotidiani victus*.

9 Dummodo tamen apothecæ teneantur clauſæ tempore divinarum functionum. Proclamata *ut ſupra*.

(*e*) Ad §. *Quilibet poſſit accuſare* verſic. *pœna tertia pars &c.*

10 Si nullus extet Accuſator, ejus portionem remanere debere Fiſco, reſcripſit Senatus anno 1580. menſe Decembris Prætorii Caſtellatii.

DE PROBATIONIBUS.

NEmini licet extra Judicium, Teſtes ad æternam rei memoriam examinari facere, nec eorum atteſtationes per Notarium in inſtrumento redigere, niſi modo, quo infra, ſub pœna aureorum vigintiquinque ipſo facto committenda, & Fiſco applicanda pro quolibet Teſte examinato, & toties quoties contrafactum fuerit. §. In quam pœnam incidat ipſo facto Notarius, qui atteſtationes ipſorum Teſtium ad æternam rei memoriam receperit, ſeu de eis documentum fecerit, toties committendam, quoties contrafecerit. §. Ulteriùs hæ atteſtationes ſint ipſo jure nullæ, nulliuſque momenti, nec aliquam fidem, vel probationem, etiam ſemiplenam, vel præſumptionem faciant, aut ſuſpicionem inducant. §. Nec poſſint hi Teſtes, ubi in Judicio examinabuntur, ad eorum atteſtationes extra Judicium ſumptas ſe referre. §. Omnibuſque Judicibus interdictum eſt, & Notariis, qui in Judicio Teſtes examinabunt, hujuſcemodi inſtrumenta, continentia atteſtationes Teſtis examinati, extra Judicium admittere, nec ſuper eis Teſtes examinare; immò ea omnino reſpuant. Et Teſtes in Judicio deponere habent, acſi nunquam interrogati, vel examinati extra Judicium fuiſſent. Nec propterea imputari de falſitate poſſint, ex eo quòd dicerentur eſſe contrarii primo examini. §. Sed quoniam materia probationum non eſt anguſtanda, aliquique ſunt caſus, in quibus etiam lite non conteſtata, vel quaſi de jure Teſtes recipi poſſunt ad æternam rei memoriam. Propterea ſancitum eſt, quòd ſi quis ſperat contra aliquem litem movere, vel dubitat contra eum moveri, & velit aliquem, vel aliquos Teſtes producere ad æternam rei memoriam, vel ex eo, quòd ſint in periculoſa infirmitate conſtituti, vel quòd ſexagenarii ſint, vel in longum iter profecturi, (& intelligatur longum iter, quando ad locum remotum per millia paſſuum quinquaginta ab iſto Dominio quis profecturus eſt.) His caſibus volens producere Teſtes compareat coram Judice ordinario Civitatis, vel Loci, in quo lis agitanda erit, & ibi capitula producat (*a*), ſuper quibus duxerit Teſtes examinandos. Et ſi ille, contra quem Teſtes producere

ducere

Digitized by Google

ducere voluerit, erit præſens in eo loco, citandus eſt (*b*) ad videndum eis Teſtibus juramentum deferri; ſi verò abſens fuerit, citandus eſt ad domum ejus habitationis, & ulteriùs citetur unus ex proximioribus agnatis, & in ejus defectum, aliquis ex cognatis per Juſdicentem eligendus, abſentis nomine compariturus, citationeque hoc modo facta, juramentum Teſtibus deferatur, etiam ſuper eo an ſint in aliquo ex caſibus ſuperiùs expreſſis, & ſi ita eſſe juramento affirmaverint, tunc examinandi ſunt per Notarium Judicis ordinarii, vel alios Notarios ad examina Teſtium deputatos (*c*), factis tamen ab utraque parte debitis interrogatoriis, ubi tamen partes, vel altera earum dare voluerint. Quibus examinatis, producens, ſi voluerit, (*d*) eos Teſtes publicari, publicentur, tamen ea conditione, quòd ſit ſibi præcluſa via ſuper eis capitulis, vel aliis idem continentibus, alios Teſtes examinari faciendi. §. Ubi autem publicari non petat, per Notarium non edantur, ſed lite poſtea pendente atteſtationes præmiſſæ clauſæ, & ſigillo firmatæ Judici, coram quo lis pendebit, tranſmittendæ ſunt, qui eas tempore debito publicabit, eandemque vim, & robur habebunt, acſi lite conteſtata, & coram Judice hi Teſtes depoſuiſſent.

Et quia plerumque (*e*) in Judiciis producebantur capitula per Teſtes probanda, quibus continebatur, quem aliquid confeſſum fuiſſe, vel habuiſſe dicere, & proteſtari, non expreſſis loco, & tempore præciſo, unde & plurimæ falſitates oriebantur, ſublataque erat facultas contrarium probandi; ideò ſancitum eſt, in capitulis annum, menſem, & diem, & locum, & locum loci proteſtationis exprimi debere. Et ubi ex dictis Teſtium ſuperindè producendorum, de loco, & tempore copulativè non appareat, dicta Teſtium ſint nulla. §. Si verò appareat ex dictis Teſtium de loco, & tempore, ut ſuprà, id, antequam proceſſus publicetur, parti adverſæ edi debeat, ut ſuas probationes exindè facere poſſit.

AD TIT. DE PROBATIONIBUS.

Decis. et Annot.

PProbationes factæ in uno judicio probant etiam in alio, in quo agatur de eadem
1 materia. Ita decidit Senatus die 22. Julii 1645. favore Blancæ Tadinæ Cantonæ;
2 & die 21. Julii 1649. favore ejuſdem Blancæ contra Fratres Cantonos, referente
Magnif. Senatore Petracino.

AD CONSTITUTIONEM.

(*a*) Ad §. *Sed quoniam* verſic. *& ibi capitula producat*.

Anno 1619. die 30. Auguſti cenſuit Senatus eſſe admittenda capitula ad probandum
3 adulterium Uxoris, vivente Marito, vel ſtuprum eo mortuo intra annum luctus
commiſſum, ut ea privaretur legato a Marito ejus favore relicto.
Capitula produci debent ſeparatim a poſitionibus, & prævia partis citatione ad videndum ea produci, & copia eorundem Capitulorum, eodem tempore, quo præſentan-
4 tur, dimitti debet, cum præambulo eorum productionis penes Actuarium danda alteri parti. Ord. Senat. 15. Junii 1629. §. *& dixerunt pag.* 546.
Capitula admitti debent etiam tempore Feriarum, maximè obtenta earundem derogatione ab Excellentiſſimo Gubernatore. Ita referente Magnif. Senatore Stuppano cen-
5 ſuit Senatus die 25. Septembris 1740. favore Comitiſſæ Donnæ Barbaræ Verræ, &

Comitiſſæ Donnæ Aloyſiæ Petracinæ Sororum a Somalea, contra Comitiſſam Donnam
Camillam Vicecomitem Matrem, Tutricem, & Curatricem Comitis Don Joannis
Baptiſtæ Antonii a Somalea.

In eadem cauſa, cum a memorata Tutrice opponeretur, capitula ab eiſdem Sororibus
a Somalea producta ad probandum quid, & quantum relictum fuerit a Comitiſſa
Donna Fulvia Vicecomite earum Matre, eſſe vaga, irrelevantia, & ad rem non
pertinentia, referente Magnif. Senatore Marchione de Colla, decrevit Senatus die 19.
6 Septembris 1740. poſt acerrimam diſputationem, admittenda capitula, prout jacent,
ſalvis juribus Partium ad formam Statuti Mediolani *cap.* 49. *vol.* 1. Hinc Teſtibus
examinatis, quamvis ob probationis difficultatem, & diuturni temporis lapſum, non
ex integro conſtaret de valore Mundi muliebris relicti ab eadem inſigni, magnique nominis Matronâ Filiâ Excellentiſſimi Marchionis Pirri Vicecomitis ex Magnatibus Hiſpaniarum, & Supremi in hoc Dominio Cancellarii, nihilominus ipſum
Mundum muliebrem favore Sororum de Somalea, taxavit Senatus in libris quin-
7 quaginta mille, pluraque eis adjudicavit in celebri ſententia *6.* Septembris 1743.
referente Magnif. Senatore Com. Cribello -- Egr. Secret. de Albertis.

(*b*) Ad verba *citandus eſt*.

In citationibus tranſmittendis parti ad videndum produci capitula, fieri debet no-
8 minatio Notarii pro omnibus Teſtium examinibus. Ord. Senat. 28. Martii, &
7. Junii 1575., & 15. Junii *1629. pag.* 546.

Super precibus Marchionis Phœbi Abduæ, Senatus, referente Magnif. Marchione
9 Caxa, diſpenſare noluit die 7. Aprilis *1666.* Teſtes examinari poſſe incitata par-
te -- Egr. Secret. Coſſa.

Anno vero *1670.* die 26. Auguſti, referente Magnif. de Puteo, diſpenſavit Senatus
ad preces cujuſdam Villanovæ poſſe Teſtes examinari ad probandam Genealogiam
10 ad perpetuam rei memoriam, omiſſa citatione hic præſcripta, cum clauſula tamen
ſine præjudicio cujuslibet tertii -- Egr. Secret. Belcredio.

(*c*) Ad verſic. *ad examina Teſtium deputatos*.

Examina Teſtium recipi debent per Notarium de Pilaſtro, & nominari nequit ali-
11 quis ex Actuariis, qui ſit Notarius de Pilaſtro, donec durat hujuſmodi ejus
12 Officium. Ord. Senat. 28. Martii 1575., etiamſi accedat partium conſenſus. Ord.
Senat. 2. Auguſti 1577.

Quoad hanc prohibitionem ſub nomine Actuariorum veniunt etiam eorum Coadjutores, &
13 Scribæ, qui ad Judicum Tribunalia ſedent, & Acta recipiunt. Ord. Senat. *6.* Junii 1590.

(*d*) Ad verſic. *Quibus examinatis producens ſi voluerit &c.*

Cum Pars habitâ notitiâ depoſitionis factæ ab uno ex Teſtibus, petiiſſet facultatem
14 examinari faciendi alios Teſtes, Senatus, referente Magnif. Marchione de Clericis, rejecit hujuſmodi petitionem die 20. Septembris *1669.* in cauſa inter Abduas -- Egr. Secret. Maddio.

(*e*) Ad §. *Et quia plerumque &c.*

Hæc Conſtitutio procedit ſolum quoad probandas confeſſiones, aut proteſtationes;
15 ſecus vero quando agitur de probanda conventione, vel contractu inter aliquos.
Ita declaravit Senatus die 24. Novembris 1555. ad preces Horatii Barnii; die 4.
16 Decembris 1560. pro Hieronymo Litta; & die 30. Junii 1593. ſuper precibus Chri-
17 ſtophori de Marcheſiis datis literis Prætori Laudæ.

Non pariter habere locum in juramento deciſivo a parte parti delato ſuper aliqua
18 interpellatione, decidit Senatus anno 1589. menſe Maji in cauſa Luciæ Boſſiæ
cum Michaele Maldura.

DE SPORTULIS.

OMnibus, & ſingulis Gubernatoribus, Capitaneis, Commiſſariis, Prætoribus, Aſſeſſoribus, Vicariis, Judicibus, & quibuſcunque aliis Magiſtratibus, quacunque Dignitate fulgentibus, & quocunque nomine noncupentur, etiam ſi eos contingat dele-

Digitized by Google

delegatam exercere juriſdictionem, nec non omnibus Advocatis, & Syndicis Fiſcalibus (*a*) hujus Dominii Mediolani, hac ſanctione interdictum eſt, ne quidpiam accipiant, neque acceptent (*b*) nec in magna, nec etiam minima quantitate, directè, nec per indirectum, nec ſub colore Sportularum, aut honorarii, vel alio velamine, in tractandis, aut terminandis Cauſis Criminalibus, ab alterutra ex partibus, aut agentibus pro eis. §. Pari modo Notariis, Scribis, (*c*) Commentarienſibus, & aliis (*d*), qui officia exercent, aut munera ſuſtinent, in hujuſcemodi cauſis criminalibus inhibitum eſt, ne pro actis ſcribendis, ſcripturis recipiendis, ac admittendis Teſtium examinationibus, proceſſuum editionibus, ſententiarum interlocutoriarum, & diffinitivarum pronunciationibus, & traditionibus, aut quibuſvis aliis præeminentiis, & emolumentis, & etiam pro carcere, & ejus apertura, pro ligatura Reorum ad equuleum, & quæſtionibus exercendis, & denique pro quibuſcunque aliis, in quibus eos pro ſuſceptis muneribus verſari contingat, nihil plus accipiant, aut acceptent, niſi in quantum ſpecialibus Ordinibus continetur. §. Contrafacientibus, & omnibus illis, qui miniſtri, & participes fuerint, pœna eſt privationis omnium officiorum, quæ habent, & aureorum mille, Fiſco applicandorum, & ubi non habeant in ære, luant in corpus, arbitrio Principis, vel Senatus; cujus pœnæ pecuniariæ dimidium detur delatori. §. Sententia obtenta per ſordes, ſit nulla. Et ſi fortè illemet (quatenus reſpiciat favorem illius, qui per ſordes, vel munera obtinuit,) in cujus favorem ſententia, aut alia expeditio datâ pecuniâ, vel muneribus, ut ſupra, obtenta fuerit, termino duorum menſium rei veritatem in notitiam primus detulerit, ſententia ipſa, aut expeditio, perinde valida ſit, & efficax, acſi nullæ ſordes interveniſſent, modò aliàs valida ſit. Et ulteriùs dimidium pœnæ pecuniariæ conſequetur.

Judices, qui ordinarii ſunt, ſivè in Civilibus, ſivè in Criminalibus, ſalarium accipere non poſſunt. (*e*) Qui autem ordinarii non ſunt, aut qui à nobis delagati fuerint cum auctoritate decidendi, ſivè in Civilibus, ſivè in Criminalibus cauſis, quarum cognitio aliàs ad eos non ſpectet, non prohibentur quin ſalarium ſententiarum ad rationem unius pro ſingulo centenario à qualibet partium accipere poſſint, ita tamen, quòd quantacunque fuerit cauſæ æſtimatio, ſumma ducentorum aureorum excedi non poſſit, computatis etiam ſemper pecuniis pro ſcripturis, & motivis habitis,

AD TIT. DE SPORTULIS.

Decis. et Annot.

SPortulæ pro cauſis criminalibus duplicatæ fuerant ex Ordine Regio diei 23. Julii
1622., & hujuſmodi duplicatio aſſignata fuerat Senatui pro majori ejuſdem ſti-
1 pendio; unde plures identidem emanarunt Senatus providentiæ pro recta earum
exactione, quæ recenſentur ad ornatum hujus Tituli, cum dictæ Sportulæ quoad
Senatum ſublatæ ſint anno 1749.

Sportularum Officium eſſe debet domi Theſaurarii Senatus, ibique cuſtodiri debent li-
2 bri, & alia documenta reſpicientia exactionem Sportularum. Ord. Senat. 20. Julii 1695.;

Digitized by Google

3 1695.; Iſte Theſaurarius etiam uti Senatus Delegatus procedere poteſt ad quoſcun-
que actus judiciales contra debitores Sportularum. Ord. Senatus 16. Januarii 1658.

Theſaurarii Sportularum habitantes Mediolani debent eas mittere ad Theſaurarium
4 Senatus quolibet menſe; aliarum vero Civitatum, & Locorum debent eas mittere
ſtatim lapſo quolibet trimeſtri. Ord. Senat. 3. Martii 1639., 17. Novembris 1657.,
28. Novembris 1702.; & ubi eas non mittant intra tale tempus, poteſt Theſaura-
5 rius Senatus ab ipſis exigere aſſem unum pro qualibet libra. Ord. Senatus 19. Julii
1628. §. *reſpectu*; & 22. Septembris 1639.

Sportularum Theſaurarii debent eas exigere in pecunia juxta valorem Proclamatum.
6 Ord. Senat. 31. Maji 1617., 15. Martii 1623., habere debent librum diſtinctum,
7 in quo ſingulæ pecuniarum parcellæ, earumque ſpecies, & a quo, & qua de cauſa
exactæ, deſcribantur cum relatione ad librum, & folium proceſſus, ſuper quo ſecu-
tæ ſunt ordinationes, vel relationes, pro quibus aliqua pecunia exacta ſit, & co-
piam ſimilem extractam a dicto libro, tenentur remittere ad Theſaurarium Senatus.
8 Ord. Senat. 14. Januarii 1702.; & facere debent confeſſiones ſingulis ſolventibus
9 Sportulas, ſaltem ubi ſumma aſcendit ad libras 12. & ſolidos 15. Ord. Senat. 17.
Novembris 1657., 20. Julii 1695. §. *non licere*; & ubi non exigant integram
10 Sportulam tempore factarum ordinationum, tenentur de proprio. Ord. Senat. 30.
11 Auguſti 1640., & etiam eorum hæredes, ſalvo ipſis jure contra debitores. Ord.
Senat. 22. Martii 1642., 23. Aprilis 1637.

Theſaurarii Majoris Magiſtratus tenere debent librum, in quo notentur ſolutiones
12 Sportularum, quæ fiunt ab Officialibus Minoris Magiſtratus. Ord. Senat. 19. Julii
1628. §. *ad tollendum*.

Sportula exigi debet pro ſingulis delictis diverſi generis, vel etiam ejuſdem, ſed ex
13 intervallo commiſſis; niſi delicta facta ſint eodem tempore, & tendant ad eun-
dem finem. Ord. Senat. 8. Martii 1595., 4. Junii 1641., 9. Martii *1697.*; exi-
14 gitur pro tribus tantum in caſu multorum complicum de eadem familia, & in
15 communione viventium. Ord. Senat. 19. Julii 1628. §. *quod ſpectat*; & pro Con-
ſtitutis, tot exiguntur honoraria, quot ſunt delicta. Ord. Senat. 11. Martii 1625.,
7. Octobris 1643.

Debentur Sportulæ pro relationibus cauſarum, in quibus Judices referre, vel conſule-
16 re tenentur. Ord. Senat. 23. Auguſti 1639.; pro ordinationibus dicentibus non
17 poſſe criminaliter procedi, etiam ſi addatur: *ſalvo jure procedendi de calumnia, &
ſalvis juribus partium in judicio civili*. Ord. Senat. 6. Aprilis 1691. §. *quando*; pro
18 liberationibus factis etiam ſine inſtantia partis. Ord. Senat. 10. Januarii *1696.* §. *quarto*;
19 & etiam pro compoſitionibus factis per Judices, & tali caſu tot Sportulæ debe-
bantur Senatui, quot exiguntur pro Curia. Ord. *ut ſupra* §. *nono*.

Exigi debent Sportulæ etiam pro liberationibus factis ſub prætextu defectus inditio-
20 rum ad formandas inquiſitiones, ubi verè extent indicia; & a Reis conſtitutis,
perinde ac ſi exceptiones ad eorum defenſionem productæ fuiſſent. Ord. Senat. 23.
Aprilis 1637., & pro liberationibus a Judicibus factis in cauſis Senatui referibili-
21 bus, exigi debent etiam pro omiſſa relatione. Ord. Senat. *ut ſupra*, & 21. Julii,
& 23. Auguſti 1639.

Solvi debent Sportulæ etiam in cauſis ſuſpenſæ tantum criminalitatis, & quomodo.
22 Ord. Senat. 6. Aprilis 1691. §. *cenſuit*; & etiam a Negotiorum Geſtoribus,
23 Campariis, Famulis, & aliis, ubi in eis ex proceſſu reſultet aliqua mala fides.
24 Ord. *ut ſupra*. §. *negotiorum*; & quænam ſolvi debeant, quando poſt inflictum
Reatum e carceribus relaxantur Rei ſub fidejuſſione. Ord. Senat. 10. Januarii
1686. §. *quarto*.

Pro relationibus factis per literas, tot debentur Sportulæ, quot ſolvi debent pro
25 relationibus definitivis, & ſtatuum cauſarum. Ord. Senat. 10. Januarii *1696.*
26 §. *ſeptimo*; & pro ordinationibus relaxatoriis, tot debentur honoraria, quot ſunt
delicta. Ord. Senat. 4. Septembris 1641.

Pro gravaminibus excitatis a Syndicatoribus ex officio, Sportulæ exiguntur ſolum
27 pro quinque capitibus, etiam ſi ſit major numerus gravaminum. Ord. Senat. 3.
Auguſti 1634.

Vigore recenſiti Ordinis prætendebat quidam Syndicandus, idem ſervandum eſſe in
querelis, ut quantæcunque eſſent, nonniſi pro quinque exigerentur; Senatus vero,
28 referente Magnif. Senatore Lambertengo, cenſuit die 16. Januarii 1643. pro gra-
vaminibus formatis ad querelam, & inſtantiam partium, tot honoraria exigi
debere, quot ſunt gravamina; tum quia ceſſet ratio in dicto Ordine expreſſa,

ne

Digitized by Google

ne Syndicatores plura gravamina lucri ſtudio excitent, cum querelæ a voluntate partium pendeant; tum quia in querelis, ſi indebitæ ſint, earum expenſæ repetuntur, & plerumque duplicatæ a Partibus – Egr. Secret. Comite Majoragio.

Senatui debebantur Sportulæ in eadem quantitate, quæ debetur ſingulis Judicibus
29 Condelegatis. Ord. Senat. 11. Auguſti 1640.; & unica, & non duplicatà Sportula exigi debet pro cauſis, in quibus aliquis Senator, vel Adminiſter ſit adjunctus Judici in conſtructione proceſſus. Ord. Inviƈtiſſimi Imperatoris CAROLI VI. 29. Oƈtobris 1711., Ord. Senat. 5. Decembris ejuſdem anni.

Pro Senatu exigebantur Sportulæ etiam pro deliƈtis, quæ partis remiſſione tolluntur.
30 Ord. Senat 10. Januarii 1686. §. *tertio*; item in cauſis pœnarum ſtatutariarum,
31 & compoſitionum, & erant tantundem ejus, quod exigitur pro Judicibus. Ord. Senat. 19. Julii 1628. §. *approbavit*; & exigi debebantur eodem contextu exaƈtionis
32 ſalarii Sententiarum. Ord. Senat. 1. Maji 1675., qui incipit *cum non deceat*.

Plures alii caſus, in quibus debentur Sportulæ, recenſentur in Ord. Senat. 21. Julii
33 1639., quidve pro ipſis exigendum ſit, habetur in Taxa diei 16. Martii 1658.
34 *impreſ. inter Ord. Senat.*; & quando exigi debeat medietas relationis, cavetur in
35 Ord. Senat. 3. Junii 1637.

Conſtito de miſerabilitate, nullum honorarium exigitur; ſi vero de paupertate tantum
36 legitimè conſtet, tunc exigitur medietas. Ord. Senat. 3. Januarii 1628.; & atteſtationes miſerabilitatis, vel paupertatis debent admitti in quocunque caſu ſolutionis,
37 etiam ſi agatur de ſalario debito Senatui. Ord. Senat. 26. Februarii 1639.

Theſaurarii autem Sportularum non poſſunt recipere atteſtationes paupertatis, vel
38 miſerabilitatis, niſi poſt votum Fiſci fuerint ſubſignatæ ab altero Senatorum Dele-
39 gatorum. Ord. Senat. 8. Februarii 1685., & reſpeƈtu Curiarum Forenſium, niſi ſint etiam ſubſcriptæ ab eorum reſpeƈtivis Prætoribus, & Fiſcalibus. Ord. Senat. 15. Maji 1685.; pro integro autem exiguntur Sportulæ a Judicibus admittentibus hu-
40 juſmodi atteſtationes in fraudem faƈtas. Ord. Senat. 14. Junii 1637., & 14. Januarii 1639.

Non debentur Sportulæ pro ordinatione liberatoria illorum, qui aliqua pœnâ corpo-
41 rali, vel pecuniaria mulƈtati ſunt. Ord. Senat. 21. Julii 1639.; neque pro ordinatio-
42 nibus declarantibus cauſam eſſe remittendam ad Majorem, vel Minorem Magiſtratum. Ord. Senat. 31. Auguſti 1679.; nec pariter pro conſtituto inculpatorum de-
43 tentatorum, ſive de uno tantum deliƈto agatur, ſive etiam de pluribus. Ord. Senat. 23. Aprilis 1637.

Communitates moleſtari non poſſunt pro debito Sportularum contraƈto a Prætoribus
44 Feudalibus, & moleſtia dirigenda eſt contra ipſos, eorumque bona, & Fidejuſſores. Ord. Inviƈtiſſimi Imperatoris CAROLI IV. 29. Oƈtobris 1711., Ord. Senat. 5. Decemb. ejuſdem anni.

Sportulæ ſolvi debent juxta Ordines a Reis obtinentibus gratiam a S. E., Ord. Senat.
45 14. Januarii 1679. 7. Julii 1702.; exiguntur pro quolibet capite deliƈti, etiam ſi
46 dati non ſint Reatus, in quantitate exigi ſolita a Gratiatis. Ord. Senat. 8. Januarii 1643.; pro liberationibus gratioſis in caſibus, in quibus non requiritur Partium re-
47 miſſio, ſolvi debent juxta taxam præſcriptam pro executione Indulti. Ord. Senat.
48 7. Maji 1717., quidve exigendum ſit pro honorario, ſive Sportulis pro præſentatione Gratiarum, & ordinatione liberatoria pro illarum executione, habetur in Ord. Senat. 31. Maji 1617.

In cauſis Statutariis Sportulæ exigi non debent ultra taxam 16. Martii 1658., etiam ſi
49 ſuperveniat remiſſio. Ord. Senat. 13. Novemb. 1679. §. *ad oƈtavum*; pro ordina-
50 tionibus faƈtis pro executione decretorum Senatus, quando exigi debeant juxta caput 51. vel 65. diƈtæ Taxæ generalis anni 1658., habetur in Ord. Senatus 10.
51 Januarii 1686.; & a Reis de extraƈtione Bladorum exigi debent juxta ſupradiƈtam Taxam generalem Senatus, non vero juxta Taxam Magiſtratus 25. Januarii 1625., ut ſanxit Senatus in ejus Ordine diei 28. Septembris 1693.

Taxatio Sportularum competit Theſaurario Senatus, & Delegato Generali Sportula-
52 rum cumulativè. Ord. Senat. 21. Julii 1677., 20. Julii 1695.; parcellæ Sportula-
53 rum relevatæ a Delegato Generali non poſſunt augeri, vel minui, niſi re ad invicem participata cum Theſaurario Senatus. Ord. Senatus 18. Januarii 1684., & diƈti anni 1695.; & Sportularum taxationes concordatæ inter Theſaurarium Sena-
54 tus, & Delegatum Generalem executioni mitti debent, nec aliter contra ipſas reclamari poteſt coram altero ex Senatoribus Delegatis. Ord. Senat. 20. Julii anni 1695.

A taxa-

A taxationibus vero Sportularum factis a Delegatis, ſive Theſaurariis Forenſibus da-
55 tur reviſio, pro qua Senatores Delegati uti poſſunt operâ Theſaurarii Senatus, vel
Delegati Generalis Sportularum, & quid ſervandum ſit in editione ejuſmodi revi-
ſionis, præſcribitur in Ord. Senat. 14. Maji 1693. §. *Delegatum*; in aliis autem
56 cauſis ſportulariis, ſi appellari contingat a ſententiis latis, appellatio admittitur ſo-
lum quoad devolutivum. Ord. Senatus 21. Auguſti 1640.

Sportulæ non præſcribuntur. Ord. Senat. 17. Julii 1677., earumque ſolutio differri non
57 poteſt a Reis ſub prætextu, quod ſint gravati a Judicibus. Ord. Senat. 18. Sep-
tembris 1641.; earumque debitores compelli poſſunt ad ſolutionem per citationes,
58 & executiones reales, & perſonales a Theſaurario Senatus privativè. Ord. Senat.
21. Julii 1677., 18. Januarii 1684., 20. Julii 1695.; etiam in forma Cameræ, &
prout continetur in Ord. Senat. 19. Julii 1628. §. *reſpectu;* ſervata tamen Conſti-
59 tutione *de bonis in ſolut. dand.*, ubi ſequatur bonorum apprehenſio, & tali caſu ſub-
haſtationes fieri debent auctoritate Judicum Ordinariorum locorum, in quibus ſita
ſunt bona. Ord. Senat. 14. Januarii 1639.

Exactio Sportularum impediri non poteſt a Gubernatoribus, Officialibus Militaribus,
60 aliiſque Juſtitiæ Adminiſtris. Ord. S. E. 20. Septembris 1675., 27. Julii 1693.;
61 pro executione Sportularum, & expenſarum cavalcatæ, executio fieri poteſt inci-
tatis Reis. Ord. Senat. 13. Novemb. 1679. §. *ad decimum quartum;* & Superſeſ-
62 ſoriæ in materia Salariorum, & Sportularum debent præſentari, & dimitti in Actis
Theſaurarii Senatus, aliter non debent attendi. Ord. Senatus 11. Septemb. 1675.

Honorarium mediæ relationis non debetur, niſi in caſibus, in quibus Ordines man-
63 dant fieri relationem; honorarium vero proceſſus debetur tantum in caſu, quo quis
64 ſit Reus. Ita referente Magnif. Senatore Bracherio declaravit Senatus die 31. Julii
1662. -- Egr. Secret. Maddio.

Sportulæ, & expenſæ ſolutæ pro reſcribendo ſtatu cauſæ, compenſari debent in defi-
65 nitiva. Ita decrevit Senatus die 18. Februarii 1666. in caſu Repoſſii -- Egr. Secret.
Annono.

Pater non tenetur pro expenſis cavalcatæ faciendæ per Judicem pro perfectione pro-
66 ceſſus contra filium. Ita ad relationem Egr. Capitanei Juſtitiæ cenſuit Senatus die
9. Maji 1672. pro Migliachetto, in cauſa homicidii ab ejus Filio patrati, non ob-
ſtante contrario Curiæ voto -- Egr. Secret. Maddio.

Tenetur vero ad Sportularum ſolutionem pro liberando Filio in carceribus exiſtente,
67 quia hujuſmodi liberatio æquiparabilis eſt cauſæ alimentorum. Ita referente Ma-
gnif. Marchione Erba ſanxit Senatus die 2. Decembris 1677. in caſu Carenzolæ
Domus Oſſulæ -- Egr. Secret. Ceſato.

AD CONSTITUTIONEM.

(a) Ad §. *Omnibus* verb. *Advocatis*, *&* *Syndicis Fiſcalibus*.

68 Sportulæ non debentur Fiſcalibus pro liberationibus factis vigore decreti gratioſi. Ord.
Senat. 9. Novemb. 1605.

Fiſcales Curiarum nullum prorſus honorarium accipere poſſunt pro relationibus ſtatus cau-
69 ſæ faciendis a Judicibus juſſu Senatus, ut præſcribitur in ejus Ordine 15. Octobris 1615.

(b) Ad verba *accipiant*, *neque acceptent &c.*

Idem pluries ſanxit Senatus, nempè in Ord. 26. Novemb. 1541., 8. Auguſti 1669.,
70 6. Februarii 1672., 16. Aprilis 1674., 17. Auguſti 1679.

(c) Ad §. *Parique modo* verb. *Notariis*, *Scribis*.

Renovata eſt prohibitio etiam quoad Notarios, & Scribas in Ord. Senat. 8. Auguſti
71 1669., 6. Februarii 1672., 17. Auguſti 1679.

(d) Ad verba *Commentarienſibus*, *&* *aliis*.

Prohibitum etiam eſt Baricellis, & Satellitibus, Natalitio, & quocunque alio tem-
72 pore exigere, aut a ſpontè dantibus accipere xenia, & ſtrenas; & Baricelli non
poſſunt pariter aliud accipere ab eorum Locum-Tenentibus, aut a Satellitibus pro
eorum electione. Proclama 29. Januarii 1618. *in Cridario anni* 1688. *in fine pag.
mihi* 234.

(e) Ad

Digitized by Google

(*e*) Ad §. *Judices* verb. *Salarium accipere non poſſint*.

Judices in cauſis criminalibus accipere poſſunt Sportulas juxta taxam a Senatu fa-
73 ɛtam die 16. Martii 1658., etiam ſi de publico ſalarium habeant. Proclama *ut ſu-
pra* §. *finalmente*.

(*f*) Ad verba *ſalarium ſententiarum*.

Salarium deberi pro ſententia declarante Appellationem eſſe deſertam, deciſum fuit
74 die 20. Decembr. 1611. ab Abbatibus Collegii Cauſidicorum, & Notariorum hujus
Urbis Hieronymo Rubeo poſtea Syndico Fiſcali, & Ferrando Doſſena poſtea pa-
riter Syndico Fiſcali, & Auctore Tractatus *de Salariis Sentent.*
Propoſito in Senatu, an deberetur ſalarium pro approbatione Tranſactionis ineundæ
inter Communitatem Modoetiæ, & Ducatum Mediolani, auctorantibus Præſide,
75 & Senatore Delegato, cenſuit Senatus die 27. Martii 1642. deberi, quia cognitio
cauſæ habenda a Præſide, & Senatore ad id Deputatis, conſiderari debet tamquam ha-
bita a toto Ordine, qui in hujuſmodi caſu conſuevit ſalaria recipere.
Facto verbo in Senatu de ſalario deponendo per Com. Sacramorum Bologninum pe-
tentem votum Senatus, an poſſet in præjudicium Vocatorum inſtituere Primoge-
nium in ſua portione Feudi Sancti Angeli, lectoque exemplo, quod in hujuſmodi
conſultivis reſponſionibus ad Excellentiſſimum Gubernatorem conſuevit ſalarium
76 exigi, prout a Magnif. tunc Senatore Picenardo poſtea Præſide exactum fuit de
Conſilio Abbatum Notariorum, concluſum fuit die 19. Julii 1642. ſalarium deberi.
Pro ſalario ſententiæ Senatus declarantis fideicommiſſum, poſſunt apprehendi, & alie-
77 nari bona etiam fideicommiſſo ſubjecta. Ita referente Magnif. Marchione de Cleri-
cis declaravit Senatus die 2. Octobris 1662. in caſu Marchionis Roſſetti -- Egr.
Secret. Beleredio.
Salarium debetur habito reſpectu ad petitionem. Ita referente Magnif. Senatore Stam-
78 pa decidit Senatus die 27. Novembris 1671. in caſu controverſiæ vertentis inter
Cauſidicum Cavenagum, & Actuarium Gabrinum -- Egr. Secret. Gradignano.
Debetur ſalarium ſententiæ pro petitione ab Actore porrecta, etiam ſi Reus nihil reſpon-
79 derit. Ita referente Magnif. Marchione Erba decrevit Senatus die 10. Julii 1673.
pro Friſiano -- Egr. Secret. Oliverio.
Si Reus conventus pro quodam fideicommiſſo renunciet exceptionibus propoſitis, ſala-
80 rium ſententiæ debetur pro medietate, non obſtante hujuſmodi renunciatione. Ita
referente Magnif. Com. Siccoborella decidit Senatus die 5. Septembris 1678. --
Egr. Secret. Oliverio.
Antonius Maria Martellus condemnatus in ſalario binæ ordinationis contra ipſum
latæ, & pulſatus ad illud ſolvendum a Joſeph Maria Maino Actuario civili in
Regio Officio Capitanei Juſtitiæ, eidem tranſmiſit præceptum appellationis ex Or-
dine Judicis Ordinarii, moxque nulla adhuc conteſtata lite ſuper rejectione, vel ad-
miſſione appellationis, recurſum habuit ad Senatum, petendo decerni ſibi licere uti
jure ſuo in remedio aſſertæ appellationis, iſtamque quoad utrumque effectum ad-
mitti, ſin minus audiri in via recurſus cum ſuperſeſſoria. Relata hac controverſia
81 die 1. Februarii 1719. per Magnif. Marchionem Goldonum Vidonum, cenſuit Se-
natus audiendas partes cum Advocatis ſine ſuperſeſſoria.

DE APPELLATIONIBUS.

PLuſquàm neceſſarium erat in hoc Dominio providere de Judicibus, qui in cauſis appellationum cognoſcerent. Ea propter ſancitum eſt, quòd latâ ſententiâ, à qua liceat appellare, (*a*) quilibet qui appellare voluerit, vel nullam dicere, (*b*) id teneatur facere intra terminum quatuor dierum (*c*) à die intimationis ſententiæ, (*d*) & non ultra, ad Judicem competentem. (*e*) §. Qua appellatione, vel nullitate interpoſita (*f*), teneatur appellans petere Judicem appellationis à Prætore, vel alio ſuperiore Magiſtratu illius

illius Civitatis, vel Terræ, ubi primo fuit judicatum. Qui Prætor, vel Magiſtratus ſtatim teneatur, & debeat omnibus juris remediis, Partes cogere ad dandum confidentes, de Collegio Dominorum Juriſperitorum (*g*) illius Civitatis, in qua, vel cujus Territorio judicatum fuerit, (*h*) ſi ibi confidentium copia erit, ſin minus unius ex Civitatibus proximioribus; & reperto Partium confidente, tunc Prætor ille, vel Magiſtratus, non jure ordinario, ſed præſentis Conſtitutionis virtute tamquàm Delegatus Principis, teneatur eidem confidenti (*i*) cauſam ipſius appellationis, & nullitatis committere audiendam, examinandam, & debito fine terminandam. (*l*) §. Quòd ſi altera Partium recuſaverit, vel neglexerit in termino ſtatuto confidentes ſuos dare, in ejus contumaciam, vel renitentiam, cauſa committatur uni ex confidentibus per alteram Partem datis. §. Is confidens cauſæ Commiſſarius non poſſit commiſſionem recuſare, & niſi fuerit de Partium voluntate, eidem dari adjunctus, vel ſocius, ad eam cauſam examinandum, decidendumve, non poſſit, jurareque teneatur (*m*) prout Judices in prima inſtantia ex forma harum Conſtitutionum, jurare tenentur. §. Qua commiſſioue ſic facta, inſtantia ipſius cauſæ (*n*) appellationis, & nullitatis habeat, & habere intelligatur dies viginti utiles tantùm, ad eam cauſam appellationis terminandum.

Teneatur appellans, vel nullam dicens, per ſe, vel Procuratorem ſuum, infra tres dies utiles (*o*) à die factæ commiſſionis (*p*) prædictæ, coràm eo comparêre, & petitionem ſuam in ſcriptis porrigere, (*q*) Partique eam intimare perſonaliter, vel (*r*) ad Domum habitationis, vel Procuratori, qui confidentes in cauſa dederit. Quæ petitio qualiſcunque ſit, dummodò tollerabilis, admittatur, & admiſſa ipſo jure eſſe intelligatur, nullaque litis conteſtatio exigatur, & item jurare, (*ſ*) ſe non dolo, nec calumnia, ſed credens juſtam fovere cauſam, appellaſſe, & nullam dixiſſe; & ſtatim ſatiſdare (*t*) de reſtituendo alteri Parti omnia damna, & intereſſe, ac expenſas litis (*u*) prædictæ, quæ paſſa fuerit, & quæ taxata fuerint per Judicem, ſi ſuccubuerit in cauſa appellationis, vel nullitatis, vel ſi ipſam appellationem non fuerit proſequutus; (*x*) alioquin ipſi appellationi renuntiaſſe intelligatur, (*z*) & prima ſententia firma remaneat, & executioni mittatur. (*aa*)

Poſt hæc ſtatim, & ſine intervallo ſtatutus ſit, & eſſe intelligatur appellanti, & nullam dicenti, & appellato, vel appellatis, vel his, contra quos de nullitate dicitur, terminus octo diernm utilium probandi, producendi, & oſtendendi, tàm ſuper appellatione, nullitate, iniquitateve dictæ ſententiæ, & aliis ad dictam cauſam pertinentibus, & quicquid ipſæ Partes, (*bb*) & quælibet earum facere voluerint. Ipſoque termino finito, ſtatim omnia agitata, producta, & oſtenſa, intelligantur ipſo jure publicata, & de eis utrique Parti copia fiat, ita demum ſi petita fuerit. §. Succeſſivè verò ſtatim intelligatur, & ſit ipſo jure ſtatutus utrique Parti terminus dierum ſex utilium, reprobandi, impugnandi, & excludendi quæcun-

Digitized by Google

cunque agitata, & producta in eo primo termino. Et ſi aliqua Partium in ipſo termino reprobatorio, capitula, vel articulos produxerit ad reprobandum probata, & producta per alteram Partem in primo termino probatorio, Capitula ipſa, & articuli producantur per tres dies utiles ante finem termini reprobatorii, Parte præſente, vel legitimè citata, & datâ, vel oblatâ copiâ, aliter produci non poſſint, nec admitti. Et tunc liceat Parti, contra quam producta erunt, & alteri, cujus interſit, coadjuvare, & corroborare per legitimas probationes, producta, & probata in eo primo termino. Quo termino elapſo, omnia agitata in eo, ipſo jure publicata ſint, & omnes exceptiones ſint ſalvæ in fine litis, ut etiam ex alia Conſtitutione cautum eſt. §. Dehinc Partes compareant coram Commiſſario cauſæ, & ei deferant proceſſus, & omnia acta dictæ cauſæ, & denique omnia jura ſua. §. Qui Commiſſarius, eis viſis, & diligenter examinatis, & Partium allegationibus, quæ fieri voluerint, auditis, teneatur, & debeat eam cauſam diffinire, & terminare per ejus ſententiam diffinitivam in termino dictorum dierum viginti utilium.

Latâ ſententiâ in cauſa appellationis, vel nullitatis, in quantum confirmata fuerit *(cc)* prima ſententia lata in cauſa principali, non liceat ampliùs provocare, nec appellare à dicta ſententia. Nec nulla dici, nec eidem aliquo modo contrairi, *(dd)* nec contrà eam quicquàm excipi, vel opponi poſſit; ſed prout lata fuerit, executioni mittenda eſt omnibus juris remediis. §. Si verò per ipſam ſententiam latam in cauſa appellationis, vel nullitatis, fuerit dicta prima ſententia annullata, vel revocata, vel aliquo modo reformata, particulariter, vel in totum, tunç liceat ſuccumbenti in cauſa appellationis, vel nullitatis, & cuilibet alii, cui de jure licet appellare, vel nullam dicere ab ea ſententia pro ea parte, in qua primæ ſententiæ conformis non fuerit. Et hoc infra terminum quatuor dierum continuorum à die intimationis ſententiæ, & non ultra, ad Judicem competentem. Et intelligantur eſſe termini limitati in omnibus, & per omnia, prout in prima cauſa appellationis ſancitum eſt, congrua congruis referendo. §. Salvo quo ad inſtantiam, quia inſtantia ipſius ſecundæ appellationis durare habet vigintiquinque dies utiles, intra quos ſententia diffinitiva ferenda eſt, & quatenus fuerit conformis, *(ee)* omnibus juris remediis executioni mittenda eſt. *(ff)*

Inſtantia cauſæ appellationis prorogari, *(gg)* & ſuſpendi poteſt, prout etiam in cauſæ principalis inſtantia ex præſentibus Conſtitutionibus ſancitum eſt.

AD TIT. DE APPELLATIONIBUS.

Decis. et Annot.

HÆc Conſtitutio ſervanda eſt etiam in cauſis coram Senatoribus. Ord. Senat. 22.
1 Novemb. 1560., & Appellantibus coram Senatu ſtatui debet terminus menſis
2 ad deponendum ſalarium, quo elapſo, & non facto depoſito, executioni mittenda
eſt prima ſententia. Ord. Senat. 3. Junii 1622.

Digitized by Google

Appellationis remedio ubi conſuli poteſt, nullæ fiunt proviſiones per Senatum, & Par-
3 tes ad eorum Judices remittuntur; & appellationis cauſa ſuper articulo principali
4 an, & quando trahi poſſit ad Senatum. Ord. ejuſdem 11. Auguſti 1616. §. *in cau-*
5 *ſa*, & §. *in cauſa appellationis*; & articulus admittendæ nec ne appellationis pro-
poni non debet coram Senatu in caſibus, qui ſpectant Judicibus inferioribus. Ord.
Senat. 9. Julli 1675.

Appellatione rejecta a Senatu quoad utrumque effectum, appellans ſolvere debet to-
6 tum ſalarium; quoties vero admittitur, quoad devolutivum tantum, tunc ſalarium
ſolvitur ab utroque pro medietate. Ord. Senat. 9. Julii 1665.; & appellatione re-
jecta a Senatu quoad utrumque effectum, ſuccumbens ultra ſalarium, remanet etiam
7 condemnatus in expenſis, quarum taxatio fieri debet per Secretarium hebdomada-
rium. Ord. Senat. 7. Septembris 1682.

Interpoſita appellatione coram Senatu a ſententia in cauſa onerum, illius executio
8 retardari non debet ultra trimeſtre. Ord. Senat. 10. Januarii 1548., cujus obſer-
vantia demandatur in Proclamate 16. Martii 1643., & in Ord. Invictiſſimi Impe-
9 ratoris Caroli VI. diei 29. Octobris 1711. Quomodo autem hoc procedat vide
meas annotat. ad dictum Ord. anni 1548., & ad Ord. Senat. 31. Auguſti 1584.

Cauſæ appellationum a ſententiis Magiſtratus, Capitanei Juſtitiæ, & ejus Vicarii
10 committi non poſſunt deciſioni unius Senatoris, ſed decidi debent a toto Senatu.
Ord. Reg. 28. Maji 1604. *impreſ. inter Ord. Senat.*

AD CONSTITUTIONEM.

(a) Ad §. *Pluſquam neceſſarium* verſic. *a qua liceat appellare*.

Appellatio a ſententia a Senatore domi lata in cauſa per Senatum avocata, & eidem
11 commiſſa, non excedente aureos centum de capitali, admittitur quoad devoluti-
vum rejecto ſuſpenſivo. Ord. Senat. 22. Auguſti 1686. *il primo n.* 22.

Datur appellatio a ſententia lata ſuper deſertione appellationis. Ita referente Magnif.
12 Senatore Confalonerio cenſuit Senatus die 10. Julii 1619. admittendo appellatio-
nem quoad utrumque effectum, quam Judex appellationis admiſerat quoad devoluti-
vum tantum.

A proviſionali non admittitur appellatio. Ita referente Magnif. Senatore Gallarato
13 decidit Senatus die 10. Aprilis 1616. in cauſa Annæ Bagnariæ contra Marchionem
14 Paulum Antonium Pallavicinum --; die 12. Novembris 1661., referente Magnif.
Senatore Pattellano --; & referente Magnif. Senatore Calcho die 5. Maji 1688. fa-
15 vore Communitatis Caſtellatii Provinciæ Alexandrinæ contra Comites Bartholo-
mæum Mariam, & Fratres Vicecomites.

In Criminalibus non habet locum appellatio quoad intereſſe partis, & rejicitur, cum
16 pars uti debeat remedio recurſus ad normam Conſtitutionum. Ita referente Magni-
fico Senatore Carillo decrevit Senatus die 16. Februarii 1661. in cauſa Carpani
detenti, & querelati de furto, mox condemnati a Capitaneo Modoetiæ in dam-
nis, & expenſis.

Admittitur appellatio a comdemnatione expenſarum, quando non agitur de expenſis
provenientibus ab eadem ordinatione, ſed de expenſis factis per alios in alio ju-
17 dicio. Ita declaravit Senatus die 11. Octobris 1604. favore Antoniæ Simonettæ
Matris, & Tutricis Hieronymi de Rhaude.

Appellatio rejicitur poſt obtentum terminum a Senatu ad ſolvendum debitum. Ita
18 referente Magnif. Senatore Marchione Caxa ſanxit Senatus die 1. Julii 1665. in
caſu Manuſardi -- Egr. Secret. Belcredio.

A taxa expenſarum litis appellatio non datur. Ita referente Magnif. Com. Siccobo-
19 rella decidit Senatus die 2. Junii 1673. in cauſa inter J. C. Tortum, & Com. Moro-
num -- Egr. Secret. Oliverio.

Appellationem ab Ordinatione Congregationis Patrimonii hujus Urbis ſuper pertica-
tu, reſpiciente tantum intereſſe partium inter ſe collitigantium, cenſuit Senatus eſſe
20 admittendam die 19. Decembris 1672., referente Magnif. Senatore Caſato, in cauſa
inter Congregationem S. Joannis *la Concha*, & alios -- Egr. Secret. Sadarino.

Sententia ordinans dationem bonorum in ſolutum, eſt appellabilis, etiam ſi agatur de
21 tertio, qui ſe obligavit ſolvere priori Creditori cum animo ingrediendi in ejus lo-
cum, jus, & ſtatum, & etiam ſi agatur de debito a principio proveniente ex Im-
22 preſia Camerali. Ita referente Magnif. Com. Siccoborella declaravit Senatus die

28.

Digitized by Google

28. Novembris *1663.*, in caſu Gabrini cum Leonardis -- Egr. Secret. Coſſa.
Non datur appellatio ab Ordinatione Curiæ, declarante cauſam eſſe civiliter cogno-
ſcendam, quia poſſunt Partes habere recurſum ad Senatum, quoties in aliquo gra-
23 vatæ remanerent. Ita referente Magnif. Comite Burro decrevit Senatus die 23. Ja-
nuarii *1676.* in cauſa inter Pallavicinos Novarienſes, & alios ejuſdem Civitatis --
Egr. Secret. Oliverio.

Remedium appellationis non competit adverſus Electionem, cum non agatur de actu
judiciali facto per viam contentioſæ juriſdictionis, ſed per viam æconomicæ admi-
niſtrationis, & ob plura abſurda, quæ ſequi poſſent ex uſu hujuſmodi remedii in
præjudicium publici boni. Ita referente Magnif. Marchione de Roſales, declaravit
24 Senatus die 23. Januarii 1731. in caſu appellationis a J. C. Claro altero ex Syn-
dicis Ducatus interpoſitæ adverſus electionem Egr. Solivettæ ex Egregiis Vicariis
Generalibus in Advocatum ſupranumerarium Congregationis Status -- Egr. Secret.
Gallarino.

Quando appellatio eſt manifeſtè frivola, & calumnioſa, conceduntur a Senatu Lite-
25 ræ, ut ea non obſtante procedatur ad ulteriora, & hujuſmodi Literæ non dantur
Judici a quo, ſed dari debent Judici ad quem. Ord. Senat. 17. Novembris 1727.,
& Judex a quo non poteſt amplius procedere, etiam ſi ejus favore obtentum fuerit
decretum a Cancellaria Secretiori, ut poſt alios caſus, referente Magnif. Marchio-
26 ne Erba, declaravit Senatus die 13. Martii *1669.* in caſu Arnati cum Univerſitate
Merzariorum, datis literis Vicario Proviſionum Judici ad quem -- Egr. Secret.
27 Annono --; & Judex a quo non poteſt procedere, niſi accedente diſpenſatione Se-
natus. Ita decretum fuit die 28. Novembris *1664.*, referente Magnif. Senatore
Pattellano, in caſu J. C. Sardi -- Egr. Secret. Coſſa.

Nec Judex a quo poteſt ſuam ſententiam executioni mittere, non obſtante appellatio-
ne frivola, vigore decreti Cancellariæ Secretioris, quia hoc eſt contra jus, & Or-
dines Senatus, maximè quando agitur de appellatione interpoſita coram Senatu a
28 ſententia lata per Egr. Capitaneum Juſtitiæ. Ita referente Magnif. Com. Siccobo-
rella declaravit Senatus die 4. Junii *1666.* -- Egr. Secret. Belcredio.

Appellationem ab Ordinatione Abbatum Collegii Cauſidicorum hujus Urbis mandan-
29 te novam commiſſionem pro habendo conſilio Sapientis fieri debere ſer. ſer., reje-
cit Senatus quoad utrumque effectum die 24. Novembris 1703. ſuper precibus Jo-
ſeph Marelli.

Sententia conſervationis indemnitatis recipit appellationem ad *text. in l. cum eorum.*
30 C. *de ſentent. & interlocut.*; niſi lata ſit in executionem promiſſionis juratæ ipſius
indemnitatis. Ita declaravit Senatus menſe Auguſti 1618. pro Gaſpare Antonio
Taccono contra Cauſidicum Languſchum.

Appellatio non admittitur a ſententia ſive in favorem, ſive contra debitorem lata
ſuper ejuſdem detentione ob ſuſpicionem fugæ. Ita decrevit Senatus die 6. No-
31 vembris 1593. ex ejuſdem reſcripto Executoribus Regiæ Cameræ tranſmiſſo, &
emanato ſuper precibus Tiberii Sylvæ, & Julii de Sancto Ambroſio.

A ſententia lata a Judice Stratarum ſuper earundem refectione, appellatio admittitur
32 ſolum quoad devolutivum, & exequitur. Ita Senatus decrevit anno 1593.

Appellatio a ſententiis latis a Congregatione Banci S. Ambroſii contra ejuſdem Con-
33 ductores, & Debitores, admitti debet quoad devolutivum tantum, ex Ord. Reg. 15.
Novembris 1751.

(*b*) Ad verba *vel nullam dicere*.

De nullitate ſententiæ ob lapſum inſtantiæ, ſeu fatalium, non poteſt dicere qui cita-
vit pro prorogatione inſtantiæ, & inſtetit media peremptoria citatione ferri ſenten-
34 tiam. Ita decidit Senatus die 28. Novembris 1735. favore J. C. Gaſparis Somatii
Actuarii Generalis cauſarum civilium contra Auguſtinum Marellum.

(*c*) Ad verba *intra terminum quatuor dierum*.

Appellatione intra tempus præſcriptum interpoſita, cauſa omnino committi debet ſer-
35 vata norma Formularii Cancellariæ Senatus. Ord. ejuſdem 22. Auguſti *1686. n.*
14.; juxta autem Formularium dictæ Cancellariæ dantur literæ pro admittenda,
vel rejicienda appellatione intra decem dies; & iſte terminus præſcriptus ad de-
cidendum articulum, an cauſa ſit appellabilis necne, non niſi bis ad ſummum
36 & maxima ex cauſa prorogatur, & petens ejuſmodi prorogationem tenetur expri-
mere, an alias, & quoties terminus ipſe fuerit prorogatus; alioquin obtenta

prorogatio eſt nulla, & pro non conceſſa habetur. Ord. Senat. 2. Auguſti 1566.
Quando nullitas eſt notoria, & reſultat ex Actis, poteſt allegari, & proponi etiam
37 poſt lapſum horum dierum. Ita cenſuit Senatus die 31. Octobris 1590. favore Augu-
38 ſtini Parpallionei, & 20. Maji 1606. in cauſa Hieronymi Ternelli cum Valvaſſore.
Preces Senatui intra debitum tempus porrectæ, habent vim appellationis, vel nullita-
39 tis dictionis. Ita declaravit Senatus die 11. Octobris 1604. favore Antoniæ Simo-
nettæ Matris, & Tutricis Hieronymi de Rhaude.
Porrectis Senatui intra terminum hic præſcriptum precibus appellationis, & extenſa
jam minuta, mox deperditis in Cancellaria; conſtito de veritate facti per atteſtatio-
40 nem Coadjutoris, & auditis Egregiis Secretariis, dictum fuit a Senatu die 1. Junii
1669. denuo eſſe admittendas preces, referente Magnif. Com. Loayſa -- Egr. Se-
cret. Maddio.

(*d*) Ad verba *a die intimationis ſententiæ*.

Loco intimationis ſententiæ ſufficere citationem ad videndum exhiberi, & in Actis
41 produci ſententiam, quandoque cenſuit Senatus, nempe die 11. Junii 1562. in cau-
42 ſa vertente inter Sorores Monetas, & Conſortes Daverios --; die 7. Maji 1568.
43 inter illos de Ambroſiis, & Fratres de Comite --; & die 2. Aprilis 1590. ſuper pre-
cibus Jo. Ambroſii Cazanigæ datis literis Vicario Prætorio; & in hoc caſu traſmiſ-
ſa fuerat citatio ad videndum ſententiam præſentari in Actis, fueratque parti da-
ta copia.
Ab hac opinione expoſt receſſit Senatus; & intimationem ſententiæ eſſe neceſſariam,
44 etiam ſi pars adverſa de ea ſcientiam habuerit, declaravit Senatus die 5. Maji
1594. in cauſa Franciſci Puricelli cum Nicolao Cardano, referente Magnif. Sena-
tore Gluſſiano --; die 3. Novembris 1607. in cauſa vertente inter Sfortiam, &
45 Conſortes Attendulos de Bologninis, & Com. Galeatium, & Fratres pariter Atten-
dulos de Bologninis Filios, & Hæredes Com. Sacramori.

(*e*) Ad verba *ad Judicem Competentem*.

Appellationes a ſententiis Prætorum Feudalium devolvi non poſſunt ad eorum Audi-
46 tores. Ord. Senat. 11. Januarii 1558.; & literæ appellationum in cauſis Mercato-
47 rum præſentari debent eorum Abbatibus, & Officio. Ord. Senat. 20. Junii 1579.

(*f*) Ad §. *Qua appellatione, vel nullitate interpoſita*.

Appellatione admiſſa abſtinendum eſt ab executione ſententiæ. Ord. Senat. 1. Martii
48 1628.; an autem, & quando per Senatum concedatur executio primæ ſententiæ,
49 non obſtante appellatione, habetur in Ord. Senat. 11. Auguſti 1616. §. *non fiant
expeditiones*.
Poſt intimatam, & admiſſam appellationem, obtineri poſſunt ab appellato literæ Se-
50 natus, ut ſtatuatur appellanti terminus dierum decem ad docendum de appella-
tione in devolutivo tantum, rejecto ſuſpenſivo. Ita referente Magnif. Senatore Com.
Areſio, cenſuit Senatus die 22. Junii 1679. in cauſa inter Luinos, & Airolum --
Egr. Secret. Maddio.

(*g*) Ad verba *de Collegio Dominorum Juriſperitorum*.

Anno 1590. die 19. Maji Senatus admittere noluit petitionem Communitatis Valen-
51 tiæ, ut ſibi liceret Collegium Juriſconſultorum erigere, cum in eo loco adeſſent
octo Juriſconſulti, ea ratione, quod deceat Collegia in Civitatibus tantum adeſſe.
Doctores de Collegio, in cauſis appellationum ſibi commiſſis, ſunt Judices Delega-
52 ti, & non poſſunt ſententias ſuas, ſi quas nulliter tulerint, reiterare. Ita decla-
ravit Senatus die 4. Auguſti 1590.

(*h*) Ad verſic. *in qua, vel cujus territorio judicatum fuerit*.

Appellationis cauſa committenda eſt non ſolum in loco, ubi prius judicatum fuit; ve-
53 rum etiam, ubi judicari debuit. Ita declaravit Senatus menſe Januarii anno 1584.
in cauſa vertente inter quoſdam de Roſignoriis, & Platis.
Delegatâ vero cauſâ in aliqua Civitate, in qua viâ ordinariâ cognoſci non poterat,
54 ibi quoque de ipſius appellatione erit cognoſcendum. Ita ſæpè judicavit Senatus,
& præſertim die 25. Junii 1591. ad preces Joannis Salchi de loco Petræ.
Committitur appellatio Juriſconſulto de Collegio illius Civitatis, in qua fuit inten-
55 tatum judicium, licet accidentaliter ſententia lata fuerit in alio loco; hinc in cau-

ſa

Digitized by Google

ſa vertente inter Sorores Triultias, & Benedictum de Salernis Cremonenſem coram
Ampliſſimo Senatore Prætore, qui deinde ſententiam tulerat Mediolani; a qua
cum appellaſſet Salernus, & peterent Sorores Triultiæ, ut cauſa committeretur
Juriſperito de Collegio Mediolani; cenſuit Senatus anno 1563. menſe Auguſti
cauſam eſſe committendam Juriſperito Collegii Civitatis Cremonæ.

In cauſa vertente inter Fantinum, & Freganeſchum, cum altera harum partium pe-
teret, cauſam appellationis committi in Magnif. Prætorem Cremonæ, ubi lata fue-
rat prima ſententia, vel per eundem Prætorem eam committi alicui ex ejus Judici-
56 bus, Senatus die 12. Novembris 1668. decrevit non eſſe recedendum a diſpoſitione
hujus Conſtitutionis -- Egr. Secret. Sadarino.

Super precibus Fontani, & Mondù e loco Caſalis Majoris, referente Magnif. Se-
57 natore de Puteo, Senatus die 19. Novembris 1668. diſpenſare noluit, ut cauſa
appellationis committi poſſet alteri Juriſperito, quam de Collegio, ad normam hu-
jus Conſtitutionis -- Egr. Secret. Maddio.

Avocatio cauſæ appellationis a ſententia lata favore J. C. de Collegio, non fit ad Se-
natum, ſed relinquitur ipſi Collegio ad normam Conſtitutionis. Ita referente Ma-
58 gnif. Com. Loayſa decidit Senatus die 24. Novembris 1670. in cauſa inter Gluſ-
ſianum J. C. C. Mediolani, & Marinum -- Egr. Secret. Maddio --; & referente
59 Magnif. Senatore Arconato die 14. Decembris 1671. favore Cribelli J. C. C. Me-
diolani -- Egr. Secret. Annono.

(*i*) Ad verſic. *Teneatur eidem Confidenti &c.*

Super mutuis reſponſis Caroli Sementii, Conſortum de Caſate, & Joannis Baptiſtæ
60 de Barnis Cremonenſium, cenſuit Senatus die 30. Aprilis 1588. cauſas appellationis
non eſſe committendas diverſis Judicibus, ſed uni tantum, qui priùs cognoſceret
ſuper nullitate.

(*l*) Ad verba *& debito fine terminandam.*

Sententia per hunc Confidentem lata, quamvis nulla, non poteſt reiterari, quia
61 jam functus eſt officio ſuo. Ita declaravit Senatus die 4. Auguſti 1590. in cauſa
vertente inter Magantias.

(*m*) Ad §. *Is confidens* verſic. *jurareque teneatur.*

Cum commiſſa fuiſſet cauſa appellationis J. C. C. Joanni Baptiſtæ Arconato, eaque
in Actis præſentata abſque ipſius ſubſcriptione, & ſic abſque juramento, contende-
bat Bernardus Lampugnanus ob id appellationem remanſiſſe deſertam: Joannes Bap-
tiſta Aldus Caſtellatius appellans, recurſum habuit ad Senatum, qui ſuper mutuis
62 precibus reſcripſit eidem Arconato datis literis die 9. Septembris 1610., ut non ob-
ſtante dicta oppoſitione ad ulteriora procederet, & juſtitiam faceret; & ſic decla-
ravit acceptationem poſſe fieri etiam ex intervallo per alios actus, puta per ſubſi-
gnationem libelli appellatorii, citationis ad allegandum, & ſimilium; ac juramen-
tum præſtari poſſe vel in fine cauſæ, vel etiam in prorogationibus inſtantiæ; quia
Conſtitutiones *hoc tit.*, *& ſupra de Judic.* non procedunt annullando.

(*n*) Ad §. *Qua commiſſione* verb. *inſtantia ipſius cauſæ.*

63 Appellationum cauſæ coram Senatoribus inſtantiam non habent. Ord. Senat. 2. Sep-
tembris 1559.

Inſtantiam etiam in cauſis appellationis ſuſtinere non tenentur Pauperes, etiam ſi poſſi-
64 deant fundum annui redditus librarum triginta. Ita referente Magnif. Marchione Caxa
declaravit Senatus die 14. Maji 1667. in caſu Pilloti, & Marinoni -- Egr. Secret. Coſſa.

Prorogationes inſtantiæ in cauſa appellationis debent non ſolum extrahi a Cancellaria
Senatus, ſed etiam præſentari in Actis Judicis appellationis monita parte, aliter
non admittuntur; etiam ſi fuerint præſentatæ poſt ſententiam declarantem appel-
lationem eſſe deſertam, & in recurſu habito ad Senatum, ut darentur literæ Judici
appellationis, quod cognoſceret in meritis, non obſtante ejus declaratione ſuper de-
65 ſertione. Ita referente Magnif. Senatore Com. Archinto, cenſuit Senatus die 22.
Junii 1672. pro Clerico Feſtoratio -- Egr. Secret. Annono.

Appellans ſuſtinere tenetur nedum inſtantiam, verum etiam Fatalia, quæ incipere a
66 die interpoſitæ appellationis, referente Magnif. Com. Gambarana, declaravit Se-
natus die 9. Decembris 1701. in cauſa inter Abbatem Petrum Ciprianum de Den-
tis, & Ferdinandum de Leva -- Egr. Secret. Belingerio.

Alias

Digitized by Google

Alias annot. & deciſion. quoad Inſtantiam, & Fatalia, & reſpectivas prorogationes, vide ſupra in tit. de Judic. §. Quod ſi prorogationes.

(o) Ad §. *Teneatur appellans* verſic. *infra tres dies utiles.*

Hunc terminum ſolet Senatus prorogare per alios tres dies, qui utiles & ipſi eſſe de-
67 bent. Ita referente Magnif. Senatore Gallarato declaravit Senatus die 11. Au-
guſti 1615. ad preces Georgii Ripariæ.

(p) Ad verba *a die facta commiſſionis.*

Si facta ſit commiſſio cauſæ in contumaciam, & libellus appellatorius non ſit produ-
68 ctus intra tres dies utiles præſcriptos, ſententia non tranſit in judicatum, quia di-
ctus terminus non habet locum, niſi a die ſcientiæ, & intimationis ipſius commiſ-
ſionis, ut ſciri poſſit, coram quo Judice præſentari debeat libellus. Ita cenſuit Se-
natus die 2. Auguſti 1575. ſuper precibus Dionyſii Carcaſſolæ, & Joannis Pauli
Sexti.

In cauſis appellationis coram Senatu, libellus porrigi debet termino tridui utilis, non
69 a die datarum literarum commiſſionis appellationis, ſed earum præſentationis, ut
declaravit Collegium Cauſidicorum, & Notariorum hujus Urbis menſe Junii 1585.

(q) Ad verſic. *petitionem ſuam in ſcriptis porrigere.*

Petitio, ſive libellus appellatorius ſubſcribi debet a Commiſſario cauſæ appellationis,
& ubi intra terminum prefixum ab ipſo ſubſcribi nequeat propter ejus abſentiam,
70 poteſt ſubſcribi ab uno ex Conſultoribus Juſtitiæ, ut declaravit Senatus die 17. Sep-
tembris 1670. in caſu Petri Antonii Bimii ob abſentiam Com. Barbovii -- Egr.
Secret. Annono --; vel ab uno Juriſconſulto de Collegio, ut referente Magnif.
71 Com. Loayſa, pariter declaravit Senatus die 26. Novembris 1670. in caſu cujuſ-
dam Ferrarii -- Egr. Secret. Maddio.

(r) Ad verſic. *partique eam intimare perſonaliter, vel &c.*

Anno 1589. die 28. Aprilis ad preces Hieronymi Pelizoni diſpenſavit Senatus poſſe
72 intimari libellum appellationis, & ſucceſſivè omnia Acta, uſque ad ſententiam in-
cluſivè domi habitationis Cencii Tabernæ Procuratoris in prima inſtantia quorum-
dam de Diſcalceatis, qui in longinquas partes receſſerant.

Si citatus ad videndum præſentari literas pro committenda appellatione, & ad eli-
gendum habitaculum, aliter ad eligendum Scalas Palatii, & deindè facto illo ab-
ſente, & facta electione ad dictas Scalas, intimatus ibi fuerit libellus; ſufficere
73 hanc intimationem declaravit Senatus die 15. Februarii 1583. pro Hyppolita Beſu-
tia contra Fratres Cattaneos ſuper mutuis precibus.

Ad preces Matthæi de Origo, & reſponſa Joannis Baptiſtæ Berettæ, Senatus die 1.
74 Julii 1593. habuit pro legitima & valida intimationem factam, non ſervata forma
ab hac Conſtitutione præſcripta,. cum conſtaret appellatum habuiſſe notitiam libel-
li, eique reſpondiſſe.

Obtentâ nomine Franciſci Alciati ſententiâ adverſus Joannem Ambroſium, & Joan-
nem Franciſcum Fratres de Gallis ab Egr. Capitaneo Juſtitiæ; ipſi appellarunt; &
cum dubii eſſent, ubi dictus Alciatus habitaret, degente ejus Uxore in domo Spe-
ctabilis Quæſtoris Archinti, obtinuerunt a Senatu dicti Fratres literas tenoris ſe-
75 quentis: *Per has noſtras edicimus, atque diſpenſamus valere intimationem citationis ad
videndum præſentari memoratas literas appellationis, & nullitatis dictionis, ac intima-
tionem memorati libelli, & quorumcumque aliorum actuum, ſeu citationum in recitata
cauſa, & ab indè dependentium uſque ad cauſæ expeditionem incluſivè, & etiam pe-
remptorii factas domi habitationis Egr. Quæſtoris Joannis Joſeph Archinti J. C., non ſecus,
ac ſi factæ eſſent perſonaliter, vel domi habitationis nominati Alciati; ſtatuto tamen
termino dierum decem Matri ejuſdem Alciati, ac ſupradicto Egr. Archinto Vitrico ad
eundem Alciatum monendum, an velit perſeverare in dicta jam facta habitaculi ele-
ctione, vel aliud velit eligere, allegatis in precibus contrarium diſponentibus non atten-
tis; quibus &c.* die 5. Auguſti 1606.

Libellus appellatorius ritè, & legitimè ad inſtantiam appellantis, intimatur domi
Cauſidici Partis adverſæ appellatæ, ubi ab eadem electum fuit habitaculum, quan-
do citavit appellantem ad videndum eidem ſtatui terminum ad docendum de appel-
latione, quia electio habitaculi dicitur ſubrogatio propriæ habitationis. Ita Senatui
76 ſignificavit Collegium Cauſidicorum hujus Urbis die 5. Septembris 1633., & ſuffi-

cere

Digitized by Google

77 cere intimationem ad habitaculum electum in cauſa appellationis, declaravit Sena-
tus die 23. Septembris ejuſdem anni.

(s) Ad verba *& item jurare &c.*

Senatus aliquando declaravit libellos appellatorios, in quibus aliquid deſuerat de for-
ma, eſſe ſervandos, prout ad inſtantiam Marchionis Guidi Cuſani, qui juraverat
78 tantum ſe non dolo, nec calumnia appellaſſe, & nullam dixiſſe ſententiam in om-
nibus &c. datis literis anno 1595.
Item in cauſa appellationis inter Com. Claudium Beccariam appellantem, & Com.
Franciſcum Cribellum, & Com. Ottonem Mandellum appellatos, ubi in forma jura-
79 menti appellantis loco verbi *nullam*, dixit *de nullitate*, cenſuit Senatus die 28.
Martii 1624. procedendum ad ulteriora allegato errore non attento.

(t) Ad verba *& ſtatim ſatisdare &c.*

Fidejuſſiones in cauſis appellationum quomodo accipiendæ ſint ab Actuariis, præſcribi-
80 tur in Ord. Senat. 26. Octobris 1557.
Quando fidejuſſio non invenitur in loco judicii, præſtari poteſt in loco domicilii.
81 Ita diſpenſavit Senatus die 10. Junii 1572. in cauſa Cæſaris Aſtulphi; & die 9.
82 Martii 1588. in cauſa Hyppolitæ de Aſtoris.
Fidejuſſor in cauſa appellationis tenetur ſolum ad expenſas cauſæ ipſius appellationis,
83 non autem cauſæ principalis. Ita confirmavit Senatus anno 1600. pro Ugatio con-
tra RR. Clericos S. Barnabæ.
Cum Comitiſſa Delia Spinula Anprivola Adminiſtratrix hæreditatis jacentis ejus Pa-
tris, appellaſſet a ſententia per Magiſtratum lata favore Pamolei, renuebat hujuſ-
modi fidejuſſionem præſtare ſub prætextu, quod hæreditas prædicta eſſet damnoſa, &
84 quod uti ſimplex Adminiſtratrix non teneretur fidejubere. Senatus, referente Ma-
gnif. Senatore Calento, cenſuit die 17. Martii 1607. teneri dictam Comitiſſam Ad-
miniſtratrix ſatiſdare ad formam hujus Conſtitutionis.
Anno 1591. die 12. Decembris cum Pauperes Cavæcurtæ fidejuſſorem non inveni-
85 rent, decrevit Senatus admittendam eſſe eorum appellationem, ubi ipſi omnes in ſo-
lidum ſe obligaſſent, & quoad juramentum deputandum eſſe Syndicum, qui pro
omnibus aliis juraret.
In cauſis appellationis pauperum, loco fidejuſſionis hìc præſcriptæ, admittitur cautio
86 juratoria. Ita referente Magnif. Com. Loayſa cenſuit Senatus die 18. Martii 1669.
87 in cauſa Alphonſi Vicecomitis cum Bentio -- Egr. Secret. Maddio --; die 29. No-
vembris 1670., referente Magnif. Com. Siccoborella, pro quibuſdam Religioſis --
88 Egr. Secret. Maddio --; & referente Magnif. Com. Trotto die 14. Novembris 1736.
in cauſa Conſortum de Summaripa cum Collegio S. Mariæ Secretæ hujus Urbis, de-
crevit admittendam juratoriam cautionem, prævio juramento appellantium a Judi-
ce deferendo ſuper impotentia inveniendi Fidejuſſorem in hac Civitate -- Egr. Se-
cret. Stampa.
Cum non conſtaret de idoneitate fidejuſſionis in cauſa appellationis receptæ ab Actua-
rio Gabrino, cenſuit Senatus die 23. Novembris 1668. ſtatuendum terminum die-
89 rum octo dicto Gabrino ad indicanda bona tam Principalis, quam Fidejuſſoris,
ſin minus ipſum teneri -- Egr. Secret. Annono.
Anno 1590. die 12. Julii ad preces Hieronymi Cardani mandavit Senatus Octavio
Lampugnano Judici cauſæ appellationis, ut ad ulteriora procederet, non obſtante,
90 quod in Fidejuſſione per dictum Cardanum appellantem præſtita, non eſſet expreſ-
ſum verbum *intereſſe*, cum ex aliis pro expreſſo haberi poſſet.
Ad preces Caroli Dugnani, & ad reſponſa Dionyſii Cantoni, Senatus dedit literas
die 26. Julii 1594. Com. Mandello Commiſſario cauſæ, ut nullam haberet ratio-
nem oppoſitæ exceptionis, quod in Fidejuſſione per appellantem data, ommiſſa fo-
91 rent verba *ſi ſuccubuerit in cauſa*.
Ultra fidejuſſionem ab hac Conſtitutione præſcriptam, pro indemnitate litigantium
in cauſis appellationis, Senatus concedit ſequeſtrum fructuum ob titulum dilapida-
92 tionis, dummodo tamen de ea plenè conſtet. Ita referente Magnif. Com. Sicco-
borella decrevit Senatus die 31. Martii 1664. in cauſa Caſtillionæorum.
Ubi tamen ſequeſtrum fructuum in cauſa appellationis admittitur a Senatu, reſer-
vantur favore poſſeſſoris alimenta, expenſæ litis, & onerum. Ita referente Ma-
93 gnifico Marchione de Clericis ſanxit Senatus die 11. Julii 1668. in caſu ſequeſtri
contra Caſſandram Torraneam conceſſi ad inſtantiam Præſidis de Caſtro -- Egr.
Secret. Maddio. (u)

Digitized by Google

(*u*) Ad verba *expenſas litis*.

In cauſis appellationis coram Senatu decerni debet etiam ſuper expenſis litis quoad
94 earum abſolutionem, vel condemnationem. Ord. Senat. 16. Junii 1606.

(*x*) Ad verſic. *vel ſi ipſam appellationem non fuerit proſequutus*.

Si appellans non curaverit in termino anni cauſæ commiſſionem, appellatio omninò
habetur pro deſerta, etiam ſi cauſa ſit Senatoria. Ita declaravit Senatus die 15.
95 Junii 1610. ad preces Annibalis Curtii, & reſponſa Agentium Almi Collegii
Borromei.

Appellationis deſertio in cauſa coram Senatu introducta non reſtauratur, ſed incon-
cuſsè ſervatur diſpoſitio Conſtitutionum, & decernitur Partes uti debere juribus
96 ſuis. Ita referente Magnif. Senatore Carillo decrevit Senatus die 31. Junii 1670. in
cauſa inter Brambillam, & Bugatum -- Egr. Secret. Gradignano.

Obtento decreto *in forma* in cauſa appellationis, & ſtatuto termino ad docendum de
ea, lapſus fuit terminus non præſentato decreto appellationis interpoſitæ; reper-
tum fuit poſt duos menſes dictum decretum, & appellans petiit appellationem ad-
mitti, non obſtante contradictione partis adverſæ. Senatus decrevit die 15. Julii
97 1672. Commiſſarium cauſæ procedere debere ad ulteriora in devolutivo tantum
pro Mazzuchello -- Egr. Secret. Annono.

Appellatione deſerta petitus fuit recurſus cum ſuperſeſſoria, cum ageretur de unica
tantum ſententia; cum vero Pars adverſa, in cujus præjudicium interpoſita fuit
appellatio, obtuliſſet conſenſum, ut prorogaretur terminus ad proſequendam ap-
pellationem non obſtante lapſu temporis, referente Magnif. Arconato cenſuit Sena-
98 tus die 16. Julii 1678. concedendum terminum attento conſenſu, in cauſa inter
Puricellum, & Marlianum -- Egr. Secret. Ceſato.

Secluſo autem ejuſmodi conſenſu, non eſſe admittendam audientiam quoad effectum
99 ſuſpenſivum in caſu appellationis deſertæ, ſanxit Senatus in ejus Ord. 22. Augu-
ſti 1686. *n.* 21.

(*z*) Ad verſic. *ipſi appellationi renunciaſſe intelligatur*.

Renuncians appellationi, & approbans ſententiam amittit beneficium recurſus coram
Senatu. Ita referente Magnif. Com. Loayſa declaravit Senatus die 23. Martii
100 1665. -- Egr. Secret. Coſſa; ubi vero approbata non ſit prima ſententia, renun-
ciantem non eſſe excluſum a beneficio recurſus, cenſuit Senatus die 18. Januarii
101 1673. favore Comitis de Puteo, referente Magnif. Com. Loayſa -- Egr. Secret.
Oliverio.

Appellationi renuncians condemnatur in expenſis. Ita referente Magnif. Senatore
102 Carillo decrevit Senatus die 24. Maji 1669. in caſu Ghillerii Landriani cum
Porta -- Egr. Secret. Annono.

(*aa*) Ad verſic. *prima ſententia firma remaneat, & executioni mittatur*.

Appellatione deſerta, priuſquam executioni mittatur ſententia appellata, ſeu præcep-
tum executivum, præcedere debet declaratio ipſius deſertionis; ſecus executio dici-
tur attentata, & ab Attentante refici debent expenſæ & damna. Ita referente
103 Magnif. Marchione de Araciel decidit Senatus die 28. Maji 1714. in cauſa inter
Syrum Antonium Caſtellum, Capitaneum Dydacum Gomez, & Felicem Surgium.

(*bb*) Ad §. *Poſt hæc* verſic. *quicquid ipſæ Partes &c.*

Cum in judicio appellationis ab ordinatione Egr. Capitanei Juſtitiæ interpoſitæ coram
Senatu, deducta fuiſſent in exceptionibus, & replicationibus nonnulla capita in
primo judicio non deducta, dubitatum fuit, an ſuper his poſſet cognoſci, & refe-
rente Magnif. Senatore Arconato die 12. Februarii 1673. deciſum fuit, nullam
104 habendam eſſe rationem in cauſa vertente inter Marchionem Iſimbardum, &
Comitem Joannolum -- Egr. Secret. Sadarino.

Diſpenſat tamen Senatus, ut coram Judice appellationis deduci poſſit jus novum non
deductum in primo judicio, ut ex literis Senatus datis die 16. Maji 1580. pro
105 Phyſico Joanne Antonio Boſſio contra Fratres de Advocatis.

(*cc*) Ad §. *Lata ſententia* verſic. *in quantum confirmata fuerit*.

Carolus Miliavacca obtinuit a Magnif. Prætore Papiæ ſententiam ſibi favorabilem
con-

Digitized by Google

contra Cauſidicum Joannem Jacobum Penonum, non attento conſilio ſapientis tem-
pore debito per Penonum petito: appellavit ab hac ſententia Penonus, & Judex
appellationis declaravit nullam ſententiam præfati Magnif. Prætoris, utpotè latam
ſpreto conſilio ſapientis: appellavit etiam Miliavacca, & Judex appellationis confir-
mavit primam ſententiam; iterum appellavit Penonus ſub prætextu, quod ageretur
de unica ſententia, cum prima fuiſſet declarata nulla, & prætendebat, quod Judex
deberet cognoſcere non ſolum in partibus deformibus, ſed etiam in partibus, in
quibus erant conformes prima, & tertia ſententia. Relata in Senatu hac cauſâ per
106 Magnif. Senatorem Calentum, ordinatum fuit die 17. Octobris 1607., ut Judex ſo-
lum cognoſceret in partibus diſformibus.

(*dd*) Ad verſic. *nec eidem aliquo modo contrairi*.

Contra binas ſententias conformes nullum aliud ſupereſt remedium, quam recurſus ad
Senatum, hinc contra ipſas non dari reſtitutionem in integrum, decrevit Senatus
107 die 19. Februarii 1671., referente Magnif. Com. Burro, in cauſa inter RR. Patres
S. Pauli Novariæ, & Vegiottum -- Egr. Secret. Annono --; & referente Magnif.
108 Marchione de Clericis die 16. Novembris ejuſdem anni in caſu Communita-
tis Guenzati -- Egr. Secret. Annono.

Admittitur autem a Senatu recurſus, vel ſine, vel cum ſuperſeſſoria, ſecundum ca-
ſuum circumſtantias, & ejuſmodi recurſus admittitur intra triginta annos. Ita re-
ferente Magnif. Senatore Quintana decidit Senatus die 8. Januarii 1677. in cauſa
109 vertente inter Com. Julium Montium, & Vallemſaxinam -- Egr. Secret. Tatto --;
referente Magnif. Com. Areſio die 1. Julii 1678. in cauſa vertente inter Capi-
110 taneum Nicolaum, & Fratres de Gamundiis, & Jacobum Antonium Craſſum poſt
lapſum novem annorum, ſed ſine ſuperſeſſoria -- Egr. Secret. Ceſato --; die 20. Ap-
rilis 1635. referente Magnif. Senatore Bonetto favore Sororum de Ferrariis contra
111 Marchionem Florentiam poſt lapſum decennii; & poſt lapſum annorum viginti
anno 1638. menſe Novembris favore Com. Aloyſii Raudenſis, referente Magnif.
112 Senatore Lambertengo.

Lata in fideicommiſſaria actione ſententia a J. C. C. Galeatio Vicecomite de Arago-
nia favore Franciſci Cumi, & Margaritæ Gotarelæ ejus Matris contra Joſeph, &
Fratres de Blancis, eaque in ſecunda inſtantia confirmata a J. C. C. Camillo Figi-
no, bonorumque poſſeſſione adepta a dictis Franciſco, & Margarita; recurſum ha-
buerunt ad Senatum dicti Fratres de Blancis petentes audiri cum ſuperſeſſoria ob
notoriam injuſtitiam dictarum conformium; & referente Magnif. Com. Burro, de-
113 cretum fuit die 30. Junii 1685. attentis circumſtantiis audiendas partes cum Ad-
vocatis, & ſuperſeſſoria.

Petitum recurſum poſt rejectam a Senatu quoad utrumque effectum appellationem in-
terpoſitam a ſententia lata a Vicario Juſtitiæ, referente Magnif. Caſato, dictum
fuit die 20. Novembris 1675. eſſe denegandum, & ſolam reviſionem competere,
114 in cauſa vertente inter Comitem Carpanum, & Joannem Porrum -- Egr. Secret.
Maddio.

In recurſu poſt binas conformes petitum fuit cognoſci a Senatu ſuper nullitate con-
tractuum reſultante ex iiſdem Inſtrumentis exhibitis coram Inferioribus, licet de
ea coram ipſis diſceptatum non fuiſſet. Referente Magnif. Marchione Erba, cen-
ſuit Senatus die 11. Maji 1676. poſſe cognoſci in judicio recurſus, cum nullitas
115 reſultare poſſet ex iiſdem met Actis, in caſu cujuſdam de Stortis -- Egr. Secret.
Oliverio.

Poſt ſententiam in judicatum tranſactam petitus fuit recurſus coram Senatu, & pars,
quæ habebat ſententiam pro ſe, non ſe oppoſuit circa admiſſionem recurſus, ſed
tantum petiit, illum concedi cum conditione præſtandi fidejuſſionem ejus favore ab
Adverſario ſuo debitore, ex ſuppoſito, quod non eſſet ſolvendo. Referente Ma-
gnif. Senatore Vicecomite, decrevit Senatus die 15. Novemb. 1680., attentis
116 etiam deductis per debitorem circa merita cauſæ, admittendum recurſum cum ſu-
perſedentia, & ſine petita fidejuſſione, quia non conſtitit de allegata debitoris im-
potentia, & quia non ſolet in judicio recurſus præſtari petita fidejuſſio, in cauſa
vertente inter Bonfantum, & Pellizarium -- Egr. Secret. Ceſato.

Anno 1703. die 31. Januarii in cauſa Blanca, referente Magnif. Senatore Com. Ca-
117 rolo Vicecomite admiſſus fuit a Senatu recurſus cum ſuperſeſſoria a duabus confor-
mibus, quarum poſterior lata fuerat ab Arbitro ſub ea lege in Commiſſarium aſ-
ſumpto, ut ſententia per ipſum ferenda, mitti omnino deberet executioni.

Digitized by Google

Poſt binas conformes, & earum executionem, Senatus die 1. Septembris 1707. admi-
ſit recurſum ſine ſuperſeſſoria, in eo ſcilicet ſtatu, in quo cauſa reperiebatur
118 tempore petiti recurſus, favore cujuſdam Lunati contra Phyſicum Medam.
Recurſus non datur a duobus ſententiis conformibus, Magiſtratus nempe, & Sena-
119 tus, utpote latis a duobus Tribunalibus, ut declaravit Senatus die 22. Martii 1649.
In hoc recurſus judicio non admittuntur novæ probationes per Teſtes, aut aliter,
neque in facto; admittuntur tamen Inſtrumenta de novo reperta, & coadjuvantia
primævas probationes jam factas in prioribus judiciis, & de quibus in illis jam fa-
120 cta fuerit mentio. Ita referente Magnif. Com. Loayſa declaravit Senatus die 13.
Octobris 1661. in cauſa Scotta -- Egr. Secret. Ivagnez --; referente Magnif. Com.
121 Siccoborella die 22. Auguſti 1669. in caſu Phyſici Boſſii -- Egr. Secret. Belcredio --;
& referente Magnif. Com. Loayſa die 12. Maji 1671. in cauſa vertente inter
122 quoſdam de Laurentiis, & Navam -- Egr. Secret. Gradignano.

(ee) Ad. §. *Salvo* verſic. *quatenus fuerit conformis*.

Conformis non eſt ſecunda ſententia, ſi hæc ſit cum aliquo moderamine, vel refor-
matione primæ. Ita declaravit Senatus die 29. Novembris 1595. non eſſe confor-
123 mes ſententias latas in cauſa vertente inter Sorores de Scantiis, & Gabrielem Rau-
denſem, quia prior ſententia Com. Tatii Mandelli condemnaverat dictas Sorores
non attento fideicommiſſo; poſterior vero Cerii eam confirmabat, ſed addebat hæc
verba: *cum hac tamen conditione, & lege quod Sororibus Scantiis fiat compenſatio;*
& quoad exceptionem Salarii, & expenſarum Auguſtini eam reſervabat.

(ff) Ad verſic. *executioni mittenda eſt*.

Non retardatur executio ſententiarum conformium ob pendentiam judicii reſtitutio-
nis in integrum, præſertim ſi is ad cujus favorem judicatum eſt, cogatur præſtare
fidejuſſionem de reſtituendis habitis in caſu ſuccumbentiæ in dicto judicio reſtitu-
124 tionis in integrum. Ita referente Magnif. Senatore Majnardo judicavit Senatus
die 1. Junii 1638. favore D. Laurentii Homati contra DD. Sorores Boſſias.
Novit Senatus introductam corruptelam petendi reſtitutionem in integrum vel ad
protrahendam cauſarum expeditionem, vel ad ſuſpendendam ſententiarum execu-
tionem; unde in ejus Ordine 25. Junii 1717. mandavit Judicibus, ut in admit-
125 tenda reſtitutione in integrum curent diſpoſitionem Conſtitutionum, & Ordinum.

(gg) Ad §. *Inſtantia cauſæ appellationis prorogari &c.*

Dubitatum fuit an prorogatio Inſtantiæ ex conſenſu partium in cauſa appellationis
trahatur etiam ad prorogationem Fatalis jam lapſi. Re in ſenatu propoſita ad relatio-
126 nem Magnif. Com. Corii, decretum fuit die 15. Februarii 1666. Partes informa-
re debere in meritis in cauſa inter Cattaneum, & Ripam Andreottum — Egr.
Secret. Annono.
Fatale incipit a die interpoſitæ appellationis, & durat per biennium, quo durante
127 impetrari poteſt prorogatio alterius anni. Ord. Senat. 12. Auguſti 1599.; & hoc
128 triennium pro proſequenda appellatione, ubi conceſſum ſit, eſt continuum non
deductis feriis. Ord. Senat. 5. Julii 1600.

DE BONIS AD CRIDAS PONENDIS.

MUltum utilitati publicæ conducere compertum eſt, & ſubditorum quieti, ut aliquis modus reperiretur, quo quilibet rei ſuæ familiari, tàm ſibi, quàm poſteris, conſuleret, & quandoque ſciret, an bona laboribus, vel quavis cauſa parta, libera vel ne haberet, tàm ad ea ſibi, & poſteris conſervandum, quàm etiam vendendum, & alienandum ſine onere alicujus fidejuſſionis præſtandæ, emptoreſque propterea & ipſi tuti eſſent. Ideo ſancitum eſt, quòd ſi quæ Perſona, Commune, Collegium, vel Univer-

Digitized by Google

Univerſitas, voluerit aliquam rem immobilem, aut jus, quam vel quod poſſideat, vel quaſi poſſideat, (ita quòd detentatio non ſufficiat,) ponere ad Cridas ad finem vendendi, vel alienandi, teneatur, & debeat, per ſe, vel per Procuratorem ad hoc ſpeciale mandatum habentem, Mediolani, comparère coram Vicario Proviſionum, (*a*) in aliis Civitatibus coram Judicibus ad id deputatis, ſin minus coram Prætore earum. Et ibidem in ſcriptis dare id, quod ad Cridas ponere voluerit. Quòd ſi res immobilis fuerit, illa per ſitum, aut locum, & cohærentias, & verum numerum perticarum, vel circa, deſcribenda eſt, congrua congruis ſemper referendo. Si verò jura fuerint, ſpecificanda ſunt perprius loca, in quibus prædicta exercentur, ſeu ipſorum jurium emolumentum percipitur; & eo amplius non ſolùm exprimere tenetur, à quibus datum de eis, vel aliquo eorum habuerit, ſi id intra annum factum ſit; ſed omnium eorum, qui ea bona illo anno realiter poſſederint, vel quaſi. Et ſi lapſus fuerit annus, exprimere etiam tenetur nomen ejus, à quo habuerit datum uſque ad decennium, ſub pœna nullitatis. Et etiam jurare teneatur, quòd ipſam rem, vel jus, quàm, vel quod ad Cridam ponere vult, vere & realiter, ac nomine ſuo proprio, & non alieno poſſidet, (*b*) vel quaſi poſſidet, & ad ſui commodum, & quòd ſuâ ſcientiâ, aliqua unio, ſeu ſeparatio, vel diviſio, ab anno uno citrà, facta non fuit de eis bonis, & juribus, ubi id ignoraverit; ſi verò ſciverit, exprimere tenetur ut ſupra. §. His ſic actis, & apud Acta illius Judicis redactis, curare cum effectu etiam habet, quòd Mediolani, mandato Vicarii; in aliis Civitatibus, Juſdicentis, ad quem ſpectat, juſſu, ſono tubæ præmiſſo per Tubatores communis, publicæ Cridæ fiant ad Scalas Palatii Prætorii illius Civitatis, horâ ſextæ, vel circa, ſeu horâ veſperarum, vel circa, & de die clara ad loca ſolita Civitatis, ubi Cridæ fieri ſolent, & etiam in contrata, ſeu loco, ubi habitaverit ille, qui comparuerit, ut ſupra, ſi in diſtrictu Civitatis habitabit; ſin minus, ad locum ubi per eum electum eſt habitaculum, quod omnino per prius eligere teneatur. Et hæc omnia in præſentia duorum Teſtium, & etiam tribus vicibus in una hebdomada, diverſis tamen diebus, & aliis tribus vicibus in alia hebdomada ſequenti diverſis diebus, & una vice in altera ex ipſis hebdomadis, in Terra, in qua, ſeu ejus Territorio ſita ſunt bona, vel jura (*c*) ut ſupra, & in publica Platea ipſius Terræ, vel in Parochia, ſi fuerint in Civitate publicando Edictum in hanc formam.

EDICTUM.

OMnibus notum eſſe. T. coram Judice comparuiſſe, in ſcriptiſque dediſſe vel rem immobilem, vel jura, deſcribenda tamen ut ſupra, eaque velle alienare. Propterea ſi quæ Perſona, (*d*) Comune, Collegium, vel Univerſitas eſt, habens, vel habere prætendens, jus aliquod in ipſa re, (*e*) vel parte ejus, de-

Digitized by Google

beat infra menſes tres immediatè ſequentes poſt omnes publicationes hujus Edicti, per ſe, vel alium ejus nomine ad hoc ſpeciale mandatum habentem, coram eo Juſdicente, vel ejus ſucceſſore, comparere, & in ſcriptis dare, & oſtendere ipſum tale jus, quod in ipſa, vel ſuper ipſa re, vel aliqua parte ejus habet, ſeu prætendit habere. Si verò fuerint abſentes à Civitate, & Comitatu Civitatis, (& abſentes non intelligantur, qui intra menſem à tempore publicationis hujus Edicti computandum reperiantur, vel eſſent in Civitate, vel Comitatu ejus Civitatis.) Vel minores annis viginti, furioſi, aut mentecapti, vel Viduæ pro jure dotium ſuarum, (*f*) & rerum paraphernalium, aut aliæ perſonæ, habentes, ſeu habere prætendentes jus ex cauſis infraſcriptis, vel aliqua earum, videlicet, ex cauſa adminiſtrationis alicujus tutelæ, ſeu curæ, hypothecæ pro aliquo ficto libellario, legatis, fideicommiſſis, inſtitutione, aut ſubſtitutione Teſtamentaria, qualibetve ſucceſſione ex Teſtamento, vel ab inteſtato. Hi enim etiam ex cauſis præmiſſis intra ſex menſes (*g*) computandos, ut ſupra, comparere, & in ſcriptis dare, & oſtendere, jus ſuum, quod habent, per ſe, vel per alium, ut ſuprà; alioquin reſpectu eorum, qui in terminis prædictis non comparuerint, & jus ſuum non deduxerint, dicta bona, ſeu jura, ut ſupra, ſint, & eſſe intelligantur libera ab omni onere obligationis, & hypothecæ, & etiam à quacunque perſona ut ſupra, & irrevocabiliter fient emptoris. §. Poteritque ponens ipſam rem, ſeu jus, vel partem ipſius, liberè vendere, & abſque eo etiam, quòd teneatur fidejuſſionem dare, ipſaque venditio liberè fieri poterit, abſque eo quòd emptori, vel ejus ſucceſſori, vel hæredibus, ſuper ea re, vel jure, aut ex eorum cauſa, per aliquam Perſonam, Comune, Collegium, vel Univerſitatem prætendentem, vel habentem jus ſuper eis, aliqua quæſtio moveri poſſit, ita quòd illi, qui non comparebunt, ut ſuprà nullum jus habebunt, (*h*) nec ad eam rem, vel jus, ut ſupra, nec ad ejus pretium, ſi vendatur, dummodo tamen alienatio intra annum fiat poſt omnes hujus Edicti publicationes.

FINIT EDICTUM.

Hujus Edicti copias præcones publici illius Civitatis, qui Edictum publicabunt, unam ad Scalas Palatii Prætorii Civitatis, item aliam in contrata, (*i*) vel loco habitationis Ponentis, aliam ad Plateam illius Terræ, vel loci, in qua, ſeu cujus Territorio erunt bona, vel jura, ut ſupra, dimittent, parietibuſque affigent. §. Commiſſioneſque publicationis hujus Edicti, ejuſque publicationes, publicationumque relationes (*l*) fieri poterunt quolibet die feriato, & non feriato, niſi fuerint feriæ in honorem Dei, vel Sanctorum introductæ. §. Habeanturque publicationes Edicti pro ſolemniter factis, ſi præco, vel præcones intra octo dies poſt omnes eas factas retulerint coram eo Judice, juxta formam prædictam Edictum publicaſſe, quæ relatio in ſcriptis facienda eſt, & apud Acta Judicis committentis, &

in

Digitized by Google

in ea deſcribenda ſunt nomina Teſtium, ad quorum præſentiam publicationes factæ ſunt.

Præcones ſi in proclamando hanc formulam adamuſſim non obſervaverint, tàm locorum, quàm dierum rationem, ac reliquorum, quæ agere debent, quotieſcunque in hanc culpam inciderint, proclamandi munere abdicentur, & priventur, ac publicè per Civitatem virgis cædantur. §. Quicunque verò cedulas per præcones dimiſſas, & affixas abſtulerit, quotieſcunque id fecerit, ipſo jure, & facto vigintiquinque aureis mulctatus ſit, quorum pars accuſatori detur, & dimidia in Fiſcum perveniat, & alia graviori pœna puniatur, etiam corporali, arbitrio Principis, vel Senatus.

Comparentes in termino trium, & ſex menſium ex Edicto limitato ad dandum in ſcriptis, & oſtendendum jus ſuum, jurare debent (*m*), quòd id non faciunt per malitiam nec in fraudem, nec animo malitiosè impediendi aliquam alienationem quovis modo. Et ſi hi, qui comparuerint, in ſcriptis dederint, & oſtenderint, eam rem, vel jus, aut partem ejus ſuam eſſe, tunc, & eo caſu, ipſa res, vel jus alienari non poſſit eo comparente invito. §. Si verò aliud jus, quàm ut ſupra oſtenderint, ponens nihilominus liberè vendere poterit, modò ipſe, & emptor in inſtrumento conficiendo, jurando declarent totam veram quantitatem pretii, pro qua ipſa res, vel jus vendi contigerit; & quòd ipſa alienatio eſt bona, & vera, & non ficta, nec ſimulata, nec in fraudem facta, & item quòd pretium ipſius rei vendendæ penes aliquem bonum, & idoneum Campſorem illius Civitatis per Juſdicentem eligendum deponatur, & ſic depoſitum ſuccedat loco rei venditæ, & eo caſu, de eo pretio diſponatur, & fiat inter eos, qui comparuerint, ut ſupra, prout fieri debuiſſet de jure de ipſa re vendita.

Caſu, quo per Ponentem venditio fiat, & comperiatur, aliquam Perſonam, Commune, Collegium, vel Univerſitatem, prætendere jus acquiſiviſſe, in, vel ſuper ea re, vel aliqua parte ipſius, ab eo venditore à die publicationum Edicti, vel alicujus earum, uſque ad diem venditionis faciendæ, quòd ipſum tale jus non poſſit emptori prædicto, vel ejus ſucceſſori obeſſe, reſpectu ipſius rei vendendæ, modò ſiat venditio intra annum, à die, quo facta fuerit proclamatio, computandum. Salvo tamen jure, quod haberet, vel habere prætenderet, mediatè, vel immediatè, tempore ipſius emptionis, & etiam abinde in antea ab emptore contra ipſum emptorem, & etiam alia ſua bona.

Quotieſcunque ponens rem, vel jus ad Cridas poſitum vendere voluerit, teneatur notificare creditori, qui Cridis contradixerit, quòd ipſam rem, vel jus, vendere vult, expreſſo pretio, ad finem, ut, ſi dictus creditor reſpondiderit velle ipſam rem, vel jus majori pretio emere, cogatur ei creditori vendere, & res pari modo efficietur ei libera, modo, quo ſupra, modò tamen reſpondeat intra octo dies à die notificationis. §. Si plures verò creditores contradixerint, omnibus notificandum eſt, ut ſupra; & ſi concurrant emere volentes,

volentes, eo caſu plus offerenti danda eſt, & libera ſit, ut ſupra. §. Cogantur tamen creditores poſt reſponſionem factam, omnibus juris remediis emere, etiam per perſonalem detentionem, & pœnas, & mulctas Fiſco applicandas.

In præjudicium minoris viginti annis prætendentis habere jus in re, vel jure ad Cridas poſito, qui Cridis contradixerit, vel cujus nomine contradictum fuerit, venditio nullo modo fieri poſſit. §. Quinimmò plus ſancitum eſt, quòd ſi Minor non contradixerit, nec aliquis pro eo, volens vendere rem, vel jus ad Cridas poſitum, ſi Tutor, vel Curator alicujus Minoris ſit, per prius notificare teneatur, Mediolani, Vicario Proviſionum; in aliis Civitatibus, Prætori, quòd eſt talis Minoris Tutor, vel Curator. Qua facta, Vicarius, vel Prætor, ex ſuo officio citari faciet ipſum Minorem, & duos ejus minoris conjunctos propinquiores, ex parte Patris, & his deficientibus, ex parte Matris, quibus notificet, eam venditionem per Tutorem, vel Curatorem fieri velle. Et ſi Minor, vel aliquis ex citatis contradicat, venditio in ejus præjudicium fieri non poſſit.

Quilibet etiam non Tutor, nec Curator Minoris, furioſi, vel mentecapti, nomine eorum Cridis contradicere poſſit, jurareque, & alia facere, quæ ex Conſtitutionibus caventur, ac ſi quoad hoc Tutores, & Curatores eorum legitimi eſſent, & valeant, & teneant. (In proceſſu tamen cauſæ, eis Tutor, & Curator ad finiendam litem conſtituendus eſt, vel eorum in locum citandi ſunt Agnati, vel Cognati, juxta aliarum Conſtitutionum formam.

Super deductis in comparitionibus contradicentium, ad eorum omnium, vel ponentis inſtantiam, cujuslibet perſonæ, cujus intereſt, vel intererit, & cujuslibet eorum, Juſdicentes ad id deputati cognoſcant ſummariè, & de plano ſine ſtrepitu, & figura Judicii, appellatione, & querela qualibet remota (*n*), quolibet die feriato, & non feriato, exceptis his, qui in honorem Dei introducti ſunt, modis tamen & formis, ut infra.) Finitis enim ſex menſibus ex Edicto limitatis, ipſo jure, & facto ſit, & eſſe intelligatur ſtatutus ponenti terminus vigintiquinque dierum utilium, tunc proximè futurorum, immediatè ſequentium poſt finitos dictos ſex menſes, ad probandum, & producendum, ad oſtendendum, & probatum habendum per omne genus probationum, quicquid voluerit, ſeu voluerint in ipſis cauſis Cridarum, & contradictionum (*o*); & omnes dies intelligantur utiles, niſi fuerint dies feriati in honorem Dei, vel Sanctorum ex forma jurium municipalium; ita tamen, quòd ſi contingat, dictum tempus vigintiquinque dierum incidere in tempore Quadrageſimæ, tunc duo dies non feriati in honorem Dei, vel Sanctorum, habeantur pro una die utili. Quod etiam ſervandum eſt temporibus Litaniarum. Cui termino poſſit per Ponentem, vel Ponentes renuntiari in toto, vel in parte, prout voluerint. Et ſi aliquid in eo termino per Ponentem capitulatum, vel productum fuerit, & non aliter, eo in caſu ſit, & eſſe intelligatur ipſo jure, & facto ſtatutus ſimilis terminus aliorum dierum vigintiquinque utilium, ut ſupra, contradicenti, ſeu contradi-

Digitized by Google

tradicentibus, contra quem, vel quos, fuiſſet capitulatum, vel productum, ad impugnandum, & confutandum quæcunque producta, probata, & oſtenſa, per Ponentem in eo termino vigintiquinque dierum utilium aſſignato, ut ſupra. Cui termino in toto, vel in parte per Contradicentem, vel Contradicentes, renuntiari poſſit, in ſui dumtaxat præjudicium. §. Qui terminus ſic ipſi Contradicenti, vel Contradicentibus aſſignatus, ut ſupra, ſit etiam ipſi Ponenti communis ad ſuas probationes priùs factas coadjuvandum, vel probationes Contradicentis, vel Contradicentium impugnandum; ita tamen, quòd nulla capitulatio, vel jurium productio poſſit fieri per Ponentem, vel Contradicentem, in dicto proximè communi termino, niſi fiat per octo dies utiles ante finem ejuſdem termini. Et hoc ſalvo ſi per alteram partium fieret nominatio de aliquibus Teſtibus, vel juribus exiſtentibus extra diſtrictum illius Civitatis, ubi lis agitari continget, cùm juramentum poſſit etiam præſtari per Procuratorem generalem ad cauſas in ea cauſa conſtitutum, effectus, quòd eam nominationem non facit per malitiam, nec in fraudem, nec animo, nec intentione litem protelandi, immò credens eis Teſtibus, vel juribus indigere ad probationem ſui juris; eo caſu aſſignetur terminus competens ſecundum diſtantiam locorum, & negotii qualitatem, arbitrio Judicis, qui tamen non excedat triginta dies utiles, infra quem dicti Teſtes recipi, & examinari poſſint in debita forma juris, eorumque dicta Vicario, vel Prætoribus ſolemniter præſentari, & ipſa inſtrumenta, & jura produci. Quo etiam in termino aſſignato pro ea nominatione, ut ſupra, poſſit etiam altera Pars oſtendere, & probare de jure ſuo quicquid voluerit, etiam per Teſtes, & probationes præſentes.

Qua nominatione ſemel facta, non poſſit per ipſam Partem, vel ejus Procuratorem, qui eam nominationem fecerit aliquid denuò addi, nec aliqua alia nominatio fieri. §. His terminis debitè referendo elapſis, Cridæ, & relationes earum intelligantur eſſe productæ, & pro productis habeantur, & ſtatim totus proceſſus cauſæ intelligatur ipſo jure publicatus; eo tamen intellecto, quòd quæcunque facienda per Contradicentem, vel Contradicentes in eis terminis, ut ſupra, tantùm eis proſint contra Ponentem, non autem contra alios Contradicentes. §. Sed ſi ipſi Contradicentes (*p*) ad invicem contendere voluerint de eorum Contradicentium juribus, ad mutuam inter eos impugnationem, vel confutationem, hoc eis tantùm facere liceat elapſo dicto termino ſex menſium, in terminis, ut ſupra, limitatis, ſingula ſingulis congruè referendo: Salvo ſi fieret nominatio, quo caſu ſervetur, ut ſupra cautum eſt. Et eo termino elapſo proceſſus publicatus eſſe intelligatur, ut ſupra. Productiones tamen jurium, & inſtrumentorum, quæ in eis cauſis fient, non valeant, nec teneant, niſi ſpecificè apponantur nomina, & cognomina Notariorum, qui rogati fuerint de ipſis Inſtrumentis; & etiam tempora expreſſa rogationum. §. Eorumque Inſtrumentorum productiones (*q*) fieri poſſunt quandocunque, etiam elapſis prædictis terminis limita-

tis,

Digitized by Google

tis, valeantque perinde ac ſi debito tempore factæ fuiſſent. Et eo amplius ſancitum eſt quòd Teſtes, qui in tempore juramentum præſtiterint de veritate dicenda, poſſint etiam poſt lapſum terminum deponere, & eorum Teſtium depoſitio valeat, & teneat, ac ſi debito tempore depoſuiſſent, modò premiſſa infra viginti dies poſt lapſum termini, & antè emanatum peremptorium ſignatum manu Judicis faciant. §. Elapſis temporibus probationum, intra decem dies utiles immediatè ſequentes, fiat commiſſio Partium confidenti (r), vel confidenti illius, vel illorum, qui comparuerit, vel comparuerint, in contumaciam alterius Partis (ſ), vel aliarum Partium, alicui de Collegio Juriſperitorum illius Civitatis, ubi lis agitari continget, ſi ibi copia confidentium fuerit; ſin minus, unius ex Civitatibus, proximioribus, ad conſulendum, & conſilium in ſcriptis dandum ipſi Vicario (t), vel Prætori, quæ debeant eſſe partes ſuæ de jure. Et quod conſilium non ſolùm ſequi teneatur, ſed eo amplius, eo conſilio præſentato Notario cauſarum civilium, ipſo jure, & facto ſit, & eſſe intelligatur lata, & pronuntiata ſententia, in omnibus, & per omnia juxta dictum conſilium. §. Quod ſi in eo termino (u) decem dierum utilium commiſſa non fuerit cauſa, tunc cujuslibet cauſæ contradictionis à tunc in antea intelligatur eſſe, & ſit perempta inſtantia, Parteſque utantur juribus ſuis coram Ordinario.

Facta commiſſione, inſtantia ejus cauſæ (x) triginta dies utiles habet, & non ultra, ita quòd quilibet dies non feriatus in honorem Dei, vel Sanctorum, habeatur pro una die utili, & exceptis diebus Quadrageſimæ, & Litaniarum, quibus duo dies non feriati, ut ſupra, pro uno reputentur.

Ne quiſpiam anguſtia temporis contradicendi, jure ſuo excludatur, ſancitum eſt, quod ad Cridarum contradictiones faciendas, citationes poſſint fieri pro qualibet hora, nullâ in hoc ſervatâ formâ Conſtitutionum, nec jurium municipalium.

Et quia ſæpenumero contingit, poni bona, vel jura ad Cridas in diverſis corporibus exiſtentia, & aliquando pro omnibus, aliquando pro aliquo, vel aliquibus ex eis contradicitur. Ideo ſancitum eſt, quòd quando pro omnibus contradicitur, debeant unicâ ſententiâ decidi contradictiones factæ pro omnibus corporibus bonorum; ſed quando contradictum fuerit particulariter pro aliquibus corporibus bonorum, vel jurium, vel etiam omnibus bonis, aut juribus diviſim per diverſos contradicentes, poſſint, & valeant decidi per ſeparatam, ſeu ſeparatas ſententias; & ſic diviſim; & eis in caſibus, vel altero eorum poſſunt fieri ſeparatæ commiſſiones ad conſulendum Judicibus, ad quos ſpectat, citatis tantummodo his, inter quos facienda erit commiſſio.

Quia ponenti neceſſe eſt exprimere à quo datum habuerit, & per quem intra annum poſſeſſa fuerit, ut releventur contradicentes ab onere probandi, ſancitum eſt, quòd præſumantur bona ipſa, & jura fuiſſe in bonis, & juribus illius, à quo dixerit ponens habuiſſe datum dominii, ſeu poſſeſſionis, ut ſupra, quantum eſt, & erit in ejus ponentis

nentis præjudicium. Salvo jure cujuslibet alterius tertii.

Cridæ prædictæ non præjudicant Uxori, Nurui, Pronurui ponentis, conſtante matrimonio, reſpectu bonorum dotalium, vel in dotem datorum, nec jurium dotium ſuarum, vel rerum paraphernalium, nec etiam præjudicant filiis, vel aliis deſcendentibus ejuſdem ponentis, in ejus tamen poteſtate conſtitutis, quantum eſt pro dotibus quondam Matris, vel Aviæ, aut alterius aſcendentis, niſi eorum legitimus conſenſus acceſſerit. §. Et ut omnibus modis fraudibus occurratur, ſancitum eſt, quòd Cridis, quæ fient pro bonis obligatis pro dotibus; vel bonis paraphernalibus Uxorum, Nuruum, & Pronuruum, vel juribus dotalibus deſcendentium in poteſtate exiſtentium datorum ipſorum ponentium, mediatè, vel immediatè, poſſint, & valeant agnati, & affines prædictarum Uxorum, Nuruum, & Pronuruum, ac deſcendentium in poteſtate conſtitutorum eorum datorum mediatè, vel immediatè ponentium, & eis liceat, & licitum ſit, & cuilibet eorum comparere, & in ſcriptis dare jus, ſeu jura dotium earum mulierum, & deſcendentium in poteſtate conſtitutorum, ut ſupra, etiam eis mulieribus, & deſcendentibus invitis, & recuſantibus; & jurare, & alia facere, quæ ex præſentibus Conſtitutionibus requiruntur, uſque ad ſententiam incluſivè. Valeantque præmiſſa, ac effectum ſortiantur, ac ſi per ipſas mulieres, vel deſcendentes legitimè facta fuiſſent, ſeu ab eis ſpeciale, & ſolemne mandatum ad præmiſſa habuiſſent. §. Ipſæque mulieres maritum habentes, aut aliqua ex eis, aut deſcendentes, ut ſupra, ea acta revocare non poſſunt, nec eis renuntiare, nec aliquid in contrarium facere, tacitè, nec expreſsè, directè, nec per indirectum, niſi ad id auctoritas Principis, vel Senatus acceſſerint, omniſque actus, & omne, & totum, id, quod in contrarium fieret, aut factum erit quomodocunque, nullius ſit valoris, & momenti ipſo jure, & facto, & pro infecto prorſus habeatur. §. Notarii inſtrumenta rogantes contra formam præſentis Sanctionis, priventur officio, & graviori pœna puniantur, arbitrio Principis, vel Senatus. §. Amplius ſancitum eſt, quòd etiam ſi per dictas mulieres, & deſcendentes, ut ſupra, aut eorum Agnatos, & affines, non contradicatur, quòd tamen hæ Cridæ non præjudicent Uxoribus, Nuribus, Pronuribus, & deſcendentibus in poteſtate conſtitutis datorum Ponentis, niſi hæ perſonæ in ſpecie citatæ fuerint, & ultra eas, eorum Agnatus proximior, (z) & in defectum Cognatus tamen proximior.

Non præjudicant etiam Cridæ juri Fiſci Principis, & item Communitatibus Civitatum, ubi ſita ſunt bona, vel jura, ut ſupra, ſervitutibuſve, quibus ſubjacebant bona, antequàm ad Cridas ponerentur, nec caſibus evictionum. §. Non etiam præjudicant, (*aa*) creditoribus ponentium, niſi intra annum venditio ſequatur, ubi nemo contradixerit; ſi verò contradictum fuerit intra triennium.

Habentes jura conditionalia, (*bb*) vel in diem, contradicere Cridis non tenentur, niſi ea jura eiſdem competant ex contractu, vel quaſi facto infra annum ante comparitionem factam per ponen-

tem, quo caſu in terminis limitatis contradicere, & jura in ſcriptis dare tenentur, aliàs reſpectu eorum bonorum, & jurium ad Cridas poſitorum excluſi remaneant, exceptis tamen dotibus, & caſibus evictionum, in quibus diſpoſita in præſenti Sanctione ſerventur. Eaque bona, & jura, non cadant in obligationem puram, vel conditionalem, vel in diem ex contractu deſcendentem, vel etiam ex compromiſſo, quod, vel quæ factæ reperiantur infra annum unum à tempore dictarum proclamationum citra.

Si ponentes antequàm ponant, paciſcantur cum aliquibus eorum creditoribus, vel jus in re habentibus, quòd Cridæ faciendæ eis non noceant, hæc pacta, & hæ conventiones non noceant, quin bona poſita ad Cridas tranſeant libera in ementes, etiam poſt dictum terminum.

Per Cridas prædictas, & earum diſpoſitionem non tollitur, nec ſublatum eſſe intelligatur jus alicui competens, ſeu quod competere poſſet vigore Statuti Mediolani poſiti ſub rubrica De re paterna luenda, quod incipit: Si rem aliquam immobilem paternam. Et ulterius poſiti ſub rubrica De prædiis, quod incipit: Si quis habuerit prædium alicui ſuo ſedimini non contiguum. Et ſubſequentis Statuti, quod incipit: Si quis habuerit majorem ſeu dimidiam, ſeu quamcumque aliam quotam partem domus, & aliorum Statutorum, quorum unum incipit: Aliquæ communantiæ, vicanalia &c. Aliud: Si quis habens decimam, vel jus decimandi fructus; & aliud: Cuilibet Civitatis, diſtrictus Mediolani in aliquem non ſubditum &c. Nec etiam juribus competentibus mulieribus non dotatis ex Statuto Mediolani incipiente: In ſucceſſionibus aſcendentium, ad ejus Statuti formam. §. Idem ſervetur ut Cridæ non præjudicent juri competenti, ſeu quod competere poſſet virtute conſimilium Statutorum aliarum Civitatum.

Et quia contingere poteſt; aliquem non publicè Clericum, ponere bona ad Cridas, & demum, cùm ſibi videatur, ſe Clericum oſtendere, & ſic effectum earum Cridarum cùm voluerit, deludere; ideo ſancitum eſt, quòd caſu, quo id eveniat, eas Cridas contradicentibus, & emptoribus prodeſſe, & non ipſi ponenti, nec aliis.

Evenit quandoque, ut creditores vigore jurium ſuorum bona ſuorum debitorum apprehendunt, & demùm ea ad Cridas ponunt, ſicque ipſis bonis factis liberis beneficio earum Cridarum, poſtmodum vigore eorum jurium, alia bona, vel apprehendunt, vel ab aliis poſſeſſoribus creditoribus defendunt; ideo huic morbo occurrentes, ſancitum eſt, quòd ea bona ſibi cedant inſolutum uſque ad concurrentem quantitatem veri crediti exiſtentis tempore, quo ea bona ad Cridas poſuit; jura tamen ſalva ſibi remaneant ad defenſionem, & pro defenſione ipſorum bonorum, & jurium, & ad agendum in caſu evictionis, & quatenus evictio ſubſequuta ſit.

Non præjudicant *(cc)* etiam Cridæ Eccleſiis *(dd)*, Monaſteriis, Hoſpitalibus, & aliis beneficiis Eccleſiaſticis, neque ipſorum, aut alicujus eorum bonis, rebus, & juribus. §. Nec etiam noceant Dominiis

Digitized by Google

miniis directis (*ee*), niſi directa ipſa dominia ſpecificè, & expreſsè ſint poſita ad Cridas.

Si dominus directi contradicat Cridis factis de aliquibus aliis bonis eidem obligatis jure hypothecæ pro ficto libellario temporis futuri, eo caſu, ſi emphyteota, vel ille, qui poſuit ad Cridas, aut ille, qui eſſet obligatus bona ad Cridas poſita defendere, aut habens jus in bonis ad Cridas poſitis, durantibus ſex menſibus ex forma Edicti limitatis ad contradicendum, vel infra tres menſes poſt ipſos ſex menſes, obtulerit acquirere ipſum directum dominium, & civilem poſſeſſionem bonorum, ſuper quibus, ſeu pro quibus fictum libellarium præſtari debuerit, reſpectu directi dominii, & civilis poſſeſſionis, & jus dicti ficti libellarii, ad computum librarum centum Imperialium pro quibuslibet libris quatuor, & ſolidos decem Imperialium ipſius ficti libellarii, pecuniæ, ſeu valoris rerum, quæ dari debent pro ipſo ficto libellario, æſtimandi per unum ex æſtimatoribus illius Civitatis partium confidentem, vel unius partis in contumaciam alterius, ubi tamen adſit, & duret pactum liberandi per contracambium, vel contracambia; eo caſu contradictor teneatur illi ſic offerenti vendere eo pretio, & ad id cogatur. Si verò adſit, & duret pactum liberandi ad pecunias, pariter vendere teneatur pro illo pretio quo ipſe emphyteota liberare ſe poterat, quo in caſu ſalvum ſit jus emphyteotæ liberandi ſe ab eo emptore, prout poterat à venditore, & ipſe venditor eo caſu teneatur tantùm promittere pro ſuo dato, & facto tantùm, ita etiam quòd non teneatur ad pretii reſtitutionem. §. Si verò non adeſſet pactum, vel extinctum foret, teneatur contradictor alterum de duobus facere, vel ipſum directum dominium, & civilem poſſeſſionem, & jus dicti ficti libellarii vendere volenti emere, ut ſupra, ad computum librarum centum Imperialium pro quibuslibet libris quatuor Imperialium, in forma communi, & juris, niſi aliàs ipſum directum legitimè eſſet prohibitum alienari, aut renuntiari ipſi contradictioni, & bona ad Cridas poſita liberare ab eo ficto libellario temporis tunc futuri, in electione ipſius contradictoris. §. Quam electionem ipſe contradictor teneatur facere, & intimare ipſi offerenti velle emere, ut ſupra, infra dies triginta continuos poſt oblationem, & requiſitionem ipſius emere volentis, modò ſit laicus, & ſuppoſitus juriſdictioni Civitatum hujus Dominii: aliter dictæ contradictioni ipſo jure intelligatur renuntiatum fuiſſe; & bona, jurave ad Cridas poſita, ipſo jure, & facto intelligantur liberata à contentis in ea contradictione, reſpectu ipſius ficti libellarii temporis tunc futuri tantum. §. Hoc intellecto, quòd ubi ipſa electio fiat, & intimetur, ut ſupra, ipſe, qui obtulerit velle emere, cogatur per omnia juris remedia, etiam per perſonalem detentionem, ad emendum, & ipſius pretium ſolvendum; ſalvo ſi oſtenderet bona ipſa legitimè prohibita eſſe alienari.

Qui ſemel bona ad Cridas poſuerit, (*ff*) non poſſit, nec ipſe, nec habens datum ab eo, durantibus ipſis Cridis, & earum inſtantia, iteratò ea bona ad Cridas ponere. Quòd ſi poſuerit, Cridæ ſint

Digitized by Google

ſint nullæ, & ulteriùs ponens in pœnam valoris rei incidat, Fiſco applicandam; quam ſi ſolvendo non fuerit, luat in corpus, arbitrio Principis, vel Senatus.

Non poteſt ſive actor, ſive reus, (*gg*) rem, vel jura, ſuper quibus lis eſt, ad Cridas ponere, ſub pœna valoris rei, pro tertiâ parte Fiſco, tertiâ deferenti, & reſiduâ illi, in cujus præjudicium id factum ſit, applicandâ, & alia graviori etiam corporali, arbitrio Principis, vel Senatus infligendâ. §. Poterunt tamen contradicentes his Cridis factis de bonis, & juribus, ſuper quibus lis eſt, jus ſuum proſequi coram primo Judice.

Beneficio harum Cridarum non ſolum hi, qui vendere volunt, ut ſupra, uti poſſunt, ſed etiam hi, qui acquirunt; nam & ipſi, ut bona, & jura ſibi, & poſteris libera conſervent, ea ad Cridas, ſervatâ in cæteris formâ harum Conſtitutionum, ponere poſſunt, modò tamen id intra annum (*bb*) à die acquiſitionis per eos factæ faciant.

AD CONSTITUTIONEM DE BONIS AD CRIDAS PONENDIS.

DECIS. ET ANNOT.

(*a*) Ad §. *Multum* verſic. *comparere coram Vicario Proviſionum*.

VIcarius Proviſionum in judicio Cridarum Proviſionalium eſt Judex Ordinarius,
ſed contradictionum deciſionem tenetur remittere J. C. de Collegio ad normam
hujus Conſtitutionis, ita ut ſi virtute literarum Senatus de forma judicet, non
dicitur delegatus, nec juriſdictionem limitatam prorogare poteſt, minus ſalarium
prætendere ex ſuppoſita delegatione. Ita referente Magnif. Marchione Erba de-
1 claravit Senatus die 2. Septembris 1661.; non obſtante voto Abbatum Collegii
Notariorum hujus Urbis -- Egr. Secret. Annono.

(*b*) Ad verſic. *nomine ſuo proprio, & non alieno poſſides*.

Frater major vendidit prædium commune cum Fratre minore, etiam ejus nomine,
& cum promiſſione rati, exinde illud poſuit ad Cridas, quibus Frater minor non
contradixit; factus Major intentavit rei vindicationem, & causâ ad Senatum de-
2 volutâ, deciſum fuit die 23. Maji 1561. Cridas pro dimidia Minoris non no-
cuiſſe, in caſu Petri Pauli de Sirturis cum Fratribus Briuſchis.
Poſſidens bona empta cum pacto retrovendendi poteſt ea ponere ad Cridas, expreſsâ
narrativa facti. Ita referente Magnif. Com. Siccoborella cenſuit Senatus die 16.
3 Aprilis 1668. favore Jacobi Cribelli, non obſtante contradictione Lunghi ejus
Generi -- Egr. Secret. Coſſa --; & referente Magnif. Marchione Erba die 14.
4 Martii 1669. ad preces Ab Eccleſia -- Egr. Secret. Annono.
Poſſe ad haſce Cridas poni domum ab alio poſſeſſam accedente ejuſdem Poſſeſſoris
conſenſu, decrevit Senatus die 15. Novembris 1662. referente Magnif. Marchio-
5 ne Florentia -- Egr. Secret. Ivagnez.

(*c*) Ad §. *His ſic actis* verſic. *in terra, in qua, ſeu ejus Territorio ſita ſunt bona, vel jura*.

Ad preces Joannis Baptiſtæ Spinulæ Januenſis diſpenſavit Senatus die 10. Junii 1581.
poſſe proclamari jus annui redditus ad loca conſueta Civitatis, & non in loco,
6 ubi illud exigebatur, modo proclamatio quoque fieret ad domum habitaculi ab
7 ipſo ponente eligendi; idem diſpenſavit die 2. Maji 1588. ad preces Marci An-
8 tonii de Judæis Januenſis; & die 28. Januarii 1589. ſuper precibus Auguſtini
de Franchis.

AD EDICTUM

(*d*) Ad §. *Omnibus* verb. *ſi quæ Perſona*.

Creditor etiam ex cauſa onerum tenetur Cridis contradicere. Ita referente Magnif.
9 Arconato, cenſuit Senatus die 1. Februarii 1673. in cauſa Marchionis Iſimbardi
Creditoris Com. Joannoli pro oneribus Civitati Papiæ ſolutis -- Egr. Secret. Sa-
darino.

Ponens bona ad Cridas tenetur contradicere pro ceſſionibus habitis a Creditoribus
anterioribus, nec ſufficere excepiſſe de credito in Actis. Ita referente Magnif. Se-
10 natore de Penna declaravit Senatus die 25. Januarii 1674. in cauſa Ferrarii cum
Serenio -- Egr. Secret. Oliverio.

(*e*) Ad verba *jus aliquod in ipſa re*.

Diſpenſationem concedit Senatus, ut durante tempore ad contradicendum hiſce Cri-
dis poſſit contradicere etiam Creditor non habens hypothecam cum clauſula tamen
11 ſine præjudicio jurium Creditorum anteriorum pariter hypothecam non habentium,
& poſteriorum eam habentium, ut habetur in Formulario Cancellariæ Senatus *tit.*
ut quis hypothecam non habens poſſit contradicere Cridis proviſionalibus.

Cum autem dubitatum fuiſſet an ejuſmodi diſpenſatio intelligi deberet indiſtinctè reſ-
pectu pretii tam non ſoluti, quam ſoluti in actu venditionis, vel aliter antequam
bona ponerentur ad Cridas.

Senatus, audito Commiſſario cauſarum Contradictionum, declaravit hujuſmodi diſ-
penſationem intelligendam eſſe, ut quilibet Creditor etiam hypothecam non habens
12 admittatur ad contradicendum, ſive pretium ſolutum ſit, ſive non, modo tempus
contradicendi adhuc duret, ut ex ipſius declaratione inſerta in dicto Formulario *tit.*
ut non habens hypothecam contradicere poſſit Cridis, etiam ſi Emptor Venditori ſolverit.

(*f*) Ad verſic. *Viduæ pro jure dotium ſuarum*.

Anno 1591. cenſuit Senatus, Angelam de Puteo, attenta ejus Mariti fatuitate, poſſe
13 frui beneficio ſex menſium Viduis conceſſo ad contradicendum.

(*g*) Ad verſic. *Hi enim etiam ex cauſis præmiſſis intra ſex menſes &c.*

Adverſus lapſum termini ad contradicendum ab hac Conſtitutione præſcripti non da-
14 tur reſtitutio in integrum. Ita referente Magnif. de Puteo decrevit Senatus die 23.
Februarii 1663. in caſu Roſannæ Caſſanighæ Creditricis de dote cum Toſcano; &
dictum fuit eam poſſe uti jure offerendi -- Egr. Secret. Sadarino --; & referente
15 Magnif. Menochio die 27. Auguſti 1671. favore Marchionis Lampugnani -- Egr.
Secret. Maddio.

(*h*) Ad §. *Poteritque* verſic. *nullum jus habebunt &c.*

Creditor qui non contradixit, concurrit ad pretium cum contradicentibus, quia Cridæ
proſunt Ponenti, & non Creditoribus; qui ad beneficium Ponentis excluduntur a
16 bonis, ſed non a pretio; & ubi conſentiat Ponens, Creditor poteſt de novo ad-
mitti ad contradicendum etiam reluctantibus aliis Creditoribus, qui contradixerint.
Ita declaravit Senatus die 31. Januarii 1605. in cauſa Cridarum Comitiſſæ Donnæ
Margaritæ Triultiæ.

Ut bona ad Cridas poſita libera remaneant ab hypothecis non requiritur bona fides in
17 Ponente, ſed ſufficit ſolus lapſus temporis, quia non agitur de præſcriptione, in
qua ſemper neceſſaria eſt bona fides, ſed de tacita juris renunciatione ad *text. in l. ſi*
eo tempore C. de remiſſ. pign. Ita referente Magnif. Arconato decidit Senatus die
5. Septembris 1674. favore Boldæ contra Staurengum -- Egr. Secret. Sadarino.

FINIT EDICTUM.

(*i*) Ad §. *Hujus Edicti* verſic. *item aliam in contrata &c.*

Cum ſemel omiſſa fuiſſet per Præconem ſolemnitas publicationis Cridarum in con-
18 trata habitationis Ponentis, Senatus die 24. Februarii 1555. diſpenſavit, poſſe bo-
na iterum poni ad Cridas, non obſtante lapſu anni favore Gregorii Ab Eccleſia.

(*l*) Ad

Digitized by Google

(*l*) Ad §. *Commiſſioneſque* verb. *relationes*.

Omiſſa per Præconem relatione, publicationes ſunt nullæ. Ita referente Magnif. Com.
19 Burro declaravit Senatus die 16. Junii 1673. favore Antonii Mariæ de Peris Fabri
Cæmentarii, contra Marchionem Ferrantem Novatum Tutorem, & Curatorem Fratrum Minorum de Villanis -- Egr. Secret. Annono.

(*m*) Ad §. *Comparentes in termino* verſic. *jurare debent*.

Anno 1656. die 28. Martii Senatus decrevit, ſalva eſſe debere jura Philippi Croda-
20 riæ, non obſtante, quod in ejus contradictione Cridis facta, omiſiſſet extenſionem
hujus juramenti, quia erat relevatum in libro, & Notarius fuit rogatus.

Si per Procuratorem ſit omiſſa forma juramenti præſcripti, non poteſt per Clientem
21 de novo Cridis contradici lapſo tempore. Ita ſuper precibus Margaritæ Villæ, &
reſponſis Syndicorum Civitatis Mediolani cenſuit Senatus in ejus Ordine diei 10. Julii 1634. pag. 547.

In cauſa contradictionis factæ per Franciſcum Tritium Cridis publicatis ad inſtan-
22 tiam Fratrum de Comite, cenſuit Senatus die 31. Auguſti 1568. ſublata exceptione non appoſitorum in juramento verborum, *nec in fraudem* partes uti debere juribus ſuis.

(*n*) Ad §. *Super deductis* verſic. *appellatione*, *&* *querela qualibet remota*.

Appellatio prohibita eſt, tam ſi ſententia lata ſit pro Ponente, quam contra ipſum.
23 Ita decidit Senatus die 2. Novembris 1601. ſuper mutuis precibus Hieronymi, & Pompilii de Baſſis.

Prohibita pariter eſt appellatio in cauſis Cridarum inter Ponentem, & Contradicen-
24 tem. Ita referente Magnif. Com. Siccoborella declaravit Senatus die 30. Julii 1669. in cauſa vertente inter Foſſanum, & Curatorem Pandini -- Egr. Secret. Annono.

Admittitur autem appellatio inter ipſos Contradicentes. Ita decidit Senatus die 23.
25 Martii 1600. in cauſa de Malumbris contra Nicolaum Serram; & die 16. Novem-
26 bris ejuſdem anni in cauſa Solinæ cum Magantia, referente in utroque caſu Ma-
27 gnif. Senatore Brugnolio; & anno 1671. inter Collegium Societatis Jeſu, & Carolum Cittadinum contradicentes.

Licet in hoc Cridarum judicio prohibita ſit appellatio in caſibus ſupra recenſitis, non
tamen prohibitus eſt recurſus ad Senatum; hinc referente Magnif. Lambertengo,
28 illum admiſit Senatus anno 1638. in cauſa vertente inter Com. Aloyſium de Rhaude Actorem, & Fratres Palatios Reos conventos, ac Marchionem Auguſtinum Cuſanum Tertium in cauſa regreſſus a Palatiis pulſatum, & in hoc caſu recurſus dicto Comiti de Rhaude fuit conceſſus poſt decem octo annos elapſos a die ſententiæ prolatæ in cauſa Cridarum.

Anno 1640., referente Magnif. Senatore Bonetto, Senatus admiſit recurſum in cauſa
29 vertente inter Gallaratos, & Clericum Franciſcum Bernardinum Ripam.

Conceſſus fuit recurſus die 5. Maji 1642. cum ſuperſedentia inaudita parte contra ſen-
30 tentiam in cauſa Cridarum latam pro Matre, adjudicato ei augmento dotis ob ingreſſum in religionem filii, tamquam ſi naturaliter mortuus fuiſſet; & in hoc caſu conſideratum fuit, agi de unica ſententia, magnum adeſſe fumum boni juris, & agi de irreparabili quodammodo præjudicio, ſi Mater vigore ſententiæ pecunias exegiſſet -- Egr. Secret. Comite Majoragio.

Poſitis ad Cridas proviſionales a Sylva Emptore bonis a Mombello venditis, ac latâ
in hoc judicio ſententiâ, quæ tranſitum fecit in judicatum, referente Magnif. Mar-
31 chione Erba, cenſuit Senatus die 2. Maji 1672. admittendum recurſum, abſolutis tamen bonis, & Emptore, qui pretium bona fide ſolverat Venditori -- Egr. Secret. Gradignano.

Latâ ſententiâ per Judicem Cridarum, & petito recurſu ad Senatum, dubitatum fuit,
an eſſet concedenda ſuperſedentia, cum ageretur de ſententia in judicio Cridarum
prolata; verum conſiderato agi de unica ſententia, & articulis juris, referente
32 Magnif. Com. Areſio, dictum fuit die 31. Januarii 1678. Partes informare debere in meritis in cauſa inter Taliaferrum, & Longum -- Egr. Secret. Tatto.

Factis contradictionibus per Rev. Joannem Petrum Vaſſallum, & alios Creditores adverſus bona empta, & ad Cridas proviſionales poſita a J. C. C. Camillo Carcano, lata eſt ſententia a Com. Burro tunc hujus cauſæ Commiſſario, & poſtea Senatore, in qua ordinatum fuit ex pretio bonorum ſatisfaciendum eſſe Creditoribus in ipſa

ſententia

Digitized by Google

ſententia expreſsè nominatis, & graduatis, excluſo dicto Vaſſallo; ſententiam de-
nunciavit Carcanus Vaſſallo, aliiſque Contradicentibus, eoſque interpellavit ad de-
ducendum intra quatriduum quæcunque remedia eis competentia, aliter ſe velle
executioni mandare dictam ſententiam. Nulla ex parte Rev. Vaſſalli intra dictum
ſtatutum terminum facta fuit reclamatio, nullumque deductum remedium; unde
Carcanus pretium ſolvit Contradicentibus ad normam ſententiæ. Recurſum ad Se-
natum habuerunt J. C. Petrus Bonicus, & Rev. Joannes Baptiſta Paganus uti Suc-
ceſſores prædicti Vaſſalli; & referente Magnif. Senatore Menochio cenſuit Senatus
33 die 11. Januarii 1679. abſolvendum Carcanum, & bona a petitis per eoſdem Boni-
cum, & Paganum Creditores hypothecarios, non obſtante ſolutione totius pretii per
Carcanum Emptorem facta aliis Contradicentibus, reſervato tantum Bonico, &
Pagano jure agendi contra illos, qui pretium receperant -- Egr. Secret. Oliverio.

(o) Ad §. *Finitis* verb. *contradictionum*.

Contradictiones in cauſis Cridarum proviſionalium in libro relevatas cum juramento,
34 recipi debere etiam poſt lapſum termini, reſcripſit Senatus Abbatibus Collegii No-
35 tariorum hujus Urbis die 7. Martii 1603., & 22. Martii 1607.; & etiam ſi factæ
36 ſint caſſationes, ut declaravit Senatus in ejus Ordine diei 12. Julii 1656. pag. 548.

(p) Ad §. *Sed ſi ipſi Contradicentes &c.*

Inter Contradicentes poſſunt fieri probationes lapſis terminis hic præſcriptis, non au-
37 tem contra Ponentem, vel per eundem adverſus Contradicentes. Ita cenſuit Sena-
tus die 16. Novembris 1601. in cauſa inter Joannem Salutium, & Fratres Lucinos --
Egr. Secret. Beſutio --; & die 31. Maji 1608., referente Magnif. Senatore Mendocia
38 poſtea Præſide Magiſtratus Extraord. datis literis J. C. C. Mediolani Petro Franciſco
Corio in cauſa vertente inter Petrum Franciſcum Vicecomitem Ponentem, &
Marcum Antonium, & Fratres Areſios Contradicentes -- Eodem Egr. Secret. Beſutio.

(q) Ad §. *Eorumque Inſtrumentorum productiones*.

Productiones Inſtrumentorum fieri poſſe etiam lapſis ſex menſibus, referente Magnif.
39 Senatore Parravicino declaravit Senatus die 16. Novembris 1620. in cauſa inter
Minores Malumbras, & Barbavarias, licet ageretur inter Ponentem, & Contradi-
centes -- Egr. Secret. Marcheſonio.
Ubi lapſis terminis fiat Inſtrumentorum productio, Senatus concedit alteri parti ter-
40 minum ad reprobandum contra Inſtrumenta producta. Ita decrevit die 7. Maji
1590. ad preces Hieronymi Alipheri, & reſponſa Joannis Antonii Applani.

(r) Ad §. *Elapſis temporibus* verſic. *fiat commiſſio Partium confidenti*.

Facta commiſſione cauſæ contradictionum Cridarum in J. C. C. Dugnanum, dum eſ-
ſet Vicarius Proviſionum; etiam ſi ſententia ferri deberet poſt completum ipſius
munus, & Emptor Ponens, & Contradicentes conſentirent, ut eſſet Judex, cum
41 tamen de nullitate diceret Venditor, referente Magnif. Com. Puſterla, cenſuit Se-
natus die 23. Junii 1672. novam fieri debere commiſſionem in cauſa inter Octavia-
num Cuſtodem Venditorem, & alios -- Egr. Secret. Maddio.
Cœpto, ac pendente Creditorum concurſus judicio coram Senatu, communis Debitor
vendidit petiam terræ alteri ex Creditoribus, qui eam ad Cridas poſuit coram Ju-
dice Ordinario. Diſputatum fuit, an cauſa deberet proſequi vel coram Senatu, vel
coram Judice Cridarum. Referente Magnif. Com. Siccoborella, decrevit Senatus die 23.
42 Junii 1674. procedendum eſſe ad ulteriora coram Senatu pro cauſa concurſus, &
coram Judice Ordinario pro cauſa Cridarum, & conſideratum fuit judicium coram
Senatu eſſe univerſale, ſed non liberare bona; illud vero Cridarum eſſe particula-
re, & liberare bona, in cauſa vertente inter Caſatum, Recalcatum, & Pinotti-
num -- Egr. Secret. Sadarino.

(s) Ad verb. *In contumaciam alterius partis*.

43 Anno 1620. die 19. Januarii cenſuit Senatus contumaciam poſſe purgari, facta com-
miſſione cauſæ in contumaciam alterius Partis.

(t) Ad verſic. *& conſilium ſuum in ſcriptis dandum ipſi Vicario*.

J. C. C. Cæſar Morigia Commiſſarius cauſæ Cridarum ſuum protulit conſilium; ex-
poſt factus Vicarius Proviſionum illud approbavit; dictum fuit de nullitate, ex eo,
quia

Digitized by Google

quia videretur ſibi met ipſi conſuluiſſe. Propoſito caſu in Senatu ad relationem Ma-
44 gnif. Marchionis Erbæ, judicatum fuit ſententiam ſubſiſtere die 1. Martii 1679. in
cauſa vertente inter Candiam, & Bentium; quia conſideratum fuit Vicarium du-
plicem induere perſonam, nec poſſe apponere manum conſiliis, quæ in hac materia
proferuntur, ſed præſtare nudum nomen -- Egr. Secret. Tatto.

(*u*) Ad §. *Quod ſi in eo termino &c.*

Ad preces Franciſci Bernardini Crucei, & reſponſa Cæſaris Negrolii, attento con-
ſenſu omnium Contradicentium, & Datoris, mandavit Senatus die 31. Januarii
45 1589. Commiſſario cauſæ Cridarum, ut deveniret ad expeditionem cauſæ, non ob-
ſtante lapſu per Emptorem oppoſito, ubi tamen a Contradicentibus actum non eſ-
ſet pro rei vindicatione.

(*x*) Ad §. *Facta commiſſione Inſtantia ejus cauſæ.*

Si ponens bona ad Cridas permittat labi inſtantiam cauſæ, condemnatur in expenſis
46 factis per Contradicentes; & inſtantia durat quoad omnes, ſi in productione lite-
rarum primæ prorogationis penè omnes Contradicentes citati ſint, & nullus con-
tradixerit. Ord. Senat. 29. Januarii 1546. §. *ſtatuis*, & §. *verum*.

Non intelligitur autem inſtantiam durare quoad Contradicentem, niſi in ſingula pro-
47 rogatione citetur; & inſtantia ſuſtineri poteſt a quolibet ex Contradicentibus, dum-
modo citentur Ponens, & alii. Ord. *ut ſupra dict.* §. *verum*, *&* §. *item de-
cernit*.

Inſtantia in cauſis Cridarum, & triennium ad illas terminandas, incipiunt a die lap-
ſus ſex menſium, quando ſtatuuntur ipſo jure Ponenti tempora probatoria, & re-
48 probatoria, & ſententia lata elapſo triennio eſt nulla. Ita referente Magnif. Com.
Burro declaravit Senatus die 29. Januarii 1677. in cauſa vertente inter Marchionem
Franciſcum Mariam Balbum Ponentem, & plures Contradicentes -- Egr. Secret.
Tatto.

(*z*) Ad §. *Amplius ſancitum eſt*. verb. *Agnatus proximior*.

Octavianus Cottoneus emit a Joanne Baptiſta Zonadello unum Sedimen hypotheca-
tum pro dote ejus Uxoris, illudque ad Cridas ponere volens petiit a Senatu diſ-
penſationem, ut loco Agnati, vel Cognati proximioris dictæ Mulieris non exi-
ſtentium, citare poſſet Vicinum, prout diſpenſare ſolet pro obligationibus Mu-
49 lierum carentium Agnatis, vel Cognatis; Senatus die 21. Aprilis 1617. cenſuit
eſſe obaudiendum Cottoneum, quia non eadem ſit ratio de Vicino, quæ de A-
gnato in caſu Mulieribus adeò præjudiciali.

Conſimilem diſpenſationem petiit Octavius Monteſorius; verum Senatus nedum de-
negandam petitam diſpenſationem, ſed imo ab hujuſmodi in futurum diſpenſatio-
50 nibus concedendis abſtinendum eſſe decrevit in ejus Ord. 25. Junii 1628. *in Addit.
Ordin. inferius impreſ.*

(*aa*) Ad §. *Non etiam præjudicant &c.*

Iſtæ Cridæ proviſionales non præjudicant Creditoribus Datoris illius, de quo nulla
51 facta eſt mentio, quia præjudicium non pariunt, niſi quoad expreſſa. Ita referen-
te Magnif. Senatore Arconato decidit Senatus die 5. Septembris 1674. in cauſa
Smeraldæ Boldonæ.

(*bb*) Ad §. *Habentes jura conditionalia &c.*

Domini Cenſuum tenentur contradicere pro cenſibus præteritis, ſecus pro futuris.
52 Ita referente Spectabili Quæſtore Cajmo judicavit Magiſtratus Extraord. Reddit.
53 anno 1604. pro Octavia de Comite, & Senatus die 15. Novembris 1610. pro Ca-
tharina Bellona Vidua Egr. Secretarii Bellaſii.

(*cc*) Ad §. *Non præjudicant*.

Cridæ non præjudicant non natis, ut conſultus Senatus reſpondit Magiſtratui Ex-
54 traord. Reddit. in ejus Ord. 19. Octobris 1585., hocque procedit tam quoad Cri-
das fiſcales, quam proviſionales; & quando præjudicent etiam non natis traditur
ibidem *in meis annot. n. 1. & 2.*

(*dd*) Ad

Digitized by Google

(*dd*) Ad verb. *Eccleſiis*.

Præjudicant tamen Perſonis Eccleſiaſticis non contradicentibus juxta Bullam Summi
55 Pontificis Martini V. impreſſam penes Carpanum ad Statuta Mediolani in fine
Voluminis primi editionis anni 1616. apud Joannem Baptiſtam Bidellium.

(*ee*) Ad §. *Nec etiam noceant Dominiis directis*.

Cridas tam fiſcales, quam proviſionales non præjudicare Dominis directis, & Do-
56 minis utilis Dominii cavetur etiam in decreto Ducali diei 21. Maji 1523. *im-
preſſo inter Ord. Senat.*, *ubi vide meas annot.*

(*ff*) Ad §. *Qui ſemel bona ad Cridas poſuerit*.

Anno 1613. die 14. Decembris quidam de Zanis poſuit domum ad Cridas, & duran-
te inſtantia renunciavit Cridis; deinde quædam mulier de Vignatis Creditrix hy-
pothecaria adverſus domum proclamatam contradixit ipſis Cridis, ignorans dictum
de Zanis ipſis renunciaſſe, quia non fuit citata, ut fas erat, ad videndum re-
nunciari ipſis Cridis: Contradictioni factæ per Vignatam de Zanis non reſpondit,
neque admonuit de renunciatione: Anno ſequenti 1614. de Zanis iteravit Cri-
das, quibus Vignata non contradixit credens ſubeſſe inſtantiam Cridarum anni
1613. Dubitatum itaque fuit an poſteriores Cridæ ei nocuiſſent, & propterea an
dicta domus eſſet liberata ab hypotheca Vignatæ. Senatus intellecta hac cauſa de-
dit literas die 30. Maji 1615. Prætori Laudæ, ut, ubi expoſita eſſent vera, citatis
57 citandis provideret omnibus juris remediis pro omnibus in contradictione anni
1613. per Vignatam deductis; & ipſi Vignatæ juſtitiam faceret ſummariè, non
obſtante renunciatione primis Cridæ facta, ac ſecunda illarum publicatione -- Egr.
Secret. Marcheſonio.

(*gg*) Ad §. *Non poteſt ſive Actor, ſive Reus &c.*

Ad preces Agnatorum Filiorum Hieronymi Bonetti Papienſis diſpenſavit Senatus die
58 30. Octobris 1591. poſſe ad Cridas poni quamdam domum, ſine tamen præjudicio
litis pendentis, & jurium Partis.

Contradictio in cauſa Cridarum non infringitur, cum lata eſt ſententia ex eo, quod
agatur de re litigioſa, quando lis non eſt contra Actorem, & Reum, ſed cum ter-
tio, qui non contradixit, & quando non agitur de alienatione voluntaria, ſed ne-
59 ceſſaria ex decreto Judicis. Ita referente Magnif. Senatore Stampa declaravit Sena-
tus die 6. Julii 1667. in caſu de Nobilibus cum Ceruto -- Egr. Secret. Sadarino.

(*hh*) Ad §. *Beneficio harum Cridarum* verb. *intra annum*.

Comes a Somalea petiit diſpenſationem, ut etiam poſt annum ponere poſſet bona ad
60 Cridas, & Senatus die 17. Februarii 1588. eam concedere noluit, motus hac ra-
tione, quia cum abſque hujus Conſtitutionis diſpoſitione liberum eſſet unicuique
agere quandocunque libuiſſet, non erat hæc Conſtitutio odioſa amplianda ultra
61 caſum in ea expreſſum; & idem decrevit die 23. Februarii 1595. ſuper precibus
Primi Tachini de loco Domus Oſſulæ, licet Venditor non contradiceret.

Licet hæc Conſtitutio diſponat uti volentem beneficio Cridarum debere bona ad illas
ponere intra annum a die acquiſitionis, intelligi tamen debet, quando Emptor ſta-
tim ſit etiam adeptus poſſeſſionem bonorum emptorum, ut juxta præſcriptum ab
iiſdem Conſtitutionibus jurare poſſit ſe bona empta verè, & realiter poſſidere; unde
ſi poſt factam acquiſitionem differat Emptor poſſeſſionem nanciſci ob controverſiam
vigentem ſuper bonis emptis, & illam acquirat poſt ſublatum ejuſmodi impedimen-
tum, annus ad ponendum bona ad Cridas præſcriptus currit a die adeptæ poſſeſ-
ſionis, non vero factæ acquiſitionis. Ita referente Magnif. Regente Marchione Ca-
62 valli ſtetit ſententia Senatus diei 31. Maji 1759. pro Jo. Baptiſta Tonſio, qui eme-
rat prædium ſitum in Territorio Buſti Arſicii anno 1754., & ſublata anno 1757.
menſe Maji controverſia ſuper illo pendente cum Paulo Ferrario ex cauſa prætenſæ
prælationis, eodem anno poſſeſſionem acquiſivit, & ſequenti anno menſe Martii
illud poſuit ad Cridas proviſionales, contendente Franciſco Petraco uti Procuratore,
& Ceſſionario Felicis Peruchetti, prodeſſe non poſſe dicto Tonſio Emptori benefi-
cium Cridarum ob lapſum anni a die factæ acquiſitionis,

Digitized by Google

DE BONIS IN SOLUTUM DANDIS, AUT AD HASTAM VENDENDIS.

IN caſibus, in quibus debitum ſit ſolvendum in pecunia numerata, liquidumque ſit, nec alio modo ſuccurri poſſit creditori, ad hoc ut ſatisfactionem in pecunia numerata conſequatur, omnes Judices competentes aditi à creditore teneantur, ſtatuto perprius debitori viginti dierum termino ad ſolvendum in pecunia numerata, & eo non ſolvente, per ſubhaſtationem bonorum (*a*) creditori ſatisfacere, poſt quam ſatisfactionem, ſi major, & præſens, termino menſis, abſens verò, pupillus, furioſus, mentecaptus, termino duorum menſium de ea coram Judice conqueratur, nimis vili pretio alienata eſſe, Judex tenetur alienationem reducere (*b*) ad duas partes ex tribus veræ æſtimationis bonorum ad utilitatem debitoris. §. Et eo amplius omni caſu, ſalvum ſemper erit jus debitori, ea bona eodem pretio intra annum redimendi. (*c*)

Moleſti quandoque adeo ſunt creditores, ut nil aliud curare videantur, quàm ut debitores in Carceribus marceſcant; ideo ſancitum eſt, quòd in omnibus caſibus (exceptis tamen in præſenti Sanctione comprehenſis) in quibus, vel pacto, vel aliter, debitor teneatur ad ſolvendum in pecunia numerata (*d*), poſſit debitor dare de bonis in ſolutum (*e*) creditori, deducta tamen tertia parte (*f*) veri pretii, & veræ æſtimationis eorum bonorum. §. Eaque bona intra duos annos eodem pretio redimere poterit. §. Huic Sanctioni per pactum (*g*) quibuſcunque clauſulis vallatum renunciari per debitorem non poſſit. §. Notarii Inſtrumenta contra tenorem præſentis Conſtitutionis rogantes ab officio ſuſpendantur, & majori pœna arbitrio Senatus puniantur. §. Caſus verò in præſenti Sanctione comprehenſi, hi ſunt; debitores ex cauſa ficti ſimplicis (*h*), vel libellarii (*i*), penſionis, & crediti (quod adjutorii maſſaritii vulgò appellant) expenſarum litis, mercedis, depoſiti veri, & realis (*l*), pretii rei venditæ (*m*), onerum (*n*), Datiorum, Mercimonii, literarum Cambii veri, & realis, fidejuſſionis (*o*), & redemptionis captivorum.

AD CONSTITUTIONEM DE BONIS IN SOLUTUM DANDIS.

DECIS. ET ANNOT.

(*a*) Ad §. *In caſibus* verb. *per ſubhaſtationem bonorum*.

1 CŒpta ſubhaſtatione, non poſſe concedi terminum ad parandas pecunias decrevit Se-
natus die 22. Novembris 1666. in cauſa vertente inter Arigonum, & Pirogallum.
Subhaſtatio nulla eſt, ſi adſit exceſſus in ſubſtantia decreti; ſecus vero ſi exceſſus ſit
ſolum in executione. Ita referente Magnif. Com. Trotto decidit Senatus die 13.
2 Auguſti 1692. favore Ven. Monaſterii S. Mariæ Conſolationis, nuncupati *della Stel-
la* Mediolani, contra Franchinum Ruſcam.
Hæc Conſtitutio ſervanda eſt etiam contra debitores ex cauſa Sportularum, & ſubha-
ſtationes fieri debent auctoritate Judicum locorum, in quibus ſita ſunt bona. Ord.
3 Senat. 14. Januarii 1639.

Oblatio

Digitized by Google

Oblatio meliorationis in ſexta parte pretii rei Minoris ad haſtam venditæ, propoſita
intra quadraginta dies admittitur. Ita referente Magnif. Senatore Olivatio cenſuit
4 Senatus die 16. Julii 1753. favore cujuſdam Minoris de Capitaneis Comenſis, de-
cernendo eſſe admittendam oblationem, & exponendas novas Cedulas.

(*b*) Ad verſic. *Judex tenetur alienationem reducere &c.*

Petita, & facta reductione ad duas partes juxta normam hujus Sanctionis, fructus
5 interim percepti reſtituendi ſunt debitori. Ita referente Magnif. Senatore Bellono
cenſuit Senatus die 5. Junii 1624. favore Alphonſi Perſichelli contra Fratres Pi-
cenardos Cremonenſes.

(*c*) Ad §. *Et eo amplius* verb. *intra annum redimendi.*

Terminus ad redimendum hic præſcriptus, utpote legalis non prorogatur a Senatu.
6 Ita decrevit Senatus die 3. Novembris 1615., referente Magnif. Senatore Paniga-
rola, in cauſa inter Littam, & Fagnanum; die 14. Junii 1643. referente Magnif.
7 Com. Siccoborella favore hæredum Juliæ de Canobiis; die 20. Decembris 1664.,
8 referente Magnif. Florentia in caſu Sciapuzzoni cum Marchioniſſa Eſtenſi; die 15.
9 Septembris 1667., referente Magnif. Com. Loayſa, in caſu Marchionis Ariberti
Cremonenſis -- Egr. Secret. Belcredio --; & die 18. Julii 1715. favore Com. Don
10 Franciſci Ciconeæ Mozzoni contra Joannem Petrum Moroſinum -- Egr. Secret.
Ceſato.

Dilatio annorum quinque ad redimenda bona ſubhaſtanda, vel in ſolutum danda, præ-
via æſtimatione in rationem librarum quinque pro centenario de nitido, conceſſa
11 fuit debitori a Senatu die 29. Maji 1681., referente Magnif. Senatore Boſſio in
caſu Hæredis Principis Triultii cum Principiſſa pro ejus dote, quia ante conceſ-
ſionem hujuſmodi dilationis nullum erat jus quæſitum Creditori per ſubhaſtatio-
nem, vel dationem in ſolutum -- Egr. Secret. Ceſato.

Ut currat terminus anni ad redimendum præſcripti, requiritur intimatio ſubhaſtatio-
nis, quæ conſideratur tamquam ſententia; unde cum ab ea appellari poſſit, non ſuf-
12 ficit ſcientia aliter habita quam per intimationem. Ita referente Magnif. Com.
Burro declaravit Senatus die 23. Maji 1672. favore Minorum de Ciſlaghis contra
J. C. Faſſinam -- Egr. Secret. Sadarino.

Pendente tempore ad redimendum, ſi bona apprehenſa fuerint a Magiſtratu, illud non
13 curret, niſi a die, quo fuerint relaxata. Ita referente Magnif. Marchione de Cle-
ricis, cenſuit Senatus die 10. Julii 1669. in caſu Cuſtodis cum Marinono -- Egr.
Secret. Maddio.

Non pariter currere hoc tempus pendente appellatione admiſſa quoad devolutivum
14 tantum, decrevit Senatus die 9. Maji 1672., referente Magnif. Senatore Stampa,
favore Corii contra Blancum -- Egr. Secret. Gradignano.

Creditore poſſidente jure crediti, non competit jus redimendi intra annum a die fa-
15 ctæ deliberationis ad haſtam. Ita referente Magnif. Marchione Caxa declaravit
Senatus die 1. Septembris 1666.

Si in ſubhaſtatione intervenerit læſio enormiſſima, allegari poterit, non obſtante lapſu
hujus termini, quod remedium reſciſſionis ex capite læſionis prædictæ non eſt ſu-
16 blatum per hanc Conſtitutionem. Ita referente Magnif. Senatore Petracino cenſuit
Senatus die 22. Auguſti 1649. favore Com. Sancti Secundi contra Comites Jaco-
17 bum, & Hieronymum Fratres Simonettas -- Egr. Secret. Creſcentino; referente Ma-
gnif. Carillo die 13. Februarii 1665. in caſu de Tagliabobus cum Negrono -- Egr.
18 Secret. Coſſa --; referente Magnif. Senatore Caſato die 4. Februarii 1665. in cauſa
vertente inter Scottos, & Cavatium -- Egr. Secret. Oliverio; & referente Magnif.
19 Erba die 15. Septembris 1673. favore Marchioniſſæ Margaritæ Vicecomitis Coriæ
contra Fratres de Magiſtris, decernendo ſubhaſtationem nullam, & teneri Fratres de
Magiſtris ad reſtitutionem fructuum, ſoluto tamen ipſis intereſſe eorum crediti, &
deductis oneribus ſolutis.

Hoc jus redimendi eſſe ceſſibile declaravit Senatus 9. Martii 1678., referente Magnif.
20 Senatore Caſato in cauſa vertente inter Comitiſſam Franciſcam Meltiam Tutri-
cem, & Curatricem ejus Filiorum, & Comitem Cæſarem Ayroldum; & ſi quis
21 vigore juris redimendi ſibi ceſſi, redimat domum, tenetur ſtare locationi interim
factæ ab Emptore. Ita decidit Senatus die 30. Auguſti 1651.

Jus intra annum redimendi ab hac Conſtitutione conceſſum debitori, habet locum,
quando bona debitoris ad haſtam poſita adjudicantur alicui ejus Creditori; ſecus

Digitized by Google

vero quando ſub ejuſmodi haſta venduntur alicui tertio non Creditori; hinc ven-
ditis ſub haſta ad inſtantiam concurſus Creditorum Antonii Cæpollæ ejus bonis ſitis
in Territorio Inzaghi Joſeph ab Hortu extraneo Licitatori, & petente Magdalena
Staurenga dicti Cæpollæ Uxore evincere dicta bona Inzaghi ex jure offerendi, &
redimendi; referente Magnif. Senatore Regente Com. Perlongo poſtea Magno Can-
22 cellario, ſtetit Senatus ſententia diei 16. Julii 1737. *locum non eſſe juri redimendi
non obſtantibus deductis; locum pariter non eſſe juri offerendi; ideoque abſolvendum
Joſeph ab Hortu a petitis per Staurengam, non obſtantibus pariter deductis.*

(*d*) Ad §. *Moleſti* verb. *in pecunia numerata.*

Etiam in caſibus non exceptis, hujus Conſtitutionis diſpoſitioni locus non eſt, quando
23 Creditori ſatisfieri poteſt in pecunia numerata. Ita declaravit Senatus in ejus Or-
dine 4. Martii 1614. ſuper precibus RR. Patrum S. Franciſci Oppidi Vigueriæ.

(*e*) Ad verſic. *poſſit debitor dare de bonis in ſolutum Creditori.*

Antequam Debitor dare poſſit bona in ſolutum Creditori, debet vendere bona mo-
bilia; & curare, ut illorum pretio ſatisfaciat; ubi vero non habeat mobilia ultra
neceſſarium uſum, vel non ſufficiant pro ſanando debito; tunc in ſubſidium locus
eſt dationi in ſolutum de tot bonis ſtabilibus ad normam hujus Conſtitutionis. Ita
24 decidit Senatus die 22. Septembris 1600. in cauſa vertente inter Chriſtophorum, &
Nepotes de Giramis, & Franciſcum Bernardinum Giramum; & etiam decrevit in
25 Ord. 1. Julii 1602., ubi *in meis annot.* recenſentur aliæ deciſiones.

Et tali caſu tenetur debitor probare, ſe non invenire pecuniarum ſubventorem, &
offerre notulam bonorum immobilium cum Inſtrumentis, quia poteſt Creditor eli-
26 gere, quæ vult. Ita declaravit Senatus die 13. Maji 1600. favore Herculis Vice-
comitis Creditoris contra Marchionem Cuſanum debitorem.

Si adſit concurſus Creditorum, non tenentur Creditores bona in ſolutum accipere,
niſi ſecuta ſubhaſtatione ad normam Statuti Mediolani *cap.* 163. *vol.* 1.; ut decre-
27 vit Senatus anno 1635. menſe Aprilis in cauſa vertente inter Plattam, & Marlia-
num, & alios -- Egr. Secret. Com. Majoragio.

Bona non dantur in ſolutum pro debito ex cauſa cenſus. Ita declaravit Senatus die
28 14. Junii 1606., referente Magnif. Senatore Papirio Cattaneo.

Neque pro debito ex cauſa adminiſtrationis Loci Pii. Ita cenſuit Senatus die 14.
29 Maji 1618. favore Montis Pietatis Civitatis Derthonæ contra Bartholomæum de
Clericis ejus Adminiſtratorem.

Pro tenui ſumma mutuata a Muliere paupere Domino ſuo, expoſt ab eodem declara-
ta in ejus Teſtamento medio legato, non dantur bona in ſolutum, ſed cogitur de-
30 bitor ad ſolutionem in pecunia numerata. Ita referente Magnif. Senatore Com.
Bracherio decidit Senatus die 4. Decembris 1663. in caſu Torti -- Egr. Secret.
Annono.

Quando agitur de annuo legato modicæ ſummæ, & quod ſapiat naturam alimento-
rum, potiſſimum poſt ſententiam Senatus, non dantur bona in ſolutum. Ita refe-
31 rente Magnif. Marchione Erba judicavit Senatus die 16. Martii 1675. in caſu Fri-
gerii Creditoris ex legato cum Com. Carpano -- Egr. Secret. Annono.

Dationi bonorum in ſolutum locus non eſt pro debito exiguæ ſummæ. Ita declaravit
32 Senatus die 22. Septembris 1630. pro debito librarum 350.; & poſt alios caſus in
33 eo Comitis Durini die 1. Martii 1667., referente Magnif. Senatore Conturbio --
Egr. Secret. Sadarino; & ad effectum denegandi dationem in ſolutum, tenuitas de-
34 biti conſideratur habito reſpectu ad divitias Debitoris. Ita referente Magnif. Pat-
tellano cenſuit Senatus anno 1650. contra Carolum Londonium; & die 13. No-
35 vembris 1667. referente Magnif. Senatore Stampa.

Bona in ſolutum poſſe dari a Communitate pro debito erga privatum, etiam ſi agatur
36 de cenſu, judicavit Senatus die 5. Decembris 1669. referente Magnif. Marchione
de Clericis in caſu Landriani cum Communitate Caſtellatii -- Egr. Secret. Annono.

Non dantur bona in ſolutum, quando agitur de debito ex cauſa veri mutui. Ita re-
37 ferente Magnif. Senatore Carillo, deciſum fuit a Senatu die 2. Martii 1662. favo-
re cujuſdam Mulieris contra Bartholomæum Cajmum -- Egr. Secret. Sadarino --;
38 & referente Magnif. Senatore Stampa die 14. Novembris 1667. -- Egr. Secret. Sa-
39 darino --; & referente Magnif. Senatore Florentia die 4. Februarii 1668. -- Eod.
Egr. Secret. Sadarino.

Non procedit hæc Conſtitutio, quando Creditori jam cautum ſit media ſequeſtratione
fructuum,

fructuum, agaturque de bonis ſubjectis fideicommiſſo, & parcellæ conſtituentes cre-
ditum ſint pro majori parte privilegiatæ. Ita referente Magnif. Com. Siccoborella
40 cenſuit Senatus die 6. Septembris 1678. in caſu Reynæ cum Com. Petro Luca Vi-
cecomite -- Egr. Secret. Annono.

Pro debito librarum 500. ex cauſa mercium poſt obtentum a Senatu terminum ad pa-
randas pecunias, eoque elapſo, non eſſe locum dationi bonorum in ſolutum decre-
41 vit Senatus die 9. Decembris 1668. referente Magnif. Com. Siccoborella in caſu
Burghi cum Carpano -- Egr. Secret. Sadarino.

In ſolutum non dantur bona pro debito ex cauſa mutui ab initio, poſt factam execu-
tionem, & datum depoſitarium. Ita referente Magnif. Com. Loayſa ſanxit Senatus
42 die 23. Maji *1669*. rejecta appellatione quoad utrumque effectum in cauſa vertente
inter Carcanum, & Fabium Caſtillionæum -- Egr. Secret. Annono.

Dari poſſunt bona in ſolutum in caſibus non exceptis, non obſtante lapſu termini a
Creditore conceſſi. Ita referente Magnif. Com. Burro declaravit Senatus die 17.
43 Aprilis 1671. in cauſa inter Caſtillionæum, & Bellonum -- Egr. Secret. Annono.

Cauſidicis pro mercede patrocinii non dari bona in ſolutum decidit Senatus die 17.
44 Junii 1671., referente Magnif. Senatore de la Hoz, in caſu Cauſidici Righini cum
Salerno -- Egr. Secret. Ivagnez.

Non admittitur datio bonorum in ſolutum, quando Pars petiit terminum ad ſolven-
dum, & offerens notulam bonorum, dixit habere bona feudalia, & obnoxia reſti-
tutioni dotium. Ita referente Magnif. Senatore Arconato decrevit Senatus die
45 16. Novembris *1676*. in cauſa inter Ferrarium, & Com. Carolum Bologninum --
Egr. Secret. Oliverio.

Si laicus offerat dare bona in ſolutum alicui Perſonæ Religioſæ, vel Monaſterio,
ipſis renuentibus accipere bona, non procedit iſta Conſtitutio ob defectum juriſdi-
46 ctionis. Ita referente Magnif. Senatore Vicecomite cenſuit Senatus die 18. Maji
1696. favore Ven. Monaſterii S. Mariæ Conſolationis, nuncupati *della Stella* hujus
Urbis, contra Carolum Gallaranum.

Demum conceditur, vel denegatur a Senatu Debitori beneficium dandi bona in ſo-
lutum, prout æquitas ſuadet, attentis occurrentibus caſuum circumſtantiis; hinc
referente Magnif. Senatore de la Hoz denegavit Senatus die 23. Auguſti 1653.
47 dictum beneficium cuidam Rozzono debitori de aureis octo centum circiter verſus
quamdam Mulierem Bergomenſem, quia eidem uti forenſi nimis damnoſum fuiſ-
ſet, bona præſertim mediocris valoris loco pecuniæ conſequi in alieno Dominio;
& referente Magnif. Senatore Bracherio decrevit Senatus die 23. Martii 1654.
48 teneri Franciſcum Foſſanum ſolvere in pecunia numerata cuidam Mulieri pauperi
aureos mille eidem pro dote promiſſos, quia dictus Foſſanus erat notoriè dives,
unde in tali caſu oblatio dandi bona in ſolutum videbatur ſapere defatigationem.

Pro debito cambiali an dentur bona in ſolutum, vide infra *in tit. de Officio Abbat.*
49 *& Conſul. Mercator. n.* 28.

Facta per debitorem judiciali oblatione ejus Creditori dandi tot bona in ſolutum,
eâque acceptatâ, non licet amplius judicium variare ad *text. in l. quod in here-
dem. 9. §. eligere ff. de tributoria actione;* & ita decidit Senatus die 28. Februa-
50 rii 1671. in cauſa vertente inter Dominicum Miglium, & Nicolaum Luinum.

(*ſ*) Ad verſic. *deducta tamen tertia parte, &c.*

Secuta bonorum datione in ſolutum, deducta tertia parte juſti pretii ad normam
hujus Conſtitutionis, ſi Agnatus debitoris vigore Statuti redimat ipſa bona, ad
ipſum minimè ſpectat lucrum illius tertiæ partis, ſed ad ipſum Creditorem, quia
Agnatus admitti debet ad retrahendum juſto pretio, & non deducta dicta tertia
51 parte. Ita cenſuit Senatus die 6. Martii 1559. -- Egr. Secret. Pattellano --; tum
ad evitandas fraudes, ne debitor ſubmittat Agnatum ad proprium beneficium;
tum quia ſi ipſe Debitor redimeret, juxta facultatem ab hac Conſtitutione eidem
conceſſam, illa tertia pars recaderet in obligationem verſus alios ejus Creditores.

Deductio tertiæ partis æſtimationis bonorum, quæ ad haſtam ponuntur, non habet
locum in caſibus in hac Conſtitutione exceptis. Ita declaravit Senatus die 23.
52 Februarii 1545. ad inſtantiam Fratrum de Bonettis Cremonenſium.

Decreta datione in ſolutum, deducta tertia parte bonorum Joſeph Boteroli favore Ca-
millæ de Rhaude, Hoſpitale Magnum Civitatis Laudæ Creditor in ipſis bonis ex
cauſa cenſus, prætendebat quoad capitale non eſſe dandum deducta tertia parte,
ſed juſto valore, attento concurſu, & quoad cenſus decurſos eſſe anteriorem.

Re

Digitized by Google

Re in Senatu propoſita, deciſum fuit die 28. Septembris 1668. dationem deducta
53 tertia parte ſubſiſtere, & Camillam de Rhaude eſſe anteriorem etiam pro cenſi-
bus decurſis.

Deductio tertiæ partis veri valoris bonorum habet locum non ſolum pro conſti-
tuenda, vel reſtituenda dote juxta Ordinem Senatus diei 10. Januarii 1608., ve-
54 rum etiam quando vergente Marito ad inopiam conceditur Uxori aſſecuratio per
immiſſionem ad bona in vim pignoris, & hypotecæ. Ita referente Magnif. Sena-
55 tore Com. Barbovio decrevit Senatus die 15. Junii 1689. favore Angelæ Reynæ.

Si autem reſtitutio dotis fieri debeat media datione in ſolutum tot bonorum fidei-
commiſſo aſcendenti ſuppoſitorum vigore *Auth. reſque. C. commun. de fideicom.*
ob non inventum Emptorem pro reſtituenda dote in pecunia numerata, & agatur
non de Uxore ipſius met Fideicommittentis, ſed de Uxore alicujus ex Gravatis,
tunc ejuſmodi datio in ſolutum fieri debet juſto pretio juxta doctrinam Fuſarii *de
ſubſtitution. quæſt.* 532. *n. ult.*; & ita judicavit Egr. Capitaneus Juſtitiæ Franciſ-
56 cus Villanus anno 1660., cujus ſententia in gradu appellationis fuit confirmata eo-
dem anno a Senatu, referente Magnif. Senatore Butigella.

(*g*) Ad §. *Huic ſanctioni per pactum, &c.*

Ut beneficio hujus Conſtitutionis renunciari poſſet, diſpenſare noluit Senatus die 13.
57 Februarii 1665. referente Magnif. Senatore Com. Siccoborella in caſu Ayroldi cum
Martignono -- Egr. Secret Coſſa.

(*h*) Ad §. *Caſus vero* verb. *ex cauſa ficti ſimplicis.*

Non dantur bona in ſolutum pro ſumma mutuo accepta pro ſolvenda penſione do-
mus. Ita referente Magnif. Com. Siccoborella declaravit Senatus die 17. Maji
58 1670. favore Comitis Simonettæ contra Federicum Rozzonum -- Egr. Secret. Annono.

(*i*) Ad verb. *vel Libellarii.*

Dationi bonorum in ſolutum locus non eſt pro debito ex cauſa ficti libellarii, &
maximè poſt petitam, & obtentam a Senatu dilationem ad ſolvendum. Ita refe-
rente Magnif. Marchione Erba decrevit Senatus die 17. Junii 1665. favore Con-
59 fraternitatis Sancti Roſarii Papiæ contra Communitatem Sartiranæ -- Egr. Secret.
Coſſa.

(*l*) Ad verba *depoſiti veri, & realis.*

Hanc Conſtitutionem non eſſe extendendam adverſus Depoſitarium, quia privilegium
60 datum eſt cauſæ, cenſuit Senatus die 7. Januarii 1556.

Pro depoſito non dari bona in ſolutum declaravit Senatus die 22. Maji 1669., refe-
61 rente Magnif. Com. Loayſa pro Carcano -- Egr. Secret. Annono.

Depoſitum vero in genere, paciſcito intereſſe poſt moram non eſſe exceptum, ſed ſub-
62 jacere dationi bonorum in ſolutum, cenſuit Senatus die 22. Junii 1669. in cauſa
vertente inter Referendarium Comi, & Queſtam -- Egr. Secret. Annono --; &
63 referente Magnif. Senatore Caſato die 11. Septembris 1670. in caſu Caſtrobeſutii
cum de Puteo carcerato in Mala-Manſione hujus Urbis -- Egr. Secret. Sadarino.

Ubi autem agatur de debito ex cauſa depoſiti in genere, & cum intereſſe, ſed in te-
nui ſumma, tunc non competere beneficium dandi bona in ſolutum, decrevit Se-
64 natus die 20. Julii 1666., referente Magnif. Senatore Bracherio favore Pairanæ
contra de Giramis -- Egr. Secret. Coſſa --; & die 30. Martii 1670., referente
65 Magnif. Com. Loayſa in cauſa vertente inter Plenum, & Drallum -- Egr. Se-
cret. Maddio.

(*m*) Ad verba *pretii rei venditæ.*

Sub nomine rei venditæ intelligitur etiam pretium rei mobilis, præſertim Jocalium,
& ſimilium. Ita referente M. Senatore Nicolao Leyzaldo poſtea Præſide Magi-
66 ſtratus Extraord. Reddit., declaravit Senatus die 29. Januarii 1624. favore Comi-
tis Rovidii contra Joannem Veronam.

Bona in ſolutum non dantur ob pretium rei venditæ, dum bona vendita penes Em-
ptorem evicta fuere, & jam pars pretii Venditori ſoluta ſit, par quippe ratio mi-
67 litat, ac ſi ageretur de rei pretio ad normam hujus Conſtitutionis. Ita referente
Magnif. Marchione de Clericis, cenſuit Senatus die 14. Novembris 1668. in caſu
Cellæ cum Vicomercato -- Egr. Secret. Maddio.

Dilatio

Digitized by Google

Dilatio ad ſolvendum pretium rei emptæ conceditur a Senatu Debitori, ſed non ultra
68 menſem, & dies viginti. Ita referente Magnif. Senatore Com. Loayſa decrevit
Senatus die 23. Octobris 1671.

(*n*) Ad verb. *Onerum*.

Redemptio bonorum in ſolutum datorum pro debito ex cauſa onerum non competit,
69 ut ſæpiſſimè judicaſſe Senatum teſtatur Calvin. *de æquit cap.* 199. *n.* 84. *lib.* 2.

(*o*) Ad verb. *Fidejuſſionis*.

Diſpoſitionem hujus Conſtitutionis procedere ſolum favore Fidejuſſoris, qui ſolvit
70 pro principali Debitore, ut ab eodem cogi non poſſit accipere bona in ſolutum,
declaravit Senatus die 1. Julii 1602.

DE PROHIBITIS, ET CONCESSIS EXECUTIONIBUS PERSONALIBUS.

PRo debitis privatis nemo perſonaliter detineri poteſt, (*a*) niſi ex præſentibus Conſtitutionibus, vel jure municipali Civitatum, & Locorum caveatur. §. Hac tamen Sanctione non comprehenduntur huic Dominio non ſubditi.

Coloni, Partiarii, Fictabiles, vel Emphyteotæ, & qui ſocietatis nomine animalia tenent, Penſionantes, & Molendinarii, pro eorum debitis ad creditorum petitionem carceri mancipari poſſunt, conſtito tamen de credito. Idem de iis, qui majores viginti annis cum eis habitaverint eo tempore, quo debita contraxerunt. §. Nec ii ad ceſſionem bonorum admittantur; (*b*) & ſi contingat aliàs ceſſiſſe, ea ceſſione non obſtante, detineri poterunt, nec relaxandi, niſi creditore ſatisfacto. §. Hæc tamen Conſtitutio, quoad capturam locum non habet in Fictabilibus, Inquilinis, Emphyteotis, Penſionantibusve bonorum, vel rerum exiſtentium in Civitatibus hujus Dominii, vel Oppidis munitis, habentibus merum, & mixtum imperium, nec etiam in his, qui in perpetuum, vel ad tempus conducunt res, ſivè ruſticas, ſivè urbanas, perprius per eos Locatori venditas cum pacto redimendi, & adhuc pactum duret, nec in eorum correis, & fidejuſſoribus.

Conſuetum, eſt, ut in Civitate Mediolani ſingulo quoque anno per Summum Romanum Pontificem Indulgentiæ concedantur alternis annis, modò Fabricæ Templi, modò Hoſpitali Majori, (*c*) cujus causâ concurſus eſt magnus populorum, & gentium. Qui ut major fiat, ſancitum eſt, neminem pro debito privato, vel publico, nec alia quavis ex cauſa in ære, vel perſona, moleſtari, nec impediri quoviſmodo poſſe per dies quatuor (*d*) ante diem feſtum Annunciationis Virginis Mariæ, ipſum diem, & quatuor ex poſt. §. Hujus tamen Sanctionis beneficio (*e*) uti non poſſunt Rebelles, vel Rei criminis læſæ Majeſtatis, aut homicidæ, (*f*), famoſive Latrones, & Banniti ex cauſa capitali (*g*), aut venientes ex locis bannitis, aut ſuſpectis ex cauſa peſtis.

Ut indicta ſit quies litigantibus (*b*), & his, quies eorum patroci-

nium

nium habent, cautum eſt, ne quis in portis, porticibuſve, aut domibus Juriſperitorum, & Cauſidicorum, ex cauſa debiti publici, vel privati, detineri poſſit.

Coloni, Fictabiles, Reddituarii, Partiarii, Molendinarii, & alii qui inculta bona relinquunt, & non integrè facta ſatisfactione Locatori, aliundè habitatum ſe transferunt de una juriſdictione in aliam, vel in eadem, Magiſtratus illius juriſdictionis ad petitionem Locatoris, cogat eos ad ſatisfaciendum omnibus juris remediis, etiam per perſonalem detentionem, etiam ſi prænominati ſtarent, vel habitarent, cum aliqua Perſona, Collegio, vel Univerſitate non ſubdita dicto Magiſtratui vel ejus Juriſdictioni.

AD TIT. DE PROHIBITIS, ET CONCESSIS EXECUTIONIBUS PERSONALIBUS.

Decis. et Annot.

Satellites debent proprium Officium fideliter, & rectè exercere, diligenter exequi
1 capturas, & curare detentionem deſerentium arma vetita ſine perſonarum diſtin-
ctione, & cavere ne paciſcita mercede permittant deſerri arma vetita, tolerent
contraventiones Proclamatum, aut moneant detinendos, ſub graviſſimis pœnis con-
tentis in Proclamate 29. Januarii 1618. *impreſ. in Cridario anni* 1688. *in fine pag.* 234.

Non poſſunt Satellites facere executionem perſonalem contra aliquem ſubditum, niſi
2 cum licentia Regiorum Judicum. Ord. Senat. 14. Julii 1573., capturas exequi non
3 poſſunt in aliena juriſdictione ſine *exequatur* Judicis illius loci. Ord. Senat. 7. Apri-
4 lis 1681., & captos ex cauſa criminali relaxare nequeunt inconſulto Senatu. Ord.
ejuſdem 22. Novemb. 1554.

Executio etiam perſonalis fieri poteſt contra Debitores Sportularum, eorumque Fi-
5 dejuſſores. Ord. Senat. 18. Januarii 1684.; & Capturæ etiam ad inſtantiam Com-
6 miſſariorum habentium auctoritatem exigendi in forma Regiæ Cameræ, concedi,
& exequi debent ſervata diſpoſitione Conſtitutionum. Ord. Senat. 23. Novem-
bris 1626.

Facultas detinendi ex cauſa debiti aliquem perſonaliter in domo, diebus feriatis, &
in caſibus prohibitis, non conceditur a Senatu, niſi clarè conſtet de malitia De-
7 bitoris intervertentis modum faciendi realem executionem, & niſi re in Senatu
propoſita. Ord. Senat. 11. Auguſti 1616. §. *non fiant expeditiones*.

Exactio mediæ capturæ prohibita eſt Satellitibus; & quidquid ab ipſis exactum fue-
8 rit hoc titulo, reſtitui debet. Ord. Senat. 1. Septembris 1661. *il primo*; & circa
9 mediam capturam pro prima perquiſitione Judices providere debent, prout caſus
meruerit. Ord. Senat. 16. Januarii 1684. §. *non permittant*.

Nihil omnino exigere poſſunt Satellites pro capturis, niſi eas re ipſa executi fuerint
10 conſignatis in carcere captis ipſis. Ord. Senat. 15. Octobris 1615., & 13. Novem-
11 bris 1679. §. *ad decimum ſextum*; & quænam merces debeatur pro executionibus
perſonalibus, habetur in Ord. Senat. 17. Auguſti 1553.

AD CONSTITUTIONEM.

(a) Ad §. *Pro debitis* verb. *detineri poteſt*.

Inter privilegia, quibus fruuntur Doctores, unum eſt, quod carceri mancipari ne-
queunt pro debito civili; hinc Senatus ſuper precibus Doctoris Claudii Putei decre-
12 vit ipſum eſſe dimittendum abſque impenſa, datis literis Executoribus Cameræ,
ut in Ord. 5. Maji 1595.

(b) Ad §. *Nec ii ad ceſſionem bonorum admittantur*.

Anno 1669. die 15. Maji Senatus admittere noluit ad ceſſionem bonorum Comitiſ-
13 ſam Legnanam pro fictis ſimplicibus debitricem -- Egr. Secret. Sadarino --; & re-
14 ferente Magniſ. Marchione Erba, denegavit Senatus die 26. Maji 1673. benefi-

cium

eium hujuſmodi ceſſionis quibuſdam Fictabilibus Marchionis Pallavicini petitum poſt mortem eorum Patris -- Egr. Secret. Annono.

(*c*) Ad §. *Conſuetum eſt* verb. *Hoſpitali Majori*.

Pro veneratione Eccleſiæ Hoſpitalis Majoris Mediolani quid obſervandum ſit a con-
15 currentibus ad illam pro impetranda Indulgentia die feſto Annunciationis Beatæ
Mariæ Virginis, præſcribitur in Proclamate 21. Martii 1663., & 21. Martii 1667.

(*d*) Ad verba *per dies quatuor &c.*

Cum quidam veniſſet Mediolanum intra quatriduum poſt diem feſtum, dubitatum
fuit, an poſſet frui beneficio hujus Indulti, cum amplius illius finis haberi non
16 poſſet, nempè conſecutio Indulgentiæ. Referente Magnif. Senatore Picenardo, cen-
ſuit Senatus die 15. Aprilis 1573. competere beneficium hujuſmodi Indulti; quia
latè interpretandum eſt.

(*e*) Ad §. *Hujus tamen Sanctionis beneficio &c.*

In quadam cauſa Laudenſi, referente Magnif. Senatore Mediabarba, declaravit Se-
17 natus die 30. Martii 1573. Judæos frui non poſſe beneficio hujus Indulti.

(*f*) Ad verbum *Homicidæ*.

Anno 1602. die 24. Martii Curia Prætoria hujus Urbis, facto prius verbo cum Præ-
18 ſide Senatus, declaravit quemdam de Buſtis de homicidio tantum inquiſitum, ſed
non convictum, & nondum bannitum frui poſſe hoc Indulto.

Abſque impenſa eſſe dimittendos decrevit Senatus die 12. Decembris 1642. Meru-
19 lum, & Saccum impictos de nece Caroli Frigerii de loco Melegnani ex mandato
Joannis Jacobi Reynæ, quia nec confeſſi, nec convicti erant de tempore eorum
detentionis ſecutæ intra tempus Indulti -- Egr. Secret. Meda.

Fidejuſſor detentus tempore hujus Indulti, attenta generali renunciatione ad normam
Fidejuſſionis Rovedinæ, non poteſt opponere nullitatem capturæ, non obſtante,
20 quod detentus eſſet in caſu fruendi Indulto. Ita referente Magnif. Senatore But-
tigella, cenſuit Senatus die 6. Julii 1661. in caſu Piſani de loco Broni -- Egr. Se-
cret. Belcredio.

Referente Magnif. Senatore Marchione Redenaſcho declaravit Senatus die 28. Janua-
21 rii 1705. non eſſe capacem hujus Indulti J. C. Antonium Dominicum Fraſchinum
captum die 27. Martii 1702. in domo ejus Fratris, uti impictum de homicidio cum
mandato executum in perſonam Parochi loci Inverni Principatus Papiæ -- Egr. Se-
cret. Ceſato.

Cum jura loquentia de occidente, videantur ſibi locum vindicare in mortiferè vul-
nerante, quia lethaliter vulneratus habetur pro mortuo, dubitatum fuit an hoc
Indulto frui poſſet Joannes Baptiſta Bononus imputatus de lethali vulnere illato
Joanni Baptiſtæ Mozanicæ, & captus in Vigilia Feſti Annunciationis B. Mariæ Vir-
ginis. Conſultus Senatus ſuper hoc dubio a Judice ad ſignum Equi hujus Urbis,
22 & relato voto Curiæ, decrevit dictum Bononum gaudere debere beneficio dicti In-
dulti; ideoque libere e carceribus relaxandum eſſe, ut in Ord. Senat. 5. Aprilis
1607.

(*g*) Ad verba *Banniti ex cauſa capitali*.

Anno 1661. die 7. Aprilis, referente Magnif Senatore Bracherio deciſum fuit a Se-
23 natu non competere hujus Indulti beneficium cuidam Zilettæ in pœnam extraor-
dinariam bannito ratione minoris ætatis ob homicidium Novercæ, detento duran-
te hoc Indulto.

(*h*) Ad §. *Ut indicta ſit quies litigantibus &c.*

Detento quodam Debitore in domo Cauſidici die Sancti Barnabæ, quia poſt captu-
24 ram conſtitit ipſum non eſſe ſolvendo, decretum fuit a Senatu die 6. Junii 1654.
eſſe malè captum, ſed benè detineri -- Egr. Secret. a Laude.

Digitized by Google

DE EXECUTORIBUS, ET FAMULIS JUSDICENTIUM.

Quia uſu cognitum eſt, ſatis non eſſe proviſum per jura municipalia Civitatum, & locorum hujus Dominii, indemnitati ſubditorum, ad tollendas extorſiones, & concuſſiones, quas Executores, & famuli Juſdicentium (*a*), & ſervitores Communitatum faciebant, eamque ob cauſam ſancitum eſt, omne id genus hominum præter ſervitores Communitatum, deſcribi debere (*b*), Mediolani, apud acta Officii Collateralis generalis, & in aliis Civitatibus, apud Judices Ordinarios; & exprimi non ſolum nomina, & cognomina, ſed etiam de cujus Juſdicentis familia ſint, & jurare (*c*) ſe adamuſſim Ordines ſervaturos, eoque caſu antequàm executionem (*d*) ullam faciant ab eo Judice habendum eſt præceptum (*e*) in ſcriptis, manu ejus Judicis ſubſignatum, quod & parti oſtendere tenentur, & in actu executionis, ejus copiam dimittere. Et ſi executio realis fuerit, non niſi præſente Antiano, vel Conſule (*f*), vel in eorum defectu, duobus vicinis præſentibus facienda eſt. Quæ ſi non ſervaverint vel alicui ſignificaverint, quòd licentiam pignorandi, vel detinendi habeant, & non habuerint, incidant in pœnam aureorum decem pro quolibet, & qualibet vice, Fiſco applicanda, vel alia graviori pœna, etiam corporali, arbitrio Judicis. Et eo amplius pignora ablata, ſinè impenſa reſtituantur, & detenti relaxentur. Impenſas illico, & ſine mora, ſervitor, vel famulus detento, vel illi, cui pignus ablatum eſt, juxta ejus juramentum reſarciat, nullumque exinde publicum officium exerceat, ſub pœna ictuum trium eculei, vel fuſtigationis, arbitrio Judicis. Quod ſervandum eſt ſivè fiet executio pro debito privato, ſivè pro publico. §. Cùm executiones fecerint in rebus, non poſſint ablata penes ſe tenere, nec ea vendere, vel pignori dare. Quòd ſi contrafecerint, liberè reſtituere pignora teneantur. §. Si executiones fuerint factæ in Civitatibus, pignora facta deponere teneantur (*g*) penes Antianum, vel Vicinum; ſi verò extra, penes Conſulem, vel Vicinum illius loci, ubi ſit executio ſub pœna aureorum duorum, Fiſco applicanda, & ulteriùs, ad catenam publicè ponentur. §. Hi tenebuntur ea pignora conſignare ad omnem Judicis requiſitionem, illius tamen Judicis, qui executionem conceſſerit. §. Poterunt tamen Caupones acceptare ab his Executoribus jumenta viva, modò pro eis majorem impenſam non conſequantur, quàm ex Ordinibus cautum eſt.

Executores, & ſervitores præmiſſi præcepta eiſdem data ad exequendum, exequantur, ſi in Civitate executio facienda eſt, ſaltem intra duos dies, ſi extra Civitatem per decem millia paſſuum, intra quatuor dies, & abindè ſupra, infra ſex dies, ſub pœna aureorum duorum, ſi fuerit executio facienda à libris centum infra; ſi verò pro majori ſumma, aureorum quinque; in quam pœnam ipſo jure, & facto cadant, carcerique mancipandi ſunt, nec relaxandi, niſi ſolutâ

pœnâ:

Digitized by Google

pœnâ: quam ſi ſolvere non poterunt, ponantur ad catenam. §. Idem quoque ſervandum eſt in executionibus perſonalibus, ſi tamen Judici facta fides ſummariè fuerit, eas perſonas in præcepto nominatas detinere potuiſſe, & non detinuiſſe. §. Cùm executiones in rebus facient (*b*), eas facere non poſſunt in beſtiis aratoriis, plauſtris, aratris, nec aliis inſtrumentis aptis ad colendum agrum, vel ad uſum molendini, nec in libris cujuſcunque generis, etiam rationum, nec in ſcripturis, nec in veſtibus ad uſum mulierum, ipſis ita eſſe jurantibus, nec in lecto ad uſum proprium, vel promiſcuum cum viro, vel liberis deſtinato, ſub pœna aureorum quinque Fiſco applicanda, quos ſi non ſolverint intra tres dies, fuſtigentur, vel ictibus tribus eculei plectantur, procedique poſſit contra eos de robaria, ac ſi præceptum à Judice non haberent, ſi Judici videatur. Præmiſſa ablata reſtituantur ſine impenſa, ſub pœna Judici retentionis ſalarii trium menſum. §. Non etiam facere poſſunt executiones in bonis dotalitiis, vel paraphernalibus, quæ ſi factæ fuerint, & Judici conſtiterit ea bona dotalia, vel paraphernalia eſſe, executio nulla ſit (*i*), & derobata ſine impenſa reſtituantur.

Si verò executiones perſonales fecerint, antequàm captos ſivè ex debito publico, ſivè ex privato, ad Carceres conducant, eos Judici, qui executionem conceſſit, præſentare habent (*l*), ad hoc ut ſi captus allegaverit cauſam legitimam (*m*), propter quam detineri non potuerit, & creditor cauſam legitimam non docuerit, liberè, & ſine impenſa relaxetur; ſin minus ad Carceres publicos illius Civitatis, vel loci conducatur, & Mediolani, ad Carceres Malæ Manſionis, quod ſi ad alios Carceres conduci voluerit, ſolutio major, quàm in dictis Carceribus exigi propterea non poſſit, vel per creditorem impenſa ſolvatur. §. Has tamen executiones perſonales facere non poſſunt pro debitis publicis, vel privatis, contrà Conducentes Victualia (*n*) ad Civitates, eundo, & redeundo, nec in confinibus Palatii Prætorum, nec in Domibus (*o*), nec in Eccleſiis, nec poſt vigeſimam quartam horam diei, nec niſi de die.

Executores præmiſſi majorem mercedem non accipiant (*p*) etiam à ſpontè dantibus, quàm ex Ordinibus ſtatutum eſt, nec partes moneant, nec dilationem dent, nec ob eam cauſam pecuniam accipiant, & pignora ablata, ſi in Civitate, intra unam diem, ſi extra, intra tres dies apud Acta illius Judicis deſcribi facere neceſſe habent, ſub pœna aureorum decem Fiſco applicanda, & ulterius Carceri mancipandi ſunt per bimeſtre, vel alia pœna corporali puniendi, arbitrio Judicis.

Judices tenentur numerum famulorum in præceptis executivis præciſum, ſecundùm qualitatem caſuum, majorem, vel minorem apponere, nec miſſionem famulorum in poſſeſſionem concedere poſſunt, niſi ex cauſa Datiaria, vel publica, & etiam in eis præceptis clauſulam apponere habent; ne in rebus prohibitis ex præſenti Conſtitutione executiones faciant.

Digitized by Google

AD CONSTITUTIONEM DE EXECUTORIBUS, ET FAMULIS JUSDICENTIUM.

Decis. et Annot.

(*a*) Ad §. *Quia uſu* verb. *famuli Juſdicentium*.

IN Officio Egr. Capitanei Juſtitiæ inſervire debent tres Baricelli, quorum unuſquiſ-
1 que ſibi eligit Locum Tenentem, & habere debet turmam ſaltem duodecim Satel-
litum computato L. Tenente; & in Officio Egr. Prætoris inſervire debet Baricellus
2 unus cum duobus L. Tenentibus, & viginti Satellitibus; & Baricelli utriuſque Of-
3 ficii tenentur ſingulo menſe exhibere eorum Satellites recognitioni reſpectivi Judi-
cis, cui inſerviunt. Ita præſcribitur in Ord. Senat. 3. Julii 1706. §. *Officio*, *&*
§. *Firma*.

Satellites deferre non poſſunt arma brevioris menſuræ contra diſpoſitionem Proclama-
4 tum. Ord. Senat. 3. Septembris 1672.; nec poſſunt facere perquiſitiones in locis
5 Datiorum, niſi cum aſſiſtentia Notarii criminalis, & ubi ex cauſa Officii morari
habeant prope Portas Civitatis, non debent ſe ingerere in re datiaria. Ord. Senat.
12. Auguſti 1682.

6 Satellites Mediolani vulgo *delli Cancelli* poſſunt ſolum intimare citationes, aliaque
Acta civilia. Ord. Senat. 3. Julii 1706. §. *Non licere Baricello*.

Inter tres Baricellos inſervientes Officio Egr. Capitanei Juſtitiæ, unus dicitur Cam-
7 peſtris, qui manutenere debet viginti Equos, & totidem Satellites pro ejus Tur-
ma, qui non poſſunt ſe deſcribere, aut inſervire in alio Officio, quam illo Ca-
8 pitanei Juſtitiæ; & dictus Baricellus cum ejus Turma tenetur continuò perluſtrare
vias Status Mediolani, & antequam ab Urbe diſcedat, & poſtquam redierit, quæ
præſtare debeat. Ord. Senat. 3. Julii 1706. § *Firma*, & §. *Per ipſum Baricellum;*
9 & occaſione perluſtrationis viarum nihil exigere poteſt a Communitatibus pro hoſ-
pitatione ejus Turmæ, attenta conventione cum toto Statu Mediolani. Ord. Se-
nat. 29. Januarii 1671.

Officium Baricelli Campeſtris biennale eſt, nec poteſt ultra prorogari ſine approbatio-
10 ne Senatus. Ord. Senat. 3. Julii 1706. §. *Exercitium autem;* prout etiam biennale
11 eſt Officium cujuſcunque alterius Baricelli, nec poteſt prorogari, nec exerceri in
propria patria juxta diſpoſitionem Proclamatis 29. Januarii 1618. *impreſ. in Crida-
rio anni* 1688. *in fine pag.* 234.

(*b*) Ad verba *deſcribi debere &c.*

Nunc Satellites dant nomen, & fidejuſſionem in actis Vicarii Proviſionum, & tenen-
12 tur etiam ſe deſcribi facere in Officio, cui inſerviunt. Ord. Senat. 3. Julii 1706.
§. *teneri omnes*.

Actum relationis factæ a Gajato Satellite non deſcripto ad libros juxta Statutum Me-
diolani *cap.* 201. *vol.* 1., referente Magnif. Senatore Menochio, dictum fuit a Se-
13 natu die 28. Martii 1676. eſſe admittendum, attenta bona fide Partis, cum dictus
Satelles alias exercuerit, firma in reliquis manente diſpoſitione ſupradicti Statuti —
Egr. Secret. Maddio.

(*c*) Ad verba *& jurare &c.*

Ultra juramentum hic præſcriptum, Baricelli utriuſque Officii Mediolani præſtare de-
bent idoneam fidejuſſionem ſaltem aureorum centum de bene ſe gerendo, & de ſol-
14 vendis damnis per ipſos, vel eorum Satellites illatis. Ord. Senat. *ut ſupra d.* §. *te-
neri omnes*.

(*d*) Ad verbum *executionem*.

Executiones fieri debent operâ Satellitum, & non Militum pro quibuſcunque credi-
15 tis, niſi adſit derogatio conceſſa vel ab Excellentiſſimo Gubernatore, vel a Sena-
tu. Ord. ejuſdem 11. Auguſti 1662.

Executio die Mercatus fieri non poteſt ad inſtantiam Creditorum exterorum, ne im-
pediatur concurſus ad Mercatum, & bonum publicum lædatur; ſed Creditores eſſe
16 remittendos ad ſuos Judices, referente Magnif. Senatore Stampa, ſanxit Senatus
die 27. Octobris 1673. juxta votum Prætoris Varalli — Egr. Secret. Maddio.

(*e*) Ad

Digitized by Google

(*e*) Ad verb. *præceptum*.

Baricellus Campeſtris, & ejus Satellites non poſſunt exequi præcepta executiva Me-
17 diolani, & intra Corpora Sancta; extra vero hæc loca poſſunt facere quamlibet
executionem etiam in cauſis civilibus. Ord. Senat. 3. Julii 1706. §. *Non licere*.
Præcepta executiva perſonalia a ſolis Judicibus concedi poſſunt, & a Notariis dari
18 debent in ſcriptis Executoribus. Ord. Senat. 14. Maji 1580. §. *primo*.

(*f*) Ad verba *non niſi præſente Antiano, vel Conſule*.

Obſervantia hujus Conſtitutionis quoad aſſiſtentiam Antiani requiſitam in executioni-
19 bus realibus, quæ fiunt Mediolani, vel intra Corpora ſancta demandatur in Ord.
Senatus 10. Novembris 1682. renovato die 26. Aprilis 1735.
Ad relationem Fiſcalis Quintii, Senatus die 14. Decembris 1594. declaravit nullam
20 condemnationem ſecutam contra Jacobum Corium de prohibita executione, quia in-
terveneret tantum publicus Famulus a Prætore Baſſignanæ in Antianum deputatus.
Condemnationi de prohibita executione locus non eſt, ſi facta ſit executio non ſerva-
21 ta ad unguem forma hujus Conſtitutionis, nempè cum aſſiſtentia Antiani, vel Con-
ſulis. Ord. Senat. 10. Februarii 1583.

(*g*) Ad §. *Si executiones* verſic. *pignora facta deponere teneantur &c.*

Non poſſunt Satellites extra locum, ubi fit executio, exportare pignora, neque ſub
titulo, & prætextu eorum mercedis, ſed omnia pignora deponere debent ad for-
22 mam hujus Conſtitutionis, & Ordinum, ut deinde per Judicem cauſæ relaxentur
prout juris. Ord. Senat. 18. Novembris 1694. §. *Actu*, renov. 3. Julii 1706. §. *eod.*

(*h*) Ad §. *Cum executiones in rebus facient &c.*

Executio in beſtiis aratoriis fieri non poteſt neque pro debito ex cauſa onerum. Ord.
23 Senat. 11. Aprilis, & 11. Septembris 1632., 21. Martii 1634., 19. Novembris
1637., neque pro ſatisfactione ſtipendii Militum. Proclama 4. Februarii 1641.
Ex Ordine Magiſtratus Ordinar. Reddit. diei 24. Martii 1565. permiſſum eſt Exacto-
24 ribus onerum pignorare hujuſmodi beſtias quibuſdam menſibus; verum non ſubſi-
ſtere hunc Ordinem Magiſtratus patet ex ponderatis *in meis annot.* ad Ord. Senat.
11. Aprilis 1632. *n.* 22. *& ſeq.*
In præſentiarum executio in ſubſidium pro debito ex cauſa onerum fieri poteſt etiam
25 in Beſtiis aratoriis quibuſdam anni menſibus; nempe a Feſto S. Martini uſque ad
diem decimam quartam Februarii, a menſe Aprilis, & Maji uſque ad diem deci-
mam quintam Junii, a menſe Auguſti uſque ad diem decimam quintam Septem-
bris; & ubi a Debitore offerantur alia pignora ſufficientia pro cautione Exactoris,
dictæ Beſtiæ oppignoratæ ſtatim relaxari debent. Ita diſpoſitum eſt in *cap.* 27. In-
ſtructionis pro Exactoribus emanatæ a Tribunali Novi cenſus anno 1754.
Semen pro cultura Agrorum pignorari non poſſe neque pro debito ex cauſa onerum,
26 vel Annatæ declaravit Magiſtratus Ordinar. Reddit. die 21. Auguſti 1640.

(*i*) Ad §. *Non etiam* verſic. *executio nulla ſit*.

Nulla in totum eſt etiam executio facta pro debito nondum liquidato, aut pro majo-
ri ſumma debiti. Ita referente Magnif. Senatore Comite Bolano decrevit Sena-
27 tus die 16. Decembris 1709. favore Congregationis Intereſſatorum Mediolanen-
ſium contra Civitatem Novariæ.
Valida autem eſt executio facta contra Debitores ex cauſa onerum ad inſtantiam
Exactoris Communitatis ſine præmonitione cum termino tridui, ubi Debitores mo-
niti ſint vel pulſatione Campanæ, vel publicatione repartus in publica Platea juxta
conſuetudinem Loci. Ita referente Spectab. Quæſtore Com. Quintana declaravit
28 Magiſtratus die 4. Martii 1728. in cauſa vertente inter L. T. Diegum Pellizo-
num, & Joſeph Pirogallum Exactorem Communitatis Carughi; & die 12. Julii
29 1732. favore Pauli Puricelli Exactoris Communitatis Pogliani contra L. T. Ca-
rolum Schiram.

(*l*) Ad §. *Si vero executiones* verb. *præſentare habent*.

Debitor detentus præſentari poteſt etiam Protectoribus Carceratorum, qui ſuper co-
30 gnitione rititudinis capturæ habent cumulativam juriſdictionem cum Judicibus Or-
dinariis. Ord. Senat. 4. Junii 1587.

(*m*) Ad

Digitized by Google

(*m*) Ad verſic. *ſi captus allegaverit cauſam legitimam*.

Cauſa legitima eſt, ſi debitor non ſit ritè captus, nempè non ſervato modo quoad
locum, & tempus in hac Conſtitutione præſcripto; & hujus rititudinis exceptio
31 non tollitur per Senatum in cauſis civilibus, ut decrevit in ejus Ord. 11. Auguſti
1616. §. *Non tollantur*.

(*n*) Ad §. *Has tamen executiones* verb. *Conducentes Victualia*.

Pro debitis etiam publicis detineri nequeunt Aurigæ, eorumque Equi, & Currus ex
32 Ordine Excellentiſſimi Gubernatoris diei 19. Julii 1624. juxta votum Senatus. Ob-
ſervantia diſpoſitionis hujus Conſtitutionis, demandatur in Ord. Reg. 12. Februa-
33 rii 1630., & in Ord. Senat. 21. Octobris 1632.; & victualia pignorari, aut ſe-
34 queſtrari non poſſunt, neque poſtquam repoſita fuerint. Ord. Senat. 14. Decem-
bris 1638.

(*o*) Ad verba *nec in domibus*.

Nemo etiam pro debitis publicis capi poteſt domi ſive propriæ ſive alienæ. Ord.
35 Reg. *ut ſupra*, & ubi quis capiatur, ſtatim relaxari debet abſque impenſa. Ord.
36 Senat. 11. Novembris 1628.
Hanc Conſtitutionem eſſe ſervandam etiam pro debitis verſus Regiam Cameram,
37 diſponitur in Ord. Senat. 7. Aprilis 1548., 7. Aprilis 1568., & 23. Novembris
38 1626.; contrarium tamen præſcribitur in recenſito Ord. Reg. 12. Februarii 1630.
Facultas detinendi Debitorem perſonaliter domi non conceditur a Senatu, niſi clarè
conſtet de malitia, & dolo Debitoris intervertentis modum faciendi realem execu-
39 tionem. Ord. Senat. 14. Decembris 1590., & 11. Auguſti 1616. §. *Non fiant
expeditiones*.

(*p*) Ad §. *Executores præmiſſi majorem mercedem non accipiant*, &c.

Quænam merces debeatur pro executionibus perſonalibus, & realibus habetur in Ord.
40 Senat. 17. Auguſti 1553. confirmato in Ord. 12. Octobris 1622.; & Satellites
41 nihil accipere poſſunt ultra mercedem taxatam in dicto Ord. 1553., ſive detur De-
poſitarius, ſive non. Ord. Senat. 30. Octobris 1613.
Prohibitum etiam eſt Satellitibus paciſci cum aliquo de dividenda mercede ipſis de-
42 bita ex Ordinibus pro executionibus realibus. Ord. Senat. 18. Novembris 1694.
§. *Non licere*, renovato die 3. Julii 1706. §. *eod.*

DE SALVIS-CONDUCTIBUS.

SI tres partes ex quatuor (*a*) omnium creditorum, tàm reſpectu numeri perſonarum, quàm quantitatis debiti, cum debitore conveniant, ea conventio per reliquos creditores, qui non convenerunt, ſervanda eſt, in hanc tamen formam, ut debitor per quinquennium (*b*) ubique locorum in hoc Dominio ſtare, morari, indeque abire, & redire, pro libito ſuo poſſit, & valeat, omni perſonali moleſtia, cauſâ cujuſvis privati debiti ei inferendâ penitus ceſſante, modò tamen præmiſſi creditores (*c*), & debitor coram Judice Ordinario citatis reliquis creditoribus jurejurando affirmaverint, ipſam conventionem non feciſſe, nec facere, per malitiam, neque dolum, nec in fraudem alicujus, nec juris alicujus perſonæ, ſed gratiâ jura ſua conſequendi, & etiam ſe eſſe veros creditores, videlicet; qui de crediti ſumma veriſimiliter informati eſſe poſſunt; qui verò veriſimiliter informati eſſe non poſſunt, utpote qui in jus alterius ſucceſſerint, vel credita implicata habuerint, juxta credulitatem ſuam jurent, ita quòd qui de veritate juraverint creditores eſſe majo-

majoris ſummæ, quàm non ſint, ſi aliter reperiatur, incurrant in tantam pecuniariam pœnam, Fiſco applicandam, quantum erit ſumma falſi crediti, quam expreſſerint. §. Error tamen decem librarum Imperialium punibilis non ſit. §. Teneatur tamen is creditor reliquis creditoribus ſuis, qui non convenerint quandocunque conventionem per tres partes ex quatuor creditorum factam acceptaverint, ſatisfacere ad ratam, juxta factam cum creditoribus aſſentientibus conventionem, alioquin contra eum debitorem, juribus ſuis creditores non aſſentientes uti poſſint. §. Hujus tamen Conſtitutionis beneficio uti non poſſunt (d) debitores ex cauſa ficti bonorum, in quorum tenuta tunc eſſent: Nec etiam contra fidejuſſores per eos datos versùs eos creditores, qui conventioni non aſſenſerunt, quin ipſi fidejuſſores quotieſcunque ab his creditoribus vexentur, agere poſſint, ut releventur, & indemnes conſerventur. §. Hæc quoque ſanctio non pertinet ad creditores à decem libris infra, nam attenta modicitate ſummæ, eorum nulla ratio habenda eſt.

AD TIT. DE SALVIS-CONDUCTIBUS.

DECIS. ET ANNOT.

Salviconductus non fiunt pro non delatis, nec indiciatis, qui condemnati ſunt, &
1 petunt admitti ad novas defenſiones, nec pro petentibus approbationem gratiæ
pro delictis capitalibus; conceditur autem ſalvuſconductus Bannitis, qui pro alio
delicto vocantur, modo juſdicant in carceribus; & quando ſalvuſconductus concedatur Bannitis, & condemnatis pro perhibendo teſtimonio. Ord. Senat. 11.
Auguſti 1616. §. *Non fiant*, §. *Salviconductus*, & §. *Non concedantur*.
2 Pro Syndicis Communitatum Salvuſconductus conceditur ſolum pro duobus; &
quoad perſonam tantum. Ord. Senat. 30. Januarii 1625.; & ſalvuſconductus ali-
3 cui Reo conceſſus ab Excellentiſſimo Gubernatore ſine prævio voto Senatus, admitti non debet a Judicibus. Ord. Senat. 10. Decembris 1687.
Obtento ſalvoconductu ab illo, qui poteſt impunè offendi, curanda eſt ſalvicondu-
4 ctus publicatio, aliter ſi offendatur, procedi non poterit contra offenſores. Ita
decrevit Senatus die 23. Octobris 1616. in caſu Joannis Antonii Mugiaſchæ.
Salvoconductu ſublato ex Ordine Senatus, ſed de ejus abolitione non data a Judice notitia Parti, quæ illum habebat, ſecutaque deinde detentione, reſtituitur
priſtinæ libertati ſine ſpe ulterioris ſalviconductus. Ita referente Magnif. Sena-
5 tore Pattellano decrevit Senatus die 12. Maji 1664. juxta votum Egr. Advocati
Fiſcalis Faxardi in caſu Leandri Palatii detenti in carceribus Seprii -- Egr.
Secret. Coſſa.
Cum Marchio Mortarii Gubernator Alexandriæ & Capitaneus Generalis in regione
tranſpadana conceſſiſſet ſalvumconductum cuidam appellato *il Monferino* Incolæ
Pagi Caſalis Cermellorum in contumaciam damnato in pœnam Rotæ, & bannito
ab hoc Dominio, iſque pendente ſalvoconductu captus fuiſſet; & nullus eſſet ſalvuſconductus utpote conceſſus a non habente hujuſmodi poteſtatem; propoſito in
Senatu hoc caſu ex Ordine Excellentiſſimi Ducis Feriæ hujus Dominii Guberna-
6 toris, eoque diligenter examinato, decretum fuit anno 1619. eſſe dimittendum
captum ſub clypeo ſalviconductus etiam nulliter conceſſi, ne ſub fide publica deceptus evaderet, & liberè fuit dimiſſus.
Anno 1669. die 12. Junii Senatus Fenegrolo condemnato in contumaciam in pœnam
7 triremium conceſſit ſalvumconductum petitum ad effectum pandendi delictum, quia
conſideratum fuit non agi de gratia, cujus conceſſio ſpectat ad Principem, ſed de
ſola ſuſpenſione ad tempus ad beneficium Juſtitiæ -- Egr. Secret. Sadarino.
Salvuſconductus non attenditur, ſi fuit cum ſubreptione impetratus; hinc referente
8 Magnif. Senatore Aliſero cenſuit Senatus menſe Januarii 1651. non debere attendi
ſal-

Digitized by Google

ſalvumconductum conceſſum Franciſco Buſſetto de loco Caſſani cum impunitate, ut detegeretur principalis Reus homicidii commiſſi in perſonam Julii Cæſaris Finalis per Carolum Botacium, omnes Famulos Nob. Pirri Spinulæ, cum enim narraſſet ſe auxilium præſtitiſſe poſt delictum cuidam homicidio præmeditato projiciendo in puteum cadaver occiſi, multaque ſaxa ſuper illud projiciendo, ne innoteſceret; compertum deinde fuit ipſum Buſſettum eſſe principalem Occiſorem; & relata poſtea hac cauſa in Senatu per Magnif. Senatorem Caſnedum, fuit dictus Buſſettus die 2. Maji ejuſdem anni 1651. damnatus ad triremes attenta ejus minori ætate annorum 18. tempore patrati delicti -- Egr. Secret. Meda.

Ut ſalvuſconductus ſervetur, requiritur, quod illum obtinens non ſit in dolo poſt impetrationem, eoque non abutatur; conſtructo enim proceſſu ab Egr. Judice ad ſignum Equi contra Capitaneum Joſeph Caponagum, & eidem conceſſo ſalvoconductu cum licentia deferendi Sclopulos ab Illuſtri Præſide Senatus Marchione Aloyſio Cuſano ſub ſpe detineri faciendi nonnullos ſceleſtiſſimos, a quibus præſertim ſupponebat fuiſſe tentatam concuſſionem meticuloſam contra Joannem Villam publicum Mercatorem pannorum hujus Urbis; multos inſultus cum Sclopulis commiſerat in quaſdam Meretrices; præmiſſam detentionem ſceleſtorum neglexerat uti doloſè promiſſam non animo eam adimplendi; & quod pejus eſt, concuſſionem prædictam ab ipſo met fuiſſe tentatam conſtitit media etiam ejus confeſſione facta coram dicto Judice; omnibus autem relatis per Magnif. Senatorem Cavalchinum, cenſuit Sena-
9 tus menſe Auguſti 1651., nulla habita ratione ſalviconductus, dictum Caponagum remigare debere per ſeptennium.

Si habens ſalvumconductum pro uno delicto, carceretur pro alio novo, tempus ſalviconductus non currit durante carceratione pro ſecundo. Ita declaravit Senatus menſe Aprilis anni 1624. favore Capitanei Offredi, qui pro certo delicto ſponte ſe conſtituerat mediante ſalvoconductu, eaque cauſa terminata retentus fuerat pro alia,
10 decernendo tempus conceſſum ad ſe præſentandum, & finita cauſa recedendum durare etiam poſt terminatam ſecundam cauſam.

Salvuſconductus non conceditur a Senatu, quando titulus delicti eſt de exceptis, & maximè quando non adeſt remiſſio Partis. Ita referente Magnif. Senatore Arcona-
11 to, decrevit Senatus die 18. Julii 1669. in caſu Bonaventuræ Sennæ -- Egr. Secret. Sadarino.

Alias deciſiones quoad ſalvoſconductus conceſſos pro delictis vide in meis annot. ad Ord. Senat. 10. *Decembris* 1687.

Militibus etiam conceduntur ſalviconductus, ſive dilationes ratione militiæ, ut vel non cogantur ſolvere Creditoribus, vel ne litibus moleſtentur durante militia; & ita decretum fuit anno 1636. per ſpeciale reſcriptum ab Excellentiſſimo Guberna-
12 tore Marchione de Leganes conceſſum Marchioni Beccariæ Turmæ Equitum levis armaturæ Duci, & capto ab hoſtibus in Agro Placentino, jubendo quibuſcumque Judicibus, ut omnes cauſas contra ipſum a Creditoribus intentatas in ſuſpenſo tenerent durante dicta captivitate.

Debitori extero, & fidefrago non conceditur ſalvuſconductus in hoc Dominio, niſi præſtita fidejuſſione favore Creditorum, & potiſſimum, ſi hi ſint ſubditi. Ita refe-
13 rente Magnif. Senatore Menochio, cenſuit Senatus die 4. Septembris 1670. in caſu Taſchæ Bergomenſis -- Egr. Secret. Annono.

Ultra ſalvoſconductus, qui pro ſecuritate perſonæ conceduntur in cauſis civilibus, & criminalibus, adeſt alia ſpecies ſecuritatis perſonæ, quæ dicitur ſalvaguardia, & conceditur timenti offendi ab aliquo Potenti minaci, manuprompto, & ſolito exequi minas. Hanc ſalvaguardiam concedere ſpectat ad ſupremum Principem ad *text. in l. illicitas. §. ne potentiores. ff. de officio Præſidis*, & decernit præcipiendo ſub pœna ſibi benè viſa ne eam impetrans offendatur a tali Viro Potenti minaci nominato, & quod hic illum a quovis alio defendat; ita ut, juxta praxim in hoc Dominio ſervatam, ſi aliquo modo offendatur, ſtatim ipſe teneatur ad comminatam pœnam, ac ſi ipſemet illum offendiſſet. In conceſſione hujus Salvaguardiæ non requiritur partis citatio, ſed ex Ordine Senatus ſummariè recipiuntur informationes de potentia, & moribus hujuſmodi manuprompti, & quod minas exequi ſoleat, quibus habitis eam concedit; & ita referente Magnif. Senatore Orrigono
14 eam conceſſit Senatus die 13. Julii 1650. favore cujuſdam J. C. contra quemdam Comitem ejus debitorem, qui minas graviſſimas inferebat loco ſolutionis debiti ſatis gravis -- Egr. Secret. Ivagnez.

Hæc ſalvaguardia concedi ſolet per Senatum etiam contra Feudatarios ſine aliqua præ-

Digitized by Google

præmonitione, ſi conſtet de eorum ſævitia in ſubditos. Hujuſmodi ſalvaguardiam
15 obtinuit a Senatu anno 1651. menſe Auguſti Franciſcus Cerlianus de loco Ma-
riani contra Comitem Herculem Marlianum ejus Feudatarium pro quadam cauſa
criminali pendente coram Egr. Judice ad ſignum Equi hujus Urbis. In quadam
cauſa criminali capitali, ne Teſtes terrerentur a perhibendo teſtimonio, juſſit Se-
natus Judici cauſæ, ut eos daret in ſalvaguardiam ipſis met de delicto accuſatis
ſub pœnis contentis in Ord. 1. Aprilis 1628. *in Addit. Ordin, inſerius impreſ.*

AD CONSTITUTIONEM.

(*a*) Ad §. *Si tres partes ex quatuor*, &c.

Debitore decocto, & majori parte Creditorum remittente partem debiti, teneri mi-
norem partem Creditorum ſtare conventis, etiam ſi agatur de Creditoribus hypo-
thecariis decidit Senatus die 12. Maji 1674. pro Pirogallis, referente Magnif. Sena-
16 tore Caſato -- Egr. Secret. Sadarino --; & die 18. Aprilis 1678. favore Joannis
17 Mariæ Cellæ contra Fratres Calepios Bergomenſes, referente Magnif. Com. Sic-
coborella -- Egr. Secret. Ceſato.

Salvumconductum cuidam de Burgo, referente Magnif. Marchione de Clericis,
denegavit Senatus die 3. Octobris 1668., quia conſenſus Creditorum non fuerat
18 præſtitus in omnibus ad normam hujus Conſtitutionis -- Egr. Secret. Ceſato.

(*b*) Ad verba *per quinquennium*.

Hunc ſalvumconductum quinquennalem non renovari reſcripſit Senatus Magnif.
19 Prætori Cremonæ in ejus Ordine diei 13. Julii 1556. ubi ad hanc materiam vide
meas annot.

(*c*) Ad verſic. *modo tamen præmiſſi Creditores*, &c.

Ut ſalvuſconductus ſubſiſtat, debet præcedere juramentum coram Judice ad nor-
mam hujus Conſtitutionis. Ita referente Magnif. Com. Loayſa, decrevit Senatus
20 die 27. Julii 1667. in caſu cujuſdam a Turre -- Egr. Secret. Maddio.

(*d*) Ad §. *Hujus tamen Conſtitutionis* verb. *uti non poſſunt*.

Non conceditur a Senatu ſalvuſconductus, ſi agatur de debito verſus Perſonas Re-
21 ligioſas, vel ob ficta, cenſus, & alias cauſas exceptas, ut in ejus Ord. 22. Ja-
nuarii 1626., & quæ ſint aliæ cauſæ exceptæ, recenſentur ibidem *in meis annot.*

Debitori Loci Pii ſalvuſconductus non conceditur. Ita decrevit Senatus die 14.
22 Maji 1618. favore Montis Pietatis Civitatis Derthonæ contra Bartholomæum de
Clericis ejus Adminiſtratorem petentem dilationem.

DE NOTARIIS PUBLICIS.

NOtarii Maleficiorum (*a*) nihil exigant ultra Ordines (*b*), ſub pœna quadrupli, privationis officii, & majori, arbitrio Principis, vel Senatus. §. Syndicenturque (*c*) quando Prætores, & Judices ſyndicantur. §. Interim tamen ſi quis de eis conqueratur pro barataria, extorſione, vel falſitate (*d*), fiat juſtitia. Teneantur quoque Notarii pœna, qua ſupra, omnes denuntias (*e*), querelas, accuſationes, teſtes, inquiſitiones, banna, & condemnationes, in terminis à Conſtitutionibus præſentibus, & Statutis Civitatum, & locorum limitatis, ſuper libris vernaculâ linguâ nominatis, (maſtris & sfoliatis) deſcribere (*f*). §. Ordines autem, quos Notarii cauſarum criminalium ſervare habent (*g*), ut ad omnium notitiam deveniant, inferiùs deſcribuntur.

Si quis ſponſorem (*b*) dederit, ſe non læſurum, & quoties cita-

Digitized by Google

tus fuerit, ſe præſentaturum (*i*), idque uno actu, & una ex cauſa egerit, & hoc pars altera petat, vel utrinque petatur, Notariis, qui hoc in Acta referent, tantùm ſolidi ſex ab ipſis partibus numerabuntur; ſi verò poſt ſponſionem unam datam, altera interjecto temporis ſpatio in ea re præſtabitur, tunc dimidium ſolvatur, idque etiam ſervabitur, ſi ſponſio, & fidejuſſio, vel petatur, vel detur pro eadem re, ab uno, vel pluribus.

Si quis citatus comparuerit, & fidejuſſerit, formata jam inquiſitione, in qua de ſanguinis pœna non agatur, aut ſi plures ex eadem familia in communione viventes comparuerint, ut ſupra, Notarius, qui hæc in ſcriptis mandabit, ſolidos tantùm undecim exigat; ſi autem ex eadem non fuerit familia, nec in communione vivent, & unus pro omnibus coràm Judice comparuerit, ipſorum cauſam agens, & id de jure fecerit tamquam eorum patronus, & defenſor, is ſolidos viginti duos pro omnibus erogabit; ſi verò nullus extiterit, qui id negotium ſuſceperit, & unuſquiſque defenſionem ſuam acturus comparuerit, unuſquiſque ſolidos octo Imperialium Notario perſolvet; ſed ſi plures comparuerint, atque id ipſum per Procuratorem egerint, ſinguli eorum tantumdem ſolvent.

In deſcribendis verò proceſſibus, in quibus ſanguinis pœna minimè ſit, Notarii pro ſingulis foliis ſolidos tres Imperialium accipient, in quibus autem de ſanguine agitur, ſolidos quatuor.

Si lata fuerit ſententia, per quam aliquis condemnetur, Notarius à partibus nihil habeat.

Et ſi quis comparuerit, & erroris veniam præſentaverit, vel eodem tempore impetraverit, idque uno actu à Notario in Actis referatur, Notarius tantùm decem ſolidos habeat; ſed ſi poſt comparitionem interjecto tempore remiſſio impetrabitur, dimidium ſolvat. §. Pro præſentatione autem literarium gratiæ, & expeditione, ſolidos tantùm viginti quinque habeat.

Si quis ab eo crimine, pro quo pœna ſanguinis non imponitur, abſolutus fuerit, is pro abſolutione ſolidos decem Notario præſentabit; ſi verò ſanguinis pœna eſſet, ſolidos viginti numerabit.

Pro teſtium interrogatione, ſi ea res, de qua tractabitur, utilitati Fiſci cedat, nihil ſolvendum erit.

Notarii cauſarum civilium (*l*) nihil ultra accipiant quàm ex Ordinibus cavetur, ſub pœna in eis contenta, & aureorum trium, pro medietate Fiſco, & pro medietate accuſatori applicanda, toties committenda, quoties contrafactum fuerit.

Hac Sanctione, omnibus Juſdicentibus, etiam Delegatis, interdictum eſt, ne in juriſdictione Prætoris Mediolani, utantur operà aliorum Notariorum (*m*), quàm Notariorum cauſarum civilium in conficiendis Actis, & ſententiis rogandis, in cauſis civilibus, vel habentibus principium à contractu, inter quoſcunque agatur, etiam ſi inter forenſes agatur, & ſivè ea cauſa commiſſa fuerit, vel delegata, per Principem, vel Senatum, aut Magiſtratum, vel aliter quomodocunque tàm ad decidendum, quàm ad referendum. §. Quicunque

Digitized by Google

cunque Notarius ſe intromittens contra hujus Conſtitutionis formam, puniatur pœnâ, qua in Ordinibus, & alia majori arbitrio Quæſtorum Ordinariorum. Et eo amplius Acta, & ſententiæ, per eum confecta, & rogatæ, nullæ ſint, nulliuſque valoris, & momenti. Teneaturque inſuper ad refarctionem damni damnum paſſo. §. Hæc tamen Conſtitutio non comprehendit cauſas vertentes coram Magiſtratibus, ubi tractatur de intereſſe Fiſci, nec coram Senatu, vel Senatoribus vertentes, nec coràm univerſo Collegio Doctorum, ubi univerſum Collegium cognoſcit, & judicat, nec ad cauſas Fiſci, vel Datiariorum, vel ubi de Datiis agitur, nec in cauſis Mercatorum, nec coram Abbatibus eorum Collegiorum, quæ proprios Notarios ex conſuetudine habent.

Notarii, & Scribæ, qui ad ſolutionem Datii Notariæ cauſarum civilium non tenentur, in caſibus, in quibus in civilibus Acta conficere poſſunt, eâdem pœnâ tenebuntur, ſi plus pro ſolutione eorum exigant, quàm ex Ordinibus cavetur.

Notarii in cauſis pauperum, & miſerabilium perſonarum, Acta, proceſſus, & ſententias, abſque mercede conficiant (*n*), & edant, ſub pœna quadrupli ejus, quod habuerint, ab eis irremiſſibiliter auferenda, pro tertia notificanti, pro tertia parti, & pro reliqua Fiſco applicanda; ità tamen, quod ſi contingat partem adverſam in ſalario condemnari, liceat Notariis illud exigere. §. Hi verò intelliguntur pauperes, & miſerabiles, pro quibus ita atteſtatum fuerit (*o*) mediante juramento de credulitate (*p*), ſi id fiat in Civitate Mediolani, per Parochianum, & duos ex Deputatis Hoſpitalis Magni, illius tamen Portæ habitationis ipſius miſerabilis; in aliis verò Civitatibus, per Parochianum, & duos Deputatos Hoſpitalis principalis illius Civitatis.

Nulli Notarii hujus Dominii poſt hac audeant inſtrumenta conficere, vel rogare, per quæ mulier contrahat, vel diſtrahat, ſeu conſentiat cauſæ, ſeu caſui, in qua, ſeu quo, de jure ipſius mulieris agitur, niſi præcisè, & ad unguem apponantur, ſeu ſerventur, ſolemnitates requiſitæ per Statuta (*q*), & Ordines Civitatum, & locorum, in quibus inſtrumentum fiet. §. Contrafacientibus eſt pœna falſi, & privationis officii tabellionatus. §. Contrahentibus verò, aut diſtrahentibus cum mulieribus, tàm per inſtrumentum, quàm aliter, non ſervatâ precisè formâ ut ſupra, pœna eſt ſolutionis pretii æſtimationis rei, de qua, ſeu quo agetur, quod pretium mulieri, cum qua actum erit, ſolvendum eſt. Et eo amplius aliam tertiam partem dicti totius pretii Fiſco perſolvet. §. Hæc tamen Conſtitutio non pertinet ad eas mulieres, quæ tutorio, vel aliter alieno nomine contrahunt, vel diſtrahunt.

Calamitoſis, & miſerabilibus perſonis carceratis, per Scribas reſcripta, & literæ, per Notarios verò tàm civilium, quàm criminalium quorumcunque Juſdicentium, Commiſſariorum, & Delegatorum, Acta, & ſcripturæ (*r*) cujuslibet generis exiſtant, gratis, & abſque ulla prorſus ſolutione tradantur ad tardius infra dies duos

AA 2 proxi-

Digitized by Google

proximos poſtquàm requiſiti fuerint, & etiam citiùs ſi poterunt, ſub pœna contrafacienti aureorum trium pro quolibet, & qualibet vice, Fiſco applicanda. Aditique Senatus, Magiſtratus, & Juſdicentes, id omninò exequi, & obſervari facient.

AD CONSTITUTIONEM DE NOTARIIS PUBLICIS.

Decis. et Annot.

(*a*) Ad §. *Notarii maleficiorum*.

IN Regiis Officiis Criminalibus hujus Dominii inſervire debent Actuarii, Nota-
rii, Coadjutores, & Scriptores, quorum ſingulorum munus in quo conſiſtat; &
1 quas ſinguli qualitates habere debeant, ut ad illud exercendum admitti queant,
habetur in Ord. Senat. 29. Decembris 1594., 30. Junii 1687., renovato die *6.*
Maji 1721.
Notarii criminales non poſſunt exercere in loco, ubi ſunt Oppidani. Ord. Senat.
2 4. Februarii 1668., & inſervientes in Prætoriis Regiis non poſſunt eſſe Præto-
3 res, aut Fiſcales Feudales; nec munus Actuarii vel Locum-Tenentis, & Syn-
dicatoris exercere apud Feudatarios. Ord. Senat. 3. Januarii *1636.*, 18. Maji,
& 20. Julii 1668., 30. Junii 1687. §. *Quinto*, & 6. Maji 1721. §. *eod.*
Non poſſunt admitti ad exercitium, niſi prius fuerint approbati a Senatu, & ſuc-
4 ceſſivè de biennio in biennium. Ord. Senat. 13. Martii 1642., 13. Februarii
5 1662.; nec perſeverare poſſunt in eodem Prætorio ultra triennium inconſulto Se-
natu. Ord. 16. Januarii 1684.
Officium Notarii criminalis laudabiliter exercitum non præjudicat honeſtati perſonæ
illud exercentis, nec Familiarum. Ita declaravit S. R. I. A. M. Mariæ The-
6 resiæ in ejus Ordine diei 18. Octobris 1741. *impreſ. inter Ord. Senat. pag.* 540.
la ſeconda, e terza.

(*b*) Ad verſic. *nihil exigant ultra Ordines*.

Proceſſuum merces debita Notariis Criminalibus exigitur in rationem ſolidorum
duodecim pro ſingulo folio ritè conſcripto, nempe de lineis decem & octo, & de
7 literis triginta pro qualibet linea, & ſexdecim, ubi edatur copia; dicta autem
merces exigi debet in moneta currenti; & non ad formam Proclamatum, & ſub
8 unica regula, nempè ſine diſtinctione delictorum, & an, & quando debeatur pro
ea tantum parte, ſuper qua fundati ſunt Reatus, habetur in Ord. Senat. 13.
Novembris *1679.* §§. *quoad primum — ad quartum — ad quintum — ad ſeptimum*.
Ad Notarios Criminales privativè ſpectat facere viſitationes pro delictis. Ord. Se-
9 nat. *6.* Novembris 1557., & ſi fiat viſitatio extra Urbem, & non reperiantur
10 Rei, non poſſunt exigi a Communitatibus niſi libræ ſexdecim. Ord. Senat. 9.
Junii 1611., & 20. Decembris 1624.
Si viſitatio pro patrato delicto fiat intra quatuor milliaria reſidentiæ Notarii viſi-
11 tantis nihil exigi poterat a Communitatibus. Ord. Senat. 10. Martii 1665.; ve-
rum iſte Ordo fuit reformatus, ut nihil exigi poſſit, ſi fiat viſitatio intra duo
12 milliaria tantum. Ord. Senat. 30. Junii 1687., 28. Junii 1712., 6. Maji 1721.
§. *Decimo quinto;* & hæc diſpoſitio ſervari debet, etiam ſi viſitatio fiat in Locis
13 alpeſtribus. Ita referente Magnif. Senatore de Puteo, ſanxit Senatus die 17. No-
vembris 1668. rejecta petitione Actuarii Eumeniæ — Egr Secret. Annono.
Si contingat pro eodem delicto fieri viſitationem a Notario Majoris, & Minoris
Magiſtratus unica tantum merces ſolvi debet, & hæc ſolvi debebat illi, ad quem
14 cauſam ſpectare judicatum fuiſſet juxta Ord. Senat. 2. Septembris 1604., & 28.
Aprilis 1678.; nunc vero ſolvi debet Notario primo viſitanti, ſalvo jure illam
15 reſtituendi, cui de jure Ord. Senat. 6. Martii 1733.
Viſitationes pro caſibus fortuitis fieri debere a Notariis ſine aliqua mercede pluries
ſancitum fuit a Senatu, nempè in Ord. 24. Novembris 1573., 17. Auguſti, &
16 15. Novembris 1662., 21. Novembris 1667., 15. Julii 1710., 7. Maji 1712.,
29. Maji 1722., 24. Maji 1729.; quod vero ſolvi debeat medietas honorarii,
17 quæ eſt librarum octo, & ſolidorum octo, præſcribitur in Ord. Senat. 23. Auguſti
1689., 15. Junii 1691., 6. Martii 1733., & 22. Aprilis 1735.

Pro

Digitized by Google

Pro relationibus ſtatus cauſæ, quæ fiunt juſſu Senatus, Notarii Criminales nihil
18 poſſunt exigere pro ſcriptura. Ord. Senat. 15. Octobris 1615.; pro informatio-
nibus autem delictorum ſumendis, ac faciendis bonorum deſcriptionibus exigere
19 poſſunt ſolum libras ſexdecim. Ord. Senat. 30. Martii 1628.
Ne Notarii Criminales gravem laborem impendant, præſertim in conſtruendis
proceſſibus Latronum ſine congrua mercede, aſſignatæ ſunt libræ quindecim mille
20 ipſis diſtribuendæ quotannis ex Redditibus Regiæ Cameræ ad arbitrium Senatus
ex Ordine S. R. I. M. Mariæ Theresiæ 18. Octobris 1741., & 23. Januarii
1743. *impreſ. inter Ord. Senat. pag. 540. la ſeconda, e terza.*

(c) Ad §. *Syndicenturque, &c.*

Notarii Criminales non poſſunt admitti ad continuationem eorum exercitii, niſi
21 prius exhibita Syndicatus liberatione pro Officio antea geſto. Ord. Senat. 13.
Martii 1604., 13. Februarii 1662.
Etiam durante ſyndicatu conſequi debent emolumenta proceſſuum ab ipſis conſtructo-
rum, & a Curia expletorum; & ipſis, ubi non fuerint querelati, reſtitui debent
22 libri a Cancellario Syndicatoris. Ord. Senat. 29. Novemoris 1577.

(d) Ad §. *Interim tamen* verb. *vel falſitate.*

De Falſitate Notarii cognoſcere ſpectat ad Judicem Ordinarium, & cumulativè ad
Abbates Collegii Cauſidicorum, & Notariorum Mediolani. Ord. Senat. 7. Maji
23 1583. pag. 541., *ibique in meis annot.*; & 10. Maji 1613.
Si agatur de Notarii falſitate incidenti, tunc proceſſus conſtruitur ab Actuario cau-
ſæ principalis; & denunciæ, & querelæ de falſitate Notarii, recipi debent privati-
24 vè per Cancellarium Collegii Cauſidicorum, & Notariorum Mediolani. Ord. Se-
nat. 26. Junii 1613.

(e) Ad verba *omnes denuncias.*

Denunciæ delictorum gratis, & ſine mora accipi debent a Notariis criminalibus.
25 Ord. Senat. 2. Septembris 1604.; & denunciæ, in quibus expreſſa ſit ætas delin-
26 quentium, admitti non debent. Ord. Senat. 30. Junii 1687. §. *ſexto.*
In copia delatæ denunciæ tenetur Actuarius exarare confeſſionem de præſentatione
ſibi facta talis denunciæ, & dicta copia tradi debet Conſuli, qui denunciam de-
27 tulit, & reponi debet inter ſcripturas reſpectivæ Communitatis, ut in caſu
moleſtiæ conſtare poſſit de delatione denunciæ. Ord. Senat. 27. Novembris 1702.
Actuarii ſtatim poſt acceptam denunciam, tenentur eam in Actis redigere, & de
28 ea certiorem reddere proprium Judicem. Ord. Senat. 30. Junii 1687. §. *Septi-
mo*; 5. Maji 1707., 6. Maji 1721. §. *Septimo*; 11. Maji 1722.

(f) Ad verbum *deſcribere.*

Saltem intra unum diem, ab Actuariis deſcribi debent delatæ denunciæ in libro
29 ſeparato. Ord. Senat. 16. Januarii 1684. §. *Actuarii*; & cum quibus expreſſionibus
30 regiſtrari debeant. Ord. Senat. 30. Junii 1687. §. *Septimo*, 14. Maji 1693., 10.
Januarii 1698. §. *Secundo*, 27. Novembris 1702., 5. Maji 1707., 6. Maji 1721.
§. *Septimo*, 11. Maji 1722.
Denunciæ delictorum, quæ partis remiſſione tolluntur, non obſtante partium concor-
31 dia, regiſtrari debent. Ord. Senat. 10. Januarii 1698.
Proceſſus ſcribi debent a Notariis in libris, & non in foliis. Ord. Senat. 31. Julii
32 1544., 24. Octobris 1563., 23. Julii 1683., 5. Maji 1707., 27. Martii 1741., & in
cauſis gravioribus conſcribi debent in libro ſeparatim. Ord. Reg. 17. Auguſti 1678.,
33 Ord. Senat. 14. Decembris ejuſdem anni, 16. Decembris 1687. §. *In cuſtodiendis.*

(g) Ad §. *Ordines autem* verb. *ſervare habent.*

Singulo menſe Notarii Criminales proponere debent Judicibus in ſcriptis cauſas in-
expeditas, & notulam omnium condemnandorum, & in libris redigere. Ord. Se-
34 nat. 14. Maji 1580. §. *Et prædicta*; & ſingulo bimeſtri tradere notulam proceſſuum
35 pendentium, & non perfectorum Judicibus, & Fiſcalibus. Ord. Senat. 28. Novem-
bris 1566.; & intra biduum cuilibet Judici afferre atteſtationes delictorum toties,
36 quoties fuerint requiſiti. Ord. Senat. 13. Februarii 1610., 14. Novembris 1618.;
37 & quæ ſervanda ſint in editione hujuſmodi atteſtationum, præſcribuntur in Ord.
Senat. 29. Januarii 1636.

Præ-

Digitized by Google

Prædictas atteſtationes tradere tenentur intra biduum non ſolum ad requiſitionem pro-
prii Judicis, ſed etiam ad requiſitionem alterius Officii criminalis, & ubi intra ta-
38 le tempus non tradant, debent cenſeri a munere ſuſpenſi per ſemeſtre. Ord. Senat.
14. Novembris 1613. *in Addit. in fine hujus volum.*; & in fine cujuslibet menſis
39 deferre debent ad Cancellariam Senatus notulam carceratorum, inſcriptis in fronte
nominibus ſingulorum Protectorum. Ord. Senat. 23. Januarii 1679.

Notariis Criminalibus vetitum eſt in proceſſibus apponere appoſtillas, quibus dicatur:
40 vel *non eſſe procedendum*, vel quod *caſus ſit inopinatus*, vel quod *indicia non ex-
tent*. Ord. Senat. 14. Maji 1580. §. *Tertio*; & convenire cum partibus de ordi-
41 nationibus faciendis minorem importantibus ſolutionem Sportularum. Ord. Senat.
20. Julii 1695. §. *Non licere*.

Non debent recipere ordinationes in foliis ſubſcriptas, ſed eas prius regiſtratas in li-
bro proceſſus, & ſolutis Sportulis debent ſubſcribi facere a Judice, & niſi hiſce
42 prius adimpletis, edere non debent atteſtationem liberationis alicujus. Ord. Senat.
27. Novembris 1702. qui incipit *Facto verbo*; & in caſibus, in quibus tenentur
43 edere proceſſus, illos edere debent in forma authentica. Ord. Senat. 25. Februa-
rii 1597.

Non poſſunt recipere, nec eſſe rogati de remiſſionibus partium, quibus tolluntur
44 delicta, niſi prævia ordinatione Judicis, & ſolutis Sportulis. Ord. Senat. 10. Ja-
nuarii 1686. §. *Tertio*, 10. Januarii 1698., 5. Maji 1707. §. *Ad ſeptimum*; &
45 tenentur de proprio ad ſolutionem Sportularum pro Ordinationibus, & liberationi-
bus factis abſque impenſa. Ord. *ut ſupra*. §. *ad ſextum*.

Cavere debent, ne quoquo modo directè, vel per indirectum ſecreta proceſſuum
46 cuiquam manifeſtentur. Ord. Senat. 26. Novembris 1541. §. *Eligat.*; & in caſu
47 contraventionis puniuntur pœna ultimi ſupplicii. Ord. Senat. 30. Junii 1687.
§. *Quamvis*, & Ord. Reg. 4. Junii 1586.

In citationibus peremptoriis Reis tranſmittendis debent apponere clauſulam compa-
48 rendi ſucceſſivè ſingulis diebus, donec &c. Ord. Senat. 22. Martii 1635., &
dum recedunt ab Officio, tenentur relinquere eorum Acta Notariis ſuccedentibus
49 in Officio. Ord. Senat. 10. Aprilis 1549., 26. Octobris 1623.

Notarii Criminales Officii Capitanei Juſtitiæ, & Prætoris Mediolani exhibere de-
50 bent Fiſcalibus libros proceſſuum legendos in reſpectivo eorum Officio, non au-
tem ex eo efferendos. Ord. Senat. 6. Julii 1633.; & dum diſcedunt ab Urbe,
51 tenentur eligere alterum, qui præſtò ſit toties, quoties pro exhibitione librorum.
Ord. Senat. 16. Decembris 1687. §. *Abſentia*.

Plura alia ſervanda ab Actuariis, & Notariis Criminalibus pro recto eorum mune-
52 ris implemento habentur in Ord. Senat. 30. Junii, & 16. Decembris 1687., 20.
Julii 1695., 5. Maji 1707.

(*b*) Ad §. *Si quis Sponſorem*.

Præſtita fidejuſſione de ſervando aſſignatum locum pro carcere, & de non capiendo
fugam, ſi recedatur a dicto loco per modicum tempus, & revertatur, non dicitur
53 commiſſa contraventio. Ita referente Magnif. Com. Loayſa declaravit Senatus die
12. Januarii 1674. decernendo non eſſe moleſtandum dicta de cauſa Fidejuſſorem
cujuſdam Beſutii -- Egr. Secret. Annono.

Fidejuſſiones omnes regiſtrari debent a Notariis Criminalibus in libro cum expreſſio-
54 ne tituli delicti, nominis Fidejuſſoris, & quantitatis, pro qua data eſt Fidejuſſio.
Ord. Senat. 9. Septembris 1573.; & non debent recipi Fidejuſſiones pro intereſſe
55 Fiſci, quæ non ſint idoneæ, & ab alio pariter idoneo collaudatæ. Proclama 16.
Martii 1673.

Notarii Criminales non niſi in cauſis graviſſimis poſſunt apponere clauſulam, *quod
56 Rei non poſſint purgare moram, & ſe conſignent certis diebus*. Ord. Senat. 12. Julii
1608., 12. Julii 1618.; & in Fidejuſſionibus, quæ præſtantur, de benè vivendo, de
57 non deferendis armis, de ſervando exilio, vel relegatione, & de non offendendo,
debet poni clauſula præſcripta in Ord. Senat. 9. Junii 1611.

In recipiendis Fidejuſſionibus debent ponere clauſulam obligatoriam etiam hæredum
58 traditam in Ord. Senat. 15. Aprilis 1613., & eas recipere debent ſub formula
59 Fidejuſſionis Rovidianæ, eamque vulgari lingua legere debent Fidejuſſoribus, eo-
rumque Collaudatoribus. Ord. Senat. 3. Octobris 1668.; & omnino ſervari debet.
Ord. Senat. 14. Junii 1674.

Fidejuſſores condemnandi ſunt, Reis citatis, & non comparentibus. Ord. Senat. 6.
Junii

Digitized by Google

60 Junii 1570.; & lapſo peremptorio condemnari debent in pœnam promiſſam. Ord.
Senat. 16. Septembris 1594.; quidve ſervandum ſit, ſi petierint terminum ad cer-
61 tiorandum Principalem, vel aliam exceptionem propoſuerint, traditur in Ord. Se-
62 nat. 20. Octobris 1594.; & Fidejuſſio præventoria quomodo admitti debeat, præſcribi-
tur in Ord. Senat. 24. Januarii 1609.

(*i*) Ad verb. *ſe præſentaturum*.

Fidejuſſor de præſentando Reum non excuſatur, ſi illum ſiſtat die ſequenti, & in Au-
63 rora poſt condemnationem. Ord. Senat. 15. Decembris 1617., quando autem excu-
ſetur, ſi illum præſentet etiam poſt comdemnationem, ibidem *in meis annot.*; mo-
64 leſtari tamen non poteſt, ſi non conſignet Reum, ubi bannitus ſit ex alia cauſa.
Ord. Senat. 5. Decembris 1597.
Fuit citatus Fidejuſſor de conſignando Reum, ad allegandum, quare condemnari non
deberet ob non præſentatum Reum, quo interim mortuo, dubitatum fuit, an locus
65 eſſet pœnæ. Referente Magnif. Com. Burro, deciſum fuit a Senatu die 13. No-
vembris 1670. Polaſtrum Fidejuſſorem Bertoni teneri ad ſolutionem pœnæ -- Egr.
Secret. Gradignano.

(*l*) Ad §. *Notarii cauſarum civilium*.

Notarius civilis quis creari non poteſt a Collegio Cauſidicorum, & Notariorum Me-
diolani, niſi elapſis duobus menſibus poſt primam Congregationem, & quænam qua-
66 litates requirantur, ut quis munus Notarii exercere poſſit, præſcribitur in Ord. Se-
nat. 22. Auguſti 1686. §. *primo*, & §§. *ſequent.*, & diei 20. Junii 1690.
Notarii Civiles Mediolani obſervare debent Ordines, qui de mandato Abbatum Col-
67 legii Cauſidicorum pro ſolito eorum zelo identidem publicantur vel circa rititudi-
nem judiciorum in cauſis civilibus, vel circa rectum muneris Notarii implemen-
tum. Ord. Senat. 1. Julii 1682.
Ut quis admittatur ad Notariatum, inter cætera conſtare debet de ejus idoneitate
68 per examen, ut præſcribitur in Ord. Senat. 22. Auguſti 1686. §. *Quarto*; Cauſidi-
cum tamen Martignonum Papienſem fieri poſſe Notarium ſine examine, attento
69 conſenſu Notariorum, & fama illius virtutis, diſpenſavit Senatus die 9. Martii
1661., referente Magnif. Senatore Carillo -- Egr. Secret. Arbona.
Antequam inter Notarios quis deſcribatur, conſtare debet per atteſtationem juratam,
70 quod per integrum quinquennium militaverit ſub Cauſidico Collegiato, vel appro-
bato, ut in §. *Primo* laudati Ord. anni 1686.; hinc anno 1663. die 12. Decem-
bris, referente Magnif. Senatore Cavalchino, Senatus diſpenſare noluit, Notarium
71 fieri poſſe quemdam Bidellum, qui ſub Cauſidico non militaverat ad præſcriptum
Ordinum, non obſtante favorabili voto Abbatum Collegii Notariorum -- Egr. Se-
cret. Maddio.
Ætas ad Notariatum neceſſaria eſt annorum vigintiquinque; Notarium tamen fieri
poſſe etiam deficiente aliquo tempore ætatis præfixo a Statuto diſpenſat Senatus,
ubi adſit idoneitas, & concurrant alia requiſita, & petitio diſpenſationis proponi-
72 tur in Senatu. Ita referente Magnif. Senatore Stampa, diſpenſationem Senatus
conceſſit die 18. Novembris 1665. Filio Cauſidici Imbonati cum voto Abbatum
Collegii Notariorum -- Egr. Secret. Sadarino.
Regulariter autem non ſubſiſtente rationabili cauſa, defectus ætatis non diſpenſatur.
73 Ita referente Magnif. Senatore de Puteo decrevit Senatus die 8. Auguſti 1669. --
74 Egr. Secret. Maddio --; & referente Magnif. Com. Burro die 2. Decembris 1677.
rejecit petitionem Caroli Ferrantis Cadolini -- Egr. Secret. Ceſato.
Admiſſi ad Notariatum, antequam exerceant, præſtare debent fidejuſſionem de conſi-
gnandis Abbatibus Collegii Notariorum Imbreviaturis, & iis omnibus, quæ ratio-
75 ne Officii ad eorum manus pervenerint, in caſu mutationis ſtatus. Ord. Senat. 6.
Novembris 1612., renovati in Ord. 22. Auguſti 1686. §. *Et ubi;* hinc ſuſcepto
habitu Eccleſiaſtico a nonnullis Notariis Viguerìæ, referente Magnif. Marchione
76 Caxa, decrevit Senatus die 13. Februarii 1664. privandos eſſe Notariatu, & Im-
breviaturis -- Egr. Secret. Belcredio.
Notarii tenentur ſcribere in matrice Inſtrumenti nomina, & cognomina illorum, qui
Procuratores, ſeu Mandatarii, vel Syndici deputantur; item in Inſtrumentis ven-
77 ditionum deſcribere bona per ſitum, & cohærentias, non obſtante partium conſenſu
in contrarium; & demum in Inſtrumentis Ceſſionum ſcribere ante rogitum jura-
mentum per verba præſcripta. Ord. Senat. 26. Martii 1545., 20. Junii 1690.

In

Digitized by Google

In Inſtrumentis inſerere non debent minutas originales, ſed literas patentes expeditas
78 e Cancellaria Senatus in caſibus, in quibus ipſæ neceſſariæ ſunt. Ord. Senat. 12.
79 Februarii 1627., 5. Decembris 1682.; & actu rogiti inſerere pariter debent in
Inſtrumentis Scripturas, aliaque quæcunque Acta inſerenda. Ord. Senat. 10. Junii 1690.

Incurrunt ſuſpenſionem ab Officio Notariatus ad arbitrium Senatus, ſi rogati exiſtant de Sententiis latis a Syndicatore in cauſis ordinariis. Ord. Senat. 4. De-
80 cembris 1557. renov. 9. Junii 1714., qui incipit *Quamvis Juſtitiæ*.

Notarius ex Senioribus, & probioribus eligi debet in qualibet Plebe Ducatus, &
in qualibet Porta hujus Urbis, qui invigilet circa alios Notarios reſpectivæ ejus
81 Plebis, & Portæ, aliaque agat juxta diſpoſita in Ord. Senat. 22. Auguſti 1686.
§. *Præterea*.

Actuarii cauſarum civilium debent ſeparatim aſſervare proceſſus omnium cauſarum,
quæ Sapientis conſilio, vel judicio partium Confidentis deciduntur, ſive in prima,
82 ſive in ſecunda inſtantia; & in cauſis, in quibus conſilium Sapientis, aut judicium Confidentis non requiritur, debent tenere filcias ſeparatas relationum, literarum Principis, Sacramentorum, interogationum, & reſponſionum ab alus Actis.
Ord. Senat. 26. Martii 1545. §. *Ordinavit*, & §. *In aliis*.

Durante Officio Actuarii nominari nequeunt inter Notarios de Pilaſtro pro Teſtium
examinibus. Ord. Senat. 28. Martii 1575., etiam ſi accedat partium conſenſus.
83 Ord. Senat 2. Auguſti 1577.; & quoad dictam prohibitionem, nomine Actuarii
84 veniunt etiam Coadjutores, & Scriptores Tribunalium durante tali Officio. Ord.
Senat. 6. Junii 1590.

Tenere debent Actuarii affixam ad eorum ſubſellia notulam impreſſam, continentem
nomen, & cognomen Cauſidicorum approbatorum, ne per ignorantiam admittant
85 ſubſcriptiones non approbatorum. Ord. Senat. 22. Auguſti 1686. *n.* 6.; 3. Auguſti 1751. §. *Ad quem effectum*.

Tradere non debent partibus Acta originalia. Ord. Senat. 31. Auguſti 1564., &
86 exacto eorum munere tenentur relinquere omnia Acta in loco Officii, eaque con-
87 ſignare Succeſſoribus. Ord. Senat. 21. Maji 1694. §. *Quoad decimum*; & quomodo
88 recipere debeant fidejuſſiones in cauſis appellationum, præſcribitur in Ord. Senat.
26. Octobris 1557.

(*m*) Ad §. *Hac Sanctione* verſic. *utantur operâ aliorum Notariorum*.

Ad preces Joannis Baptiſtæ Gnugni, & aliorum quatuor Notariorum Actuariorum
rerum civilium in Prætorio Novariæ, Senatus hujus Conſtitutionis diſpoſitionem
89 eſſe ſervandam decrevit in ejus Ord. 17. Martii 1654. *in Addit. Ordin. inferius impreſ.*

(*n*) Ad §. *Notarii in cauſis* verſic. *abſque mercede conficiant*.

Idem cavetur in Ord. Senat. 18. Decembris 1534. §. *Inſuper*; & item Pauperibus
90 edi debent reſcripta, literæ, ſcripturæ, & omnia Acta gratis, & ſine mercede
laborum. Ord. Senat. 24. Aprilis 1544.

Et ſi contingat in cauſis Pauperum condemnari eorum Adverſarium in ſalario, tunc
91 licitum eſt Judici, & Notario illud exigere. Ord. Senat. 18. Decembris 1534.
d. §. *Inſuper*.

(*o*) Ad §. *Hi vero* verſic. *ita atteſtatum fuerit*.

Atteſtationes paupertatis legitimè factas prodeſſe, etiam Reis exiſtentibus extra Car-
92 ceres, decrevit Senatus die 10. Maji 1662. referente Magnif. Senatore Pattellano.

Atteſtationes paupertatis, & miſerabilitatis degentium extra Carceres, de quibus hæc
Conſtitutio non diſponit pro earum validitate, debent ſubſcribi a Parocho, Conſu-
93 ſule; & duobus Syndicis loci, vel in eorum defectum a duobus Vicinis probatæ
fidei, & de tali ſubſcriptione debet fieri atteſtatio per Notarium; & ubi factæ ſint
ſervata hac forma, attendi debent in quocunque caſu ſolutionis. Ord. Senat. 26.
94 Februarii 1639.; & etiam in caſu, in quo Reus relaxatus ſit ſub fidejuſſione. Ord.
Senat. 21. Julii 1639.; ubi vero factæ ſint non ſervata diſpoſitione Ordinum, admitti non debent. Ord. Senat. 4. Februarii 1681., 15. Maji 1685.

Prædictæ atteſtationes recipi non debent a Theſaurariis Sportularum, niſi poſt votum Fiſci fuerint ſubſignatæ ab uno ex Magnif. Senatoribus Delegatis Mediolani, & in Ducatu; & in aliis vero Curiis, niſi fuerint etiam ſubſcriptæ a reſpectivis Judici-
bus,

Digitized by Google

97 bus, & Fiſcalibus. Ord. Senat. 15. Maji 1685.; pro quibus autem perſonis, licet
98 non poſſidentibus bona ſtabilia, admittendæ non ſint. Ord. Senat. 10. Januarii 1698.
99 §. *Undecimo*; ubi demum admittendæ ſint, regiſtrari debent in calce proceſſus originalis. Ord. *ut ſupra*.

(*p*) Ad verba *mediante juramento de credulitate*.

Quamvis juramento probetur paupertas; non tollitur tamen probatio in contrarium.
100 Hinc ad preces Scholarium S. Vincentii Papiæ mandavit Senatus die 14. Februarii 1595. Judici cauſæ, ut admitteret Capitula contraria.

(*q*) Ad §. *Nulli Notarii* verſic. *ſerventur ſolemnitates requiſita per Statuta*.

Anno 1649. die 3. Auguſti Senatus declaravit, ſolemnitates ſtatutarias requiri etiam
101 quando Mulier ſe obligat pro dote Filiæ.

(*r*) Ad §. *Calamitoſis* verb. *Acta*, *& Scriptura*.

Pauperibus carceratis edi debent gratis etiam copiæ proceſſuum, poſtquam publicati
102 ſunt. Ord. Senat. 26. Novembris 1541. §. *Senatus – in fine*, 1. Octobris 1561.;
103 & ubi relaxari debeant, adaptandæ ſunt gratis ſcripturæ. Ord. Senat. 7. Auguſti 1596.

LIBRI SECUNDI CONSTITUTIONUM FINIS.

Digitized by Google

LIBER TERTIUS CONSTITUTIONUM.

DE TESTAMENTIS, ET ULTIMIS VOLUNTATIBUS.

TEſtamenta, legatave, & donationes cauſâ mortis legitimè confectæ, per omnes Judices competentes, quàm celeriùs fieri poterit, executioni mittantur, ulla abſque prorſus cavilloſa, vel ſiniſtra interpretatione, & niſi illâ, vel eâ, quæ menti Teſtatoris legitimè deſerviat, admiſsâ. Et ſuperinde procedant ſummariè, ſimpliciter, & de plano, ſine ſtrepitu, & figura judicii, frivolis exceptionibus omnino rejectis.

AD TIT. DE TESTAMENTIS, ET ULTIMIS VOLUNTATIBUS.

Decis. et Annot.

1 NOtarii rogantes ultimas voluntates tenentur Teſtatoribus in mentem revocare pia loca Terræ Sanctæ, ne ob oblivionem omittant eorum favore aliquid diſponere, ſi velint. Ord. Reg. 24. Februarii 1628.

2 Fraudibus, quæ committi poſſunt circa morientium diſpoſitiones, quoad fieri poteſt, occurrendum eſt. Hinc Senatus, pro conſueta ejus vigilantia, teſtamenta, & legata facta a peſte infectis exequi non debere ipſo inconſulto, ſanxit in ejus Ordine diei 27. Novembris 1576.

3 Teſtamentum ſolemne in ſcriptis relictum a Teſtatore clauſum, & ſigillatum, edi poteſt a Notario cum diſpenſatione Senatus, non citatis citandis, aliiſque ſervandis omiſſis. Ord. Senat. 1. Februarii 1564.

4 Diſpenſationes non conceduntur a Senatu adverſus prohibitiones Teſtatorum, ne filii bona intra certum tempus alienent, niſi ex cauſa, quam ſi Teſtator excogitaſſet, veroſimile ſit, quod prohibitionem non feciſſet. Ord. Senat. 11. Auguſti 1616. §. *Non fiant diſpenſationes*.

5 Anno 1624., referente Magnif. Senatore Picenardo poſtea Senatus Præſide, declaravit Senatus valere teſtamentum a quodam Muto ſine debitis ſolemnitatibus, ſed ſapienter factum.

Teſta-

Digitized by Google

Teſtamentum nuncupativum non nominato hærede explicitè, ſed facta illius inſtitu-
tione coram Teſtibus implicitè per relationem ad aliam ſcripturam, validum eſt.
6 Ita judicavit Magiſtratus Extraord. Reddit. die 12. Februarii 1637., referente Spectabili
Quæſtore Villodre in cauſa opulentæ hæreditatis, & teſtamenti Com. Franciſci Cri-
belli, cujus hæreditas notificata fuerat uti vacans, ſub prætextu, quod teſtamentum
eo modo factum non valeret, decernendo hæredis inſtitutionem eo modo factam
ſubſiſtere, & teſtamentum valere favore Com. Othonis Mandelli, non obſtante con-
trario voto Egr. Advocati Fiſcalis Alphonſi del Rio poſtea Senatoris.

Ignorantia contentorum in Teſtamento excuſat a pœna ob eorundem inadimplemen-
7 tum. Ita referente Magnif. Senatore Cantono, declaravit Senatus die 9. Aprilis
1650. favore Marchionis Ambroſii Abduæ.

Si condere volens teſtamentum in ſcriptis ſit adeo impeditus a Chiragra, ut nullo mo-
do coram Notario ſcribere poſſit, quamvis ſcribere ſciat, petere poteſt a Senatu
diſpenſationem, ut Teſtamentum coram Notario ſubſcribatur ab alia Perſona no-
ta ejus nomine, expreſſo hærede; debet tamen prius conſtare coram Judice de im-
8 potentia ſcribendi. Ita referente Magnif. Senatore Stampa diſpenſavit Senatus die
17. Octobris 1670. in caſu Antonii Conradi Laudenſis -- Egr. Secret. Annono.

Anno 1674. die 15. Februarii, referente Magnif. Senatore de Puteo, Senatus con-
9 ceſſit Peterbono Alexandrino facultatem recuperandi Teſtamentum in ſcriptis con-
ſignatum Notario cum rogitu ipſius conſignationis, auditis prius, & annuentibus
Abbatibus Collegii Notariorum -- Egr. Secret. Sadarino.

Teſtamentum in ſcriptis, ſi impugnetur, & maximè ab aliquo ſucceſſuro ab inteſtato,
nihilominus aperitur, & publicatur, ſalvis in reliquis omnibus exceptionibus com-
petentibus, & interim, donec cognoſcatur ſuper ipſis exceptionibus, omnes effectus
10 hæreditarii ponuntur ſub ſequeſtro. Ita referente Magnif. Senatore Com. Burro,
decrevit Senatùs die 18. Novembris 1675. in caſu Teſtamenti in ſcriptis Joannis
Marliani -- Egr. Secret. Maddio.

Teſtamenta, & legata, ſolutâ ſolum mercede ſcripturæ, a Notariis edi debent Ven.
Hoſpitali Magno, & Ven. Fabricæ Eccleſiæ Majoris Mediolani, & Locis Piis Ci-
11 vitatis, & Ducatus etiam divitibus, dummodo de ſuis redditibus diſponant in uſus
pios. Ord. Collegii Cauſidicorum, & Notariorum Mediolani 21. Decembris 1614.,
& 21. Decembris 1634.

Teſtamentum ſuſpectum de falſitate, habetur pro falſo in civilibus, & non attendi-
tur. Ita referente Magnif. Regente Com. Don Aloyſio Caroello, decidit Senatus
12 anno 1719. in cauſa vertente inter Fratres de Calchis, & quemdam Scaccabaro-
tium ſuper ſuſpicione falſitatis cujuſdam teſtamenti R. Joannis Antonii Scaccaba-
rotii Prothonotarii Apoſtolici, & Canonici Scalenſis conditi de anno 1598., decer-
nendo abſolvendos Fratres de Calchis a petitis per Scaccabarotium.

Nullum eſſe Teſtamentum Filiifamilias conditum de bonis adventitiis, declaravit Se-
13 natus die 27. Januarii 1751. favore J. C. & Cauſidici Joannis Dominici Bordoni
in caſu teſtamenti conditi a Carolo Antonio ejus Filio, referente Illuſtri Senatore
Regente Marchione Don Hieronymo Erba.

Teſtamena, & Inſtrumenta rogata a ſimplici Notario Apoſtolico attendi non debent
14 in Foro laico. Ita conſultationi Abbatum Collegii Notariorum Novariæ reſcripſit
Senatus in Ord. 8. Novembris 1713.

In cauſa vertente inter Advocatum Ghirlandam, & Carolum Borgatium ſuper vali-
ditate, vel invaliditate Teſtamenti Archidiaconi de Fidelibus conditi tempore Peſtis,
utpote rogati a Notario Apoſtolico, referente Magnif. Senatore Biſcoſſia cenſuit
15 Senatus die 6. Septembris 1755. Teſtamentum eſſe nullum; verum ſuum ſortiri de-
bere effectum ex ſubſecuta ejuſdem obſervantia.

Legatum domus intelligitur de domo habitata tempore teſtamenti, & ſub ea compre-
henditur etiam pars annexa licet diviſim poſtea habitata. Ita referente Magnif. Se-
16 natore Alіphero, decidit Senatus die 2. Auguſti 1651. favore Blancæ Tadinæ Can-
tonæ contra Ven. Hoſpitale Majus Mediolani.

Hypotheca competit pro annuo legato ad vitam Legatarii facto. Ita referente Ma-
17 gnif. Senatore Bracherio decidit Senatus anno 1653. favore Marchioniſſæ Barbaræ
Coriæ Legatariæ.

Interuſuria legati quantitatis debentur a die petitionis. Ita referente Magnif. Com.
18 Loayſa cenſuit Senatus die 18. Auguſti 1673. in cauſa vertente inter Origonum,
& Comitem Braciolinum -- Egr. Secret. Oliverio.

Debentur autem interuſuria legati a die obitus Teſtatoris, & non a die tantum peti-

Digitized by Google

tionis, ubi agitur de legato veluti uſusfructus. Ita referente Magnif. Senatore
19 Marchione de Clericis, declaravit Senatus die 15. Junii *1669.* in caſu Cattaneæ
cum Monialibus S. Mariæ Magdalenæ ad Circulum Mediolani -- Egr. Secret. Sadarino --; & item quando agitur de legato quantitatis ſolvendo tempore nuptiarum, interuſuria debentur a die contracti matrimonii. Ita referente Magnif. Se-
20 natore Biſcoſſia, cenſuit Senatus die 21. Junii 1754. favore Franciſcæ Mariæ de
Bonanomine de Aſtoris contra Chriſtophorum de Bonanomine, declarato intereſſe in rationem librarum quatuor pro ſingulo centenario.

Legatum relictum Famulis, quamvis teſtamentum declaratum fuerit irritum, quia Teſtator eſſet ſub patria poteſtate, nihilominus ſolvi mandavit Senatus die 11. Julii
21 1668., tamquam quod ageretur de legato pio, quod locum habet etiam in teſtamento nullo, referente Magnif. Senatore Marchione Erba -- Egr. Secret. Maddio.

Legata pia relicta pro Anima Teſtatoris præferenda eſſe aliis legatis, deducto ære
22 alieno, ita ut integrè debeantur, cenſuit Senatus die 16. Septembris *1673.*, referente Magnif. Senatore Stampa -- Egr. Secret. Maddio.

Legatum ordinatum in ſecundo Teſtamento cum clauſula generali derogativa cujuslibet anterioris Teſtamenti ſuſtinetur, quamvis in ſecundo Teſtamento non contineatur ſpecialiter, & per extenſum clauſula derogatoria futuri Teſtamenti apposita in
23 anteriori Teſtamento. Ita referente Magnif. Senatore Marchione de Araciel, decidit Senatus die 4. Septembris 1713. contra J. C. Franciſcum Crodariam.

Solutio legatorum non retardatur ob pendentiam judicii de expilata hæreditate promoti ab hærede contra alios, præterquam Legatarios. Ita decrevit Senatus die 23.
24 Februarii 1752. favore Monialium tertii Ordinis S. Dominici Novocomi pro legatis eiſdem relictis a Donna Franciſca Somiliana.

Executor Teſtamentarius reſpectu legati pii etiam Tranſacto anno non poteſt trahi
25 coram Judice Eccleſiaſtico. Ita referente Magnif. Senatore Anulpho, cenſuit Senatus die 14. Maji 1664. in caſu Baſſani Mutiani Laudenſis -- Egr. Secret. Maddio.

Bullam Summi Pontificis Pii V. 22. Januarii *1569.* de deferendis legatis per trien-
26 nium non adimpletis, nec ſolutis ad Fabricam Baſilicæ S. Petri de Urbe, non eſſe receptam Mediolani teſtatur Redenaſch. *in fine conſ.* 28.

DE ACQUIRENDA HÆREDITATE.

NEmo poſſit hæreditatem à patre ſuo repudiatam (*a*) adire, patre vivente, niſi fuerit emancipatus, & non in fraudem. Et aditio alio modo facta non valeat, niſi obtentâ licentiâ à Principe (*b*), ex qua huic ſanctioni in individuo derogetur.

Si filius hæreditatem maternam conſiſtentem in credito, contra bona, aut hæreditatem paternam intra annum (*c*) à die ſcientiæ mortis maternæ non repudiaverit, adiviſſe cenſeatur.

Idem locum habeat, ubi materna hæreditas etiam in bonis immobilibus, aut annuis redditibus conſiſteret, quorum uſufructus patri quæratur, ſi vivente patre filius deceſſerit.

Quæ tamen omnia locum habere volumus, ſi ipſorum filiorum creditoribus, aut hæredibus (*d*), ita expedire viſum fuerit.

AD CONSTITUTIONEM DE ACQUIRENDA HÆREDITATE.

Decis. et Annot.

(*a*) Ad §. *Nemo poſſit* verb. *repudiatam*.

NOn habet locum hæc Conſtitutio in hæreditate repudiata a Matre, quia non habet filios in poteſtate. Ita cenſuit Magiſtratus Extraord. Reddit. anno 1615. in
1 cauſa hæreditatis Philippi Moroſini contra Claram de Clericis, referente Spectabili
2 Quæſtore Turiano; & idem declaravit Senatus die 20. Martii *1629.*; & Filius ejuſmodi

ejuſmodi hæreditatem adire poteſt etiam Matre adhuc vivente, quia hæc Conſti-
tutio loquitur tantum de hæreditate repudiata a Patre. Ita decidit Senatus die
3 12. Decembris 1663. in caſu Syri Zanoni Papienſis -- Egr. Secret. Coſſa.
Hæreditas repudiata a Patre non poteſt dici vacans, ut Fiſcus ſuccedere poſſit,
quando adeſt, qui poſt mortem Patris ſuccedere poteſt. Ita cenſuit Senatus die
4 30. Aprilis 1599. favore Ferdinandi Gatinaræ -- Egr. Secret. Marcheſonio.
Idem declaravit Magiſtratus Extraord. Reddit. die 23. Aprilis 1573. in cauſa hæredi-
5 tatis uti vacantis notificatæ Joannis Jacobi Gallinii pro filiis Camilli Gallinii; &
die 26. Septembris 1619. in cauſa notificationis hæreditatis uti vacantis Dionyſii
6 Blanci, decernendo ejuſdem hæreditatem non vacare, ſed ſpectare ad Barbaram Blan-
cam, non obſtante illius repudiatione facta a Victorio Blanco Patre dictæ Barbaræ.

(*b*) Ad verſic. *niſi obtenta licentia a Principe*.

Diſpenſatio a Senatu non conceditur, quod hæres ſcriptus, vel ab inteſtato eſſe
7 poſſit Curator hæreditatis, donec deliberet de ea adeunda. Ord. Senat. 11. Au-
guſti 1616. §. *Non dentur literæ*.
Diſpenſat Senatus, ut Filius adire poſſit hæreditatem a Patre, vel Avo repudiatam,
cum conditione tamen, ut Filius ſimul cum Patre in ſolidum ſe obliget, & præ-
ſtet fidejuſſionem de ſatisfaciendo non ſolum Creditoribus hæreditariis, ſed etiam
ipſius Patris, & ubi agatur de Minore, conceditur cum clauſula ſine ſpe reſtitutio-
nis in integrum, & cum conditione, quod in obligatione Filii de ſolvendis de-
bitis ut ſupra conſenſum præſtet Pater, & alter Agnatus proximior ſanguine jun-
ctus, & jurent ſuo credere ſic expedire, & advertant, ne dolus ſubſit. Ita diſ-
8 penſavit Senatus die 12. Julii 1549. favore Jo. Mariæ Viſcardi Minoris.
Joannes Baptiſta ex Capitaneis de Arſago, relicto uſufructu omnium bonorum Lu-
cretiæ Caymæ ejus Uxori, hæredem inſtituit ſpectabilem Quæſtorem Clementem
Arſagum, eique vulgariter ſubſtituit filios. Prætendens præfatus Quæſtor ſe eſſe
Creditorem dictæ hæreditatis ultra ſummam librarum triginta mille, obtinuit diſ-
penſationem a Senatu, ut poſſet repudiare hæreditatem, eamque adire nomine fi-
liorum. Conqueſta eſt Lucretia Cayma de hac diſpenſatione, & ſuper mutuis pre-
cibus Senatus decrevit die 31. Auguſti 1598. perſiſtendum eſſe in diſpenſatione
9 de forma conceſſa, & partes eſſe remittendas ad Judicem Ordinarium, qui juſti-
tiam faceret ſuper controverſia inter ipſas vertente, an caſus dictæ diſpenſationis
comprehenderetur ſub diſpoſitione hujus Conſtitutionis. Cum vero Vicarius Juſti-
tiæ declaraſſet ad favorem præfati Quæſtoris, & Cayma appellaſſet ad Senatum,
ab eodem die 6. Septembris 1605. fuit declaratum, malè fuiſſe judicatum, &
10 bene appellatum, quod ſcilicet caſus non erat comprehenſus in hac Conſtitutio-
ne, ideoque non obſtante dicta diſpenſatione Quæſtorem Arſagum non potuiſſe,
repudiata dicta hæreditate, moleſtare dictam Uſufructuariam, quia ex eo, quod
eodem actu quo repudiavit hæreditatem, eam adivit nomine filiorum, & reſer-
vavit ſibi uſumfructum, ubi uſufructuaria ipſum prædeceſſiſſet, dicta repudiatio
fraude non carebat.
Comes Hieronymus Mandrinus hæredem univerſalem inſtituit Magnif. Senatorem
Ludovicum Madium ſibi penitus extraneum cum vulgari ſubſtitutione ejus filio-
rum. Hanc hæreditatem repudiavit præfatus Senator Madius, eamque adire vo-
lentes ejus Filii petierunt a Senatu diſpenſationem, quæ attenta præſumptione
excluſiva fraudis in Patre Senatore repudiante conceſſa fuit die 26. Junii 1599.
11 ſine conditione præſtandi fidejuſſionem favore Creditorum dictæ hæreditatis.
Conqueſti ſunt coram Senatu J. C. Jo. Baptiſta Sclafenatus, ejuſque Uxor de ejuſ-
modi diſpenſatione dicentes eam præter ſolitam formulam fuiſſe conceſſam, & ex
omiſſa conditione præſtandi fidejuſſionem grave ſibi parari damnum uti Creditori-
bus magnæ pecuniarum ſummæ, adverſus hæreditatem defuncti Com. Mandrini,
& petierunt dictam diſpenſationem moderari ad normam ſupra recenſitæ diſpenſa-
tionis conceſſæ Jo. Mariæ Viſcardo.
Senatus, auditis ambarum partium Advocatis, lectiſque mutuis earum precibus,
12 cenſuit die 19. Aprilis 1606. omiſſo capite tollendæ, vel moderandæ diſpenſatio-
nis, deputandum unum ex Magnificis Senatoribus, qui bona dictæ hæreditatis ad-
miniſtrari curaret, & adminiſtrationis jam geſtæ rationes exigeret; vocatiſque
omnibus ejus Creditoribus, eorum prætenſiones intelligeret, & ſingulis ſatisfieri
faceret, & quod ſuperfuiſſet, Madiis hæredibus relaxari mandaret, & fuit Dele-
gatus Magnif. Senator Don Joannes Hortadus Mendocia.

Si

Digitized by Google

Si diſpenſatio petitur ab Eccleſiaſtico, conceditur cum conſueta conditione preſtandi fidejuſſionem favore Creditorum, & cum clauſula, ut hæreditatem a Patre repudiatam adire poſſit cum beneficio legis, & inventarii ei competenti. Ita decrevit Senatus anno 1739. in caſu diſpenſationis conceſſæ RR. Sacerdotibus Cæſari, &
13 Joſeph Fratribus Carcanis pro adeunda hæreditate Anſelmi Carcani eorum Patrui.

Pro hæreditate nunquam adita, nec repudiata a Patre, petierunt Filii de Lavizariis diſpenſari ad eam adeundam. Referente Magnif. Marchione Erba, decrevit Sena-
14 tus die 30. Julii 1676. non eſſe concedendam diſpenſationem; verum audiendos eſſe Creditores, & ſtatuendum terminum Patri ad deliberandum -- Egr. Secret. Oliverio.

(*c*) Ad §. *Si filius hæreditatem maternam* verb. *intra annum*.

Beatrix Giſulfa anno 1624. inſtituto ſibi hærede univerſali Marchione Ambroſio Abdua ejus filio, factoque præ cæteris legato favore Com. Conſtantii Abduæ ejus Ablatici, ſubſtituit in caſu repudiationis dictæ hæreditatis eundem Com. Conſtantium Abduam cum oneribus in teſtamento ſcriptis. Mortua dicta Beatrice, Marchio Ambroſius hæres curavit ſtatim deputari Curatorem hæreditati aſſerens nolle deliberare ſuper adeunda hæreditate materna, niſi prius ſecuta ſeparatione bonorum alias ſibi per Matrem donatorum, ac deducta legitima ſibi debita, nec non liquidatis prius creditis, quæ habere prætendebat contra dictam hæreditatem.

Deputato Curatore dictæ hæreditati, per Ingenierium citatis intereſſe habentibus, facta fuit diviſio bonorum immobilium, & medietas aſſignata fuit dicto Marchioni titulo donationis inter vivos eidem factæ per Matrem, & ex altera medietate deducta fuit tertia pars pro prætenſa legitima, interim relinquenda penes ipſum Curatorem.

Hiſce abſolutis, & dimiſſo Curatore nulla alia proteſtatione facta, nullaque unquam propoſita prætenſione redditionis rationum, dictus Marchio univerſa ipſa bona hæreditaria poſſedit.

Elapſis jam pluribus annis conventus fuit coram Judice Ordinario tamquam hæres Matris a Com. Conſtantio Abdua, ut ſolveret legatum ſibi relictum, & ubi Matris hæres dici non poſſet, ut ſibi tamquam ſubſtituto relaxaret dictorum bonorum hæreditariorum poſſeſſionem.

Petitioni Com. Conſtantii reſpondit Marchio Abdua ſe hactenus ignoraſſe Matrem inteſtatam deceſſiſſe; & nolle deliberare ſuper illius hæreditatis aditione, niſi prius tutelæ per Matrem adminiſtratæ rationibus exactis, atque diſpunctis.

In hoc judicio obtinuit Comes Conſtantius per binas conformes ſententias; & admiſſo poſtea Marchione Abdua coram Senatu per viam recurſus, diſcuſſum fuit num diſpoſitio hujus Conſtitutionis circa inductam aditionem hæreditatis maternæ, ubi intra annum repudiata non ſit, procedat ſolum ubi hæreditas materna delata ſit Filio vivente Patre, an etiam eo mortuo; & relatâ cauſâ per Magnif. Senatorem Petra-
15 cinum die 12. Auguſti 1639., cenſuit Senatus diſpoſitionem hujus Conſtitutionis non procedere in hæreditate materna delata mortuo Patre; declarando Marchionem Abduam non eſſe hæredem circumſcriptis memoratis duabus conformibus ſententiis; reſervato jure hæredi pro recuperatione fructuum contra quos de jure.

Annum hic præſcriptum currere etiam vivente Patre declaravit Senatus die 8. Auguſti
16 1646., referente Magnif. Senatore Petracino in cauſa vertente inter Comitiſſam Hyppolitam Annonam Vicecomitem, & Octavium a Turre.

(*d*) Ad §. *Quæ tamen* verb. *aut hæredibus*.

Verbum *hæredibus* debere referri ad hæredes Creditorum, non vero Filiorum, juxta
17 veriorem, & receptiorem intellectum, cenſuit Senatus anno 1615. in cauſa inter Clementiam Landrianam, & Sorores Maruttas.

DE CONTINUANDA POSSESSIONE DEFUNCTI.

POſſeſſio, ſeu quaſi aliquorum bonorum defuncto poſſeſſore non vacet, ſed ſit, & intelligatur continuata immediatè in ejus hæreditate, & in hæredem, ſeu hæredes, per aditionem, ſeu immi-

Digitized by Google

immiſtionem pro hæreditariis portionibus, quoad omnem effectum, etiam recuperandæ ipſius poſſeſſionis. Et omnis apprehenſio medio tempore facta, ſit nulla, nulliuſque valoris & momenti, quocunque jure, etiam ſpeciali, ſuccedatur. §. Hoc tamen locum non habeat ultra decennium à die ſcientiæ delatæ hæreditatis. §. Et item ſi quis reperiretur in poſſeſſione, ſeu tenuta legitimè adepta ex cauſa proveniente ex facto ipſius defuncti, & de qua per publicum Inſtrumentum conſtet.

Inſuper ſervandum eſt, quòd ſi contingat quem ultrà annum jam poſſidere, eum ad informationes aſſumendas, & conceſſionem præcepti per Judicem hæredi faciendam, citandum eſſe. §. Præmiſſa intelligantur, & obſerventur, ad literam, prout jacent.

AD TIT. DE CONTINUANDA POSSESSIONE DEFUNCTI.

Decis. et Annot.

PRæcepta continuandi in hæreditate Defuncti concedi non debent, niſi citato hæ-
1 rede jam continuato. Ord. Senat. 9. Septembris 1597.; & Judices admittere non
2 poſſunt Eccleſiaſticos ad poſſeſſionem, aut ipſos in ea continuare inconſulto Senatu.
Ord. 20. Octobris 1632., ibique *in meis annot.*, & Ord. Senat. 22. Aprilis 1673.;
3 & ita etiam decrevit Senatus die 10. Novembris 1668. pro Uxore Joannis Baptiſtæ
Reſtæ in concurſu cum Abbate Reſta -- Egr. Secret. Sadarino.

Continuatio in hæreditate Defuncti vigore hujus Conſtitutionis competit etiam Legi-
4 timatis. Ita cenſuit Senatus die 6. Julii 1574. favore Fratrum de Merzagoris, licet
aliquæ exceptiones allegarentur contra eorum legitimationem, revocata poſſeſſione
per eorum Adverſarios adepta.

Competit continuatio etiam Legatario generalis uſusfructus cum facultate illum capiendi propria authoritate. Ita referente Magnif. Senatore Picenardo, decidit Senatus
5 anno 1623. menſe Septembris favore Margaritæ Campeſiæ, cui Maritus legaverat
uſumfructum totius ejus hæreditatis cum facultate illum capiendi propria authoritate, inſtitutis hæredibus Sororibus Beccariis.

Uxor inſtituta hæres univerſalis ab ejus Marito continuatur in poſſeſſione omnium
ejus bonorum exiſtentium extra Ducatum; in bonis vero ſitis in hac Civitate, vel
Ducatu, pro quarta parte tantum, attento Statuto Mediolani 295. vol. 1. Ita de-
6 crevit Senatus anno 1579. in caſu Comitiſſæ Barbaræ Eſtenſis Triultiæ hæredis univerſalis inſtitutæ a Com. Franciſco Triultio ejus Marito.

Hæres particularis in concurſu cum hærede univerſali continuatur in poſſeſſione por-
7 tionis eidem relictæ a Teſtatore. Ita referente Magnif. Senatore Bonetto, decidit
Senatus die 31. Auguſti 1629. favore Barbaræ Piolæ contra Abbatem, & Canonicum Ordinarium hujus Metropolitanæ Joannem Paulum Forrerium -- Egr. Secret.
8 Ayroldo --; & referente Magnif. Com. Siccoborella die 25. Februarii 1672. juxta
Sadarin. *reſponſ.* 45. -- Egr. Secret. Gradignano.

Vigente contentione ratione continuationis inter Odeſcalcum Novocomenſem, &
ejus Sororem prætendentem continuari pro medietate ad medietatem paternæ hæreditatis, cum non adſit Comi Statutum excluſivum fœminarum, ſed ſervetur diſ-
poſitio *l. maximum vitium. C. de liberis præter.*, cenſuit Senatus die 16. Julii 1642.
9 in bonis Agri Comenſis rem omni difficultate carere favore Sororis; & cum plura
adeſſent credita in Ducatu, non quidem Redditus, aut Cenſus, declaravit eidem
pariter competere continuationem ad dicta credita in actione perſonali.

Continuatio danda eſt hæredi ſcripto, etiam ſi defunctus Teſtator poſſediſſet virtute
conventionis initæ cum Anteceſſoribus fideicommiſſariis, a quibus recognita fuerant bona fideicommiſſo vinculata, quo caſu dici poſſet conſtare de fideicom-
miſſo, & bonorum identitate. Ita referente Magnif. Senatore Picenardo poſtea Præ-
10 ſide Senatus, deciſum fuit die 4. Decembris 1624. favore Comitiſſæ Olimpiæ Pal-
laviciniæ hæredis ſcriptæ per Com. Georgium Triultium ejus Virum contra tunc
Principem, & poſtea Eminentiſſimum Cardinalem Theodorum Triultium.

Referente Magnif. Com. Trotto decrevit Senatus die 5. Septembris 1725. continuan-
dam

Digitized by Google

11 dam Magdalenam Bologninam Pizzottam in poſſeſſione bonorum relictorum in hæ-
reditate Joſeph Bolognini, & quoad bona fideicommiſſaria non eſſe locum continua-
tioni petitæ per Barbaram Berettam Bologninam, ſed continuandam dictam Magda-
lenam hæredem in poſſeſſione eorundem bonorum, quamvis ageretur de fideicom-
miſſo claro, & jam verbaliter per hæredem relaxato -- Egr. Secret. Stampa.

Fœminæ licet hæredes non continuantur in poſſeſſione bonorum feudalium, cum ipſis
obſtet litera Conſtitution. *tit. de Feudis* §. *ne beneficiorum memoria*. Ita judicavit
12 Senatus die 15. Julii 1550. favore Com. Franciſci Cavatii a Somalea contra Fra-
tres Variſios petentes continuationem poſſeſſionis bonorum olim Com. Oliverii Ca-
vatii a Somalea eorum Avi materni media perſona Baptiſtinæ eorum Matris filiæ,
& hæredis dicti Com. Oliverii.

Regulariter datur hæredi continuatio in poſſeſſione defuncti etiam quoad bona fidei-
commiſſaria, quæ patiantur aliquam exceptionem ſive reſpectu ſubſtantiæ, ſive perti-
13 nentiæ, ſive deductionum. Ita referente Magnif. Senatore Petracino decrevit Sena-
tus die 5. Septembris 1640. favore Jacobinæ Curinæ hæredis Michaelis Angeli Cam-
pi ejus Mariti contra J. C. Joannem Campum -- Egr. Secret. Com. Majoragio --;
14 item die 6. Septembris 1734. favore Don Laurentii Vartii Caſtellani hæredis Don
Antonii Mariæ Carcaſolæ contra Don Franciſcum Carcaſolam, referente Magnif.
Senatore Marchione de Colla.

Et etiam ſi bona fideicommiſſaria a Defuncto poſſeſſa fuerint pro indiviſo cum ipſo
Fideicommiſſario prætendente immitti in eorum poſſeſſionem; & etiam ſi hæres ſit
filiusfamilias, præſtita tamen fidejuſſione de reſtituendis fructibus in caſu ſuccum-
bentiæ in meritis. Ita referente Magnif. Marchione Erba decrevit Senatus die 23.
15 Junii 1735. favore J. C. Martignoni hæredis Donnæ Margaritæ Caſatæ contra Don-
nam Pacificam Caſatam Cabiatam ejus Amitam, quæ vigore tranſactionis initæ
cum dicta Donna Margarita ejus Nepte jam erat in poſſeſſione pro indiviſo me-
dietatis fideicommiſſi, cujus alterius medietatis poſſeſſionem prætendebat ob mor-
tem dictæ ejus Neptis improlis, & poſtea agitata cauſâ in meritis cum Hærede
Martignono, & Fratribus Cabiatis filiis dictæ Donnæ Pacificæ interim defunctæ,
16 ſtetit eorum favore ſententia Senatus diei 3. Julii 1743., in qua referente Magnif.
Stuppano ordinatum fuit dicta bona eſſe relaxanda præſtita per eoſdem de Cabiatis
oblata per eos fidejuſſione pro quocunque jure deductionum ſi, & prout juris -- Egr.
Secr. Confalonerio.

Quando vero fideicommiſſum eſt clarum, nullaſque patitur deductiones, & inconti-
nenti conſtat de purificatione caſus, & identitate bonorum, & ſimiliter quoad bo-
na feudalia notoriè non tranſitoria ad Hæredem ob ejus incapacitatem reſultantem
ex tenore feudalis Inveſtituræ; tunc praxis eſt Senatus judicandi favore Fideicom-
miſſarii contra Hæredem, decernendo illius favore continuationem poſſeſſionis. Ita
17 decrevit die 17. Februarii 1566. in materia feudali, & etiam fideicommiſſaria pro
Com. Hercule Rubeo contra Donnam Conſtantiam filiam & Hæredem Com. Phi-
lippi Dionyſii Borromei, & contra Joannem Ciccardum hæredem teſtamentarium
18 Com. Angeli Alberti Rubei --; die 12. Januarii 1575. favore Com. Jacobi Triul-
19 tii --; die 6. Februarii ejuſdem anni 1575. favore Com. Fabii Vicecomitis adverſus
20 Com. Ludovicum Vicecomitem hæredem Com. Annibalis --; anno 1684. in cauſa
21 Robutta --; anno 1691. favore Marchionis Herculis Vicecomitis contra Marchio-
nem Joannem Dominicum ejus Fratrem --; & demum referente Magnif. Senatore
22 Caſtillionæo die 15. Martii 1751. in cauſa vertente inter Marchioniſſam Donnam
Iſabellam Stampam Caſtillionæam, & Generalem Com. Don Carolum Stampam,
decernendo dictam Marchioniſſam continuandam in poſſeſſione hæreditatis, & bo-
norum Illuſtris Com. Don Uberti Stampæ ejus Fratris ab inteſtato defuncti pro
medietate una cum fructibus a die obitus ejuſdem, & pro altera medietate, ac
bonis primogenialibus, & feudalibus continuandum Illuſtrem Generalem Com.
Stampam.

Tria condiderat Teſtamenta Secretarius Carolus Proſerpius, in quorum primo
hæredem ſcripſerat Domum Profeſſam Sancti Fidelis hujus Urbis; in ſecundo Fran-
ciſcum, ac J. C. Federicum Patrem, & Filium de Proſerpiis; & in tertio de-
claraverat, quod valere deberet primum. Orta hinc inde contentione ſuper con-
23 tinuatione, referente Magnif. Marchione Erba, cenſuit Senatus die 6. Julii 1676.
manutenendam eſſe Domum Profeſſam Patrum Jeſuitarum in poſſeſſione hæredita-
tis dicti Secretarii, non obſtantibus deductis per dictos Franciſcum, & J. C. Fe-
dericum de Proſerpiis, nempe incapacitate, quæ objiciebatur Jeſuitis, & alia ex-
cep-

Digitized by Google

ceptione, quod inter poſſeſſionem captam per Patrem Procuratorem Corium, & ratificationem Patris Præpoſiti, ipſi met Proſerpii fuiſſent quoque continuati.

24 Non retardatur continuatio poſſeſſionis hæreditatis defuncti in hæredem ſub prætextu vel creditorum, vel melioramentorum. Ita referente Magnif. Senatore Menochio declaravit Senatus die 3. Junii 1671. in caſu Marthæ Albutiæ cum ejus Fratre -- Egr. Secret. Maddio.

25 Hæres ſcriptus continuatur in hæreditate, non obſtante quod Creditores Teſtatoris ſe opponant vigore clauſulæ *Conſtituti*, de qua tamen in Judiciis contra Teſtatorem uſi non ſint, ſed ſolum egerint virtute hypothecæ eis competentis. Ita decidit Senatus die 15. Julii 1678. pro menſa Epiſcopali Derthonæ contra Baſſettum -- Egr. Secret. Coſſa.

26 Contendente coram Senatu Capitaneo Julio Cignardo ſibi uti hæredi ab inteſtato Com. Hieronymi Figini Epiſcopi Aprutini decerni manutentionem in poſſeſſione illius hæreditatis adepta ex ordine Judicis ad ſignum Galli, & inſtante Julio Cæſare Ricciardello Ariminenſi poſt obtentam diſpenſationem §. *Collegiis*. *Tit. de pœnis*, ſibi uti hæredi ex teſtamento dicti Epiſcopi Figini deberi continuationem in poſſeſſione illius hæreditatis conſecuta ex ordine Judicis ad ſignum Equi non obſtantibus oppoſitionibus Capitanei Cignardi circa invaliditatem dicti Teſtamenti, & conceſſionis dictæ diſpenſationis, Senatus die 4. Februarii 1661. cenſuit Ricciardellum hæredem ſcriptum continuandum eſſe in poſſeſſione, ſalvis juribus partium in petitorio coram Senatu.

27 Diſpenſatio incapacitatis hæredis obtenta cum clauſula *ſalvo jure tertii*, non prodeſt pro obtinenda continuatione in poſſeſſione hæreditatis Defuncti, ſi ſuperveniat jam adita hæreditate, & capta poſſeſſione per hæredem capacem, quia per aditionem ita acquiritur jus adeunti, ut hæreditas adita fiat ejus patrimonium, & amplius hæreditas Defuncti non dicatur. Ita referente Magnif. Marchione Erba, cenſuit Senatus die 3. Auguſti 1682. favore Cæſaris, & Angelæ Mariæ Fratris, & Sororis de Qualtortis occaſione hæreditatis Antonii Alnerii.

28 Donatarius univerſalis manutenendus eſt in poſſeſſione in concurſu hæredis Donatoris in ſumma, ſive bonis reſervatis ad teſtandum. Ita referente Magnif. Senatore Marchione de Roſales, decidit Senatus die 24. Junii 1734. favore J. C. & C. C. Jacobi Antonii Beſutii contra Don Henricum Beſutium.

DE LEGITIMATIONIBUS.

NUllus Comes Palatinus virtute alicujus Privilegii (*a*) quomodocunque, & cum quacunque poteſtate, à nobis conceſſi, poſſit uti ea poteſtate in Dominio Mediolani ſine licentia Locumtenentis, aut Senatus noſtri in eo Dominio reſidentis, ſub pœna nullitatis actus, & aureorum quinquecentum Fiſco applicandorum. Notarioque de hoc documentum conficienti aureorum centum pœna erit. Et eo amplius nullus Magiſtratus ejuſcemodi legitimationis, vel diſpenſationis ullam rationem habeat.

Hæc tamen locum habebunt, niſi expreſſa voluntas patris, aut avi paterni, ipſius legitimandi interceſſerit. §. Nolumus tamen (*b*) quòd legitimati etiam cum conſenſu patris, vel avi, ſuccedant tranſverſalibus ab inteſtato, niſi illi, vel eorum tranſverſalium parentes, legitimationi conſenſerint.

AD TIT. DE LEGITIMATIONIBUS.

Decis. et Annot.

1 LEgitimationis probatio facta in uno Judicio probat etiam in alio, in quo agatur de eadem materia. Ita cenſuit Senatus die 22. Julii 1645. favore Blancæ Tadinæ Cantonæ.

Digitized by Google

Anno 1564. die 31. Maji Senatus confirmavit legitimationem filiorum Capitanei Ga-
2 brielis Sorbelloni factam extra Dominium, & a Comite Palatino non ſubdito.

Legitimatus vivente Patre cum clauſula, ut ei ſimul cum filiis legitimis poſſit ſucce-
dere, non poteſt plus conſequi ex bonis Parentum, quam unus ex legitimis, qui
omnium minimam partem obtinuerit. Ita referente Magnif. Senatore Vicecomite
3 decidit Senatus die 30. Aprilis 1597. in cauſa Blancæ Pinciæ, uti hæredis Magda-
lenæ de Curte filiæ legitimæ, & naturalis, vertente cum Dominico de Curte filio
legitimato Joannis Antonii communis Patris, decernendo, ut medietas hæreditatis
dicti Joannis Antonii relaxaretur Blancæ una cum fructibus a die mortis dicti Jo-
annis Antonii.

Agnatos ſuccedere Legitimatis decidit Magiſtratus Extraord. Reddit. die 14. Octobris
4 1638. favore Marchionis Olgiati pro hæreditate Adriani Olgiati Novocomenſis.

Legitimatæ fuerunt ampliſſimè a Comite Palatino Hieronymo Caſtillionæo Anna Mag-
dalena, & Alba Marina filiæ naturales Com. Antonii ex Cavatiis a Somalea, etiam
quoad ſucceſſionem univerſalem Patris decedentis ab inteſtato, abſque maſculis ta-
men tantum; limitata ſucceſſione ex Teſtamento ad eam partem, quam retento
concurſu eorundem Maſculorum, Pater illis relinquere voluiſſet, etiam ſi eſſet mi-
nor legitimâ; & quod nunquam nec legitimam in caſu præteritionis, nec legitimæ
ſupplementum in caſu relicti minoris legitimâ prætendere poſſent.

Condidit Pater teſtamentum, in quo dictas filias hæredes univerſales inſtituit: poſt-
modum mutata voluntate in alio teſtamento, cum quo deceſſit, hæredem univer-
ſalem ſcripſit Paulum Datum, relicto legato ambabus filiabus titulo particularis
inſtitutionis aureorum mille in cauſam dotis pro earum ſingula, jubens ut de eo
eſſent contentæ pro omni, & toto eo, quod de jure prætendere poſſent.

Mortuo Patre petierunt dictæ Sorores coram Senatu legitimam in bonis eorum Pa-
5 tris, & relata cauſa ſtetit ſententia diei 21. Junii 1694. deberi legitimam, ſeu
illius ſupplementum.

Legitima debetur filio legitimo ex legitimato. Ita referente Magnif. Com. Gam-
barana, decidit Senatus die 19. Julii 1709. in cauſa vertente inter Fratres Por-
6 ros, decernendo *in bonis Ludovici Senioris competere Ludovico Juniori filio legitimo
ex legitimato jus detrahendi integram legitimam*. Et legitimatio concepta erat cum
clauſula, quod potius corrueret actus legitimationis, quam quod filius legitimatus
poſſet prætendere aliquid plus, quam quod eidem fuiſſet relictum.

In cauſa vertente inter Comites jugales Calderarios, & Veſpaſianum Mediabarbam
filium naturalem Tribuni Militum Caroli Antonii, rurſus diſcuſſum fuit, num
filio naturali ad inſtantiam Patris legitimato cum clauſula, quod in ejus hæredi-
tate non poſſit plus conſequi, quam quod ei in teſtamento fuerit relictum, de-
beatur legitima in bonis Patris: Relata autem hac cauſa per Magnif. Marchio-
nem Regentem Olivatium, cenſuit Senatus die 3. Aprilis 1726. legitimationem
7 validam, non obſtantibus deductis; verum non deberi Veſpaſiano Mediabarbæ le-
gitimam in bonis paternis.

AD CONSTITUTIONEM.

(*a*) Ad §. *Nullus Comes* verb. *virtute alicujus Privilegii*.

Inſigne Collegium Juriſperitorum Mediolani habet facultatem legitimandi ex privi-
legio Invictiſſimi Imperatoris CAROLI V., quo uti poteſt ad normam Senatus
8 approbationis diei 10. Decembris 1534. confirmatæ in Ord. Senat. 10. Februarii
1662.

Privilegium Comitis Palatini conceſſum Ghiſalberto Novarienſi interinavit Senatus
die 3. Auguſti 1673. referente Magnif. Senatore de Puteo, cum conditione,
9 quod non nominaretur Comes, niſi obtineret titulum a S. R. M. juxta Ordines --
Egr. Secret. Maddio.

(*b*) Ad §. *Nolumus tamen quod legitimati*, &c.

Hæc clauſula repetita eſt in approbatione Privilegiorum Comitum Palatinorum fa-
10 cta a Senatu die 4. Martii 1662.

AD

Digitized by Google

DE FEUDIS.

IN quacunque donatione, ſive conceſſione feudali, facta, vel facienda, qualiſcunque ſit, & ſub quavis efficacia, & validitate verborum concepta, non intelligatur derogatum Conſtitutioni Majoris Magiſtratus (*a*), & intelligantur ſolùm fuiſſe conceſſa Datia, quæ propria ſunt locorum conceſſorum, & in ipſis locis exigi conſueta: non autem Datia Mercantiæ, Ferraritiæ, Tractæ Gualdorum, Taxarum equorum, Cenſus Salis, eſto quòd in jam factis conceſſionibus de his non fieret mentio, etiam quòd eſſent conceſſa regalia. §. Quæ omnia Datia ipſo jure ſint Principi, & Fiſco reſervata. Parique modo in eis locis exigantur prout ante conceſſionem exigebantur.

Ne beneficiorum memoria (*b*) intercidat, ſancitum fuit per Mediolanenſes Duces, ut infeudationes, aut conceſſiones qualeſcunque gratuitæ, etiam ob benemerita, qualiacunque ſint, per eos quomodocunque factæ, aut faciendæ de bonis immobilibus, juribus, vectigalibus, aut immunitatibus, quibuſvis clauſulis, aut derogationibus amplificatæ, & munitæ, quæ jus tranſmittendi ad fœminas, aut extraneos, vel de eis aliter diſponendi, contineant, tranſire non poſſint, niſi tantùm ad primi acquirentis deſcendentes per lineam maſculinam, maſculos legitimè natos, vel per ſubſequens matrimonium legitimatos, ita ut neque facto hominis, neque legis miniſterio, in alios quàm ut ſupra expreſſos, alienari, aut devenire poſſint. Et quicquid contra ipſam Conſtitutionem factum fuerit, nullum, & inane decernitur, prohibeturque ne ad alienantem alienata revertantur. Excipiunturque bona publicata, de quibus libera facultas diſponendi acquirentibus conceditur, niſi tamen interea quippiam ordinarii redditus fiſcalis ſit; id enim ad deſcendentes tantùm maſculos, ut ſuprà, tranſire permittitur. Noluerunt tamen ipſas Conſtitutiones vires extendere ad bona, jura, & ut ſuprà, quorum contractus, aut diſpoſitiones, virtute conceſſionis, aut licentiæ, à Principe obtentæ, per poſſeſſionis adeptionem effectum jam ſortitæ fuiſſent (*c*) ante diem promulgatarum Conſtitutionum, quæ fuit ſeptima Martii 1490.

Nos verò præmiſſam Sanctionem, non ſolum quo ad geſta per ipſos Duces confirmamus, verùm etiam ad infeudationes, & conceſſiones noſtras in Dominio Mediolani, Succeſſorumque noſtrorum extendimus.

Prohibitum eſt Feudatariis, & ſeparatam juriſdictionem habentibus, ne ab eorum hominibus, & ſubditis, quicquam exigant, nec quovis quæſito colore accipiant, ultra ea, quæ tempore eorum conceſſionis per Principem factæ exigebantur, ſub pœna amiſſionis Feudi, & cujuſcunque juris quoviſmodo quæſiti, Fiſco applicanda.

cta contemplatione certi matrimonii a Minore præcisè per Senatum diſpenſato ad
donandum Fratri.

Donatio facta Curatori, non redditis rationibus, & reciproca inter Donantem, &
Donatarium, reſcinditur ob ſupervenientiam filiorum. Ita decidit Senatus die 6.
12 Septembris 1662., referente Magnif. Senatore Bracherio in cauſa vertente inter
Com. Joannem Baptiſtam, & Com. Carolum Franciſcum Fratres Durinos; & die
13 17. Julii 1750., referente Illuſtri Regente Marchione Erba, in caſu donationis fa-
ctæ per Don Franciſcum Calderariam Com. Julio ejus Fratri, & Curatori non ad-
huc redditis rationibus adminiſtrationis; & agebatur de donatione facta contempla-
tione certi matrimonii, cum renunciatione *l. ſi unquam. C. de revoc. donat.*, ac de
Minore ex domeſtica ſignatura diſpenſato tantum quoad ætatem -- Patrocinante Do-
natorem Egr. D. Carolo Tonſio Advocato celeberrimo.

Donatio jam reſoluta per ſupervenientiam prolis non reviviſcit per præmorientiam
ejuſdem prolis, & reſoluta remanet quoad omnes in ea vocatos, ac ſi ipſa facta
non fuiſſet. Ita referente Magnif. Senatore Olevano, decidit Senatus die 24. Julii
14 1693. favore Georgii Luini Donatoris contra Joannem Baptiſtam, & alios Con-
ſortes de Bertarellis Donatarios -- Egr. Secret. Maddio.

Reſoluta donatione ob ſupervenientiam filiorum, reſolvuntur hypothecæ per Donata-
rium medio tempore contractæ, etiam ſi agatur de hypotheca contracta pro reſtitu-
tione dotis Uxoris Donatarii permiſſa expreſsè ab ipſo Donatore, quia donatio per
15 ſupervenientiam filiorum revocatur ex tunc, non vero ex nunc, & reducitur ad
eum Statum, ac ſi retro facta non fuiſſet. Ita judicavit Senatus die 23. Martii
1676. in cauſa Sfortia, & Triultia.

In

Digitized by Google

In donatione facta omnium bonorum præſentium, & futurorum nihilo penitus excep-
to, ſalvo uſufructu favore Donantis ejus vita naturali durante, veniunt acquiſitio-
nes factæ ab ipſo Donatore poſt donationem, & ſtandum non eſt ipſius aſſertioni
etiam juratæ, quod dictæ acquiſitiones ſint factæ ex fructibus a reſervato uſufructu
perceptis, maximè accedente inveroſimilitudine. Ita cenſuit Senatus die 24. Maji
16 1734. in cauſa Beſutia, non obſtantibus judicio præventivo promoto ab ipſo Do-
natore, ac juratis declarationibus ab ipſo vivente factis, & repetitis in ejus Teſta-
mento, & Codicillis.

Donatio facta a filiofamilias causâ mortis ejus Fratribus conſanguineis cum conſenſu,
& parabola Patris, ſed ſine diſpenſatione Senatus, fuit ab eodem admiſſa, & ap-
17 probata die 30. Julii 1683., referente Magnif. Senatore Com. Pacecho in cauſa
vertente inter Mariam Perinam, & illius Patrueles filios J. C. Perini.

Augmentum dotis, quod fieri ſolet a Maritis, non ſubjacet ſolemnitatibus hujus Con-
18 ſtitutionis, & Statutorum Mediolani, nec alicui inſinuationi, juxta ſtylatum Col-
legii Cauſidicorum, & Notariorum Mediolani lib. 5. fol. 70., & lib. 10. fol. 3.

AD CONSTITUTIONEM.

(a) Ad §. *Hac Conſtitutione* verſic. *jurejurando in actu earum affirmaverint &c.*

Dubitatum valdè fuit de validitate cujuſdam ceſſionis titulo donationis factæ a Cæ-
ſare Maletta, ob defectum ſolemnitatis, ſive juramenti præſcripti a Statuto *cap.*
446. vol. 1., ſervato tantum juramento ab hac Conſtitutione ordinato: Re autem
ad Senatum delata, ad quem ſpectat interpretari Conſtitutiones, & Statuta, decla-
19 ratum fuit in donationibus eſſe ſervandam formam utriuſque juramenti præſcripti
a dicto Statuto, & ab hac Conſtitutione, ut in Ord. Senatus diei 3. Septembris
1583.

Conſultus autem Senatus expoſt ſuper eodem dubio a Magiſtratu Extraord. Reddit.
occaſione controverſiæ vertentis inter Reg. Fiſcum, & Nob. Alphunſum Vicecomi-
tem Donatarium omnium bonorum Petri Franciſci ejus Patris, ob apprehenſionem
nonnullorum dictorum bonorum pro condemnatione ſcutorum duorum mille ſecuta
contra dictum ejus Patrem, opponente Fiſco nullitatem donationis dictorum bono-
rum, quia ſervatum fuiſſet tantummodo juramentum ex forma hujus Conſtitutio-
nis, omiſſo altero ex diſpoſitione Statuti 446. *vol.* 1.; reſpondit ſufficere jura-
mentum præſcriptum ab hac Conſtitutione, ideoque dictam donationem eſſe va-
20 lidam, ut in Ord. Senat. 11. Octobris 1585., ibique *in meis annotat. n.* 3. *&* 4.
traditur quomodo uterque Ordo conciliari poſſit.

Donatio causâ matrimonii ſubſiſtit, ſi in ſubſtantia adſit juramentum, licet deſint
aliqua præciſa verba juramenti ad normam hujus Conſtitutionis. Ita referente
21 Magnif. Senatore Stampa, decidit Senatus die 3. Auguſti 1667. in cauſa vertente
inter Cabiatum, & Civalerium -- Egr. Secret. Belcredio.

Donationem factam a Patre Filio ſine juramento ab hac Conſtitutione præſcripto,
& acceptatam a Filio cum obligatione ſolvendi debita contracta a Patre, ſuſti-
22 nendam cenſuit Senatus die 25. Auguſti 1679., referente Magnif. Senatore Meno-
chio, quia nullitas donationis ex defectu juramenti reſpicit tantum intereſſe ter-
tii, non autem Donatoris, & Donatarii -- Egr. Secret. Tatto.

Nullam habendam eſſe rationem verborum præpoſterationis ſecutæ in forma hujus ju-
23 ramenti decrevit Senatus die 16. Aprilis 1625. in cauſa vertente inter Jo. Bapti-
ſtam Specianum, & Conſortes Bonettos.

(b) Ad §. *Et quia plerumque &c.*

Hæc diſpoſitio habet locum etiam in Patribus acceptantibus donationes pro eorum
24 filiis Infantibus, quia in ipſis fraus adeſſe non poteſt, ſicut nec in Locis Piis.
Ita declaravit Senatus die 3. Martii 1562. in cauſa Thimothei Mediabarbæ Papienſis.

(c) Ad §. *Hæ donationes* verb. *publicari debent.*

Hæc publicatio fieri debet in loco bonorum, non vero in loco celebratæ donationis;
hinc facta donatione in Civitate Romæ a Canonico Ferrario Cremonenſi de bonis
in hoc Dominio ſitis, non facta publicatione ad normam hujus Conſtitutionis,
25 referente Magnif. Com. Loayſa, Senatus die 29. Novembris 1668. denegavit

diſpenſationem, & decrevit audiendos intereſſe habentes -- Egr. Secret. Annono.

Pro validitate donationis requiritur etiam ejuſdem inſinuatio; ſuſtinetur tamen etiam
ſine inſinuatione, ſi donatio facta ſit Patri a Filio de ejus bonis adventitiis cum re-
nunciationibus ampliſſimis, & juratis cujuſcunque nullitatis, & attento juramento
appoſito. Ita referente Spectabili Quæſtore poſtea Senatore Com. Siccoborella, cen-
26 ſuit Magiſtratus Extraord. Reddit. die 1. Aprilis 1648. contra Reg. Fiſcum favore
Barbaræ Milaneſiæ Feruffinæ ſubſtitutæ in teſtamento Equitis Tiburtii Milaneſii A-
lexandrini ejus Fratris, & Donatarii bonorum adventitiorum Equitis Antonii Fran-
ciſci ejus filii, capitaliter condemnati cum confiſcatione bonorum ob Uxoricidium.

(*d*) Ad verſic. *intra menſem poſtquam facta erunt*.

Occaſione donationis factæ per Rev. Creſcentinum Auguſtino ejus Fratri, dubitatum
fuit an menſis computandus ſit a die factæ donationis, an vero a die acceptationis;
nam pro prima parte faciunt verba Conſtitutionis *poſtquam facta erunt*; pro ſe-
cunda vero urget, quod hæ donationes non tenent, niſi tam Donans, quam Dona-
tarius jurent ad formam præſcriptam, & quia poſſunt etiam fieri abſentibus, qui
jurent, cum ad eorum devenerint notitiam; & cum acceptaverint, nullo temporis
27 termino præfixo. Referente Magnif. Senatore Gallarato, Senatus die 9. Auguſti
1617. in eam inclinavit ſententiam, quod menſis incipere debeat a die acceptatio-
nis, licet ex abundanti addiderit clauſulam *citra præjudicium eorum, quibus medio
tempore eſſet jus quæſitum, ſi quod &c.*

Donationem eſſe nullam, & irritam non facta publicatione intra menſem, & hunc
28 terminum non prorogari, ubi lapſus ſit, referente Magnif. Com. Archinto, decla-
ravit Senatus die 15. Februarii 1663. in caſu Comitiſſæ Vicecomitis Borromeæ
Romæ -- Egr. Secret. Belcredio.

(*e*) Ad verba *in una hebdomada*.

Intelligi debere de hebdomada naturali, incipiente die Dominico, cenſuit Magiſtra-
29 tus Extraord. Reddit. die 5. Septembris 1637. in cauſa donationis factæ per Car-
panum Laudenſem Mariſcaldæ ejus Uxori.

DE EMPTIONE, ET VENDITIONE.

QUilibet Dominio Mediolani ſubditus acquirere poteſt in quibuſcunque locis hujus Dominii, & ipſorum locorum Territoriis, etiam quòd non ſit ſuppoſitus juriſdictioni eorum locorum, in quibus bona acquiruntur, non obſtantibus diſpoſitionibus jurium municipalium earum Civitatum, & locorum, bonis tamen ipſis tranſeuntibus cum onere ſuo, & ſine fori declinatione.

Innotuit, plures alienationes factas fuiſſe bonorum, quæ quandoque etiam in emphyteuſim conceſſa fuerunt, nulla facta expreſſione loci, ſeu quotæ (*a*), ſed ſolùm expreſſa aliqua parte ex proprietate majoris quantitatis, undè in dubium refricabatur, an ex hujuſcemodi contractu dominium, & poſſeſſio tranſlata eſſent. Ideò ad id tollendum ſancitum eſt, quòd propter allegatam incertitudinem loci, & quotæ, allegari non poſſit, dominium, & poſſeſſionem non eſſe tranſlatam, & id in præteritis, & in futuris contractibus ſervari debere.

AD TIT. DE EMPTIONE, ET VENDITIONE.

ANNOT.

NOtarii in Inſtrumentis Venditionum tenentur deſcribere bona per ſitum, & co-
1 hærentias ipſo actu Inſtrumenti ſub pœnis contentis in Ord. Senat. 26. Martii
1545., & 20. Junii 1690.

DE

DE JURE EMPHYTEOTICO.

EMphyteota alium emphyteotam invito Domino facere non poteſt. §. Nec etiam eo irrequiſito (*a*), rem emphyteoticam alienet, & ubi poſſeſſionem actualem (*b*), ſeu tenutam tradat, non excuſetur à caducitate (*c*), etiam quòd in contractu appoſitæ ſint clauſulæ reſolutivæ contractus, ſub quacunque forma verborum conceptæ ſint.

AD TIT. DE JURE EMPHYTEOTICO.

DECIS. ET ANNOT.

IN Mediolanenſi Dominio Illegitimi, aut Legitimati ſuccedunt ſecundum juris com-
1 munis diſpoſitionem in Emphyteuſibus Eccleſiaſticis conceſſis ante Bullam S. Pii
V. diei 27. Januarii 1571. ex conventis in *cap.* 3. Concordiæ Juriſdictionalis 2.
Junii 1615. *impreſ. inter Ord. Senat. pag.* 212.

Emphyteotæ quomodo fieri debeat remiſſio canonis ob calamitates, declaravit Sena-
2 tus in ejus Ord. 9. Julii 1529. in perpetuum ſervando, ut cavetur in Ord. 6. Junii
3 1531.; & Emphyteotæ obligati ſolvere canonem in fructibus, quid ſervare debeant, habetur in Ord. Senat. 9. Januarii 1555.

Remiſſionem canonis fieri debere Emphyteotæ ſolventi canonem correſpondentem fru-
4 ctibus, ſi ob incurſus militares frui non potuit bonis, etiam ſi ſe obligaverit ad illius ſolutionem tempore belli, peſtis, & grandinum, deciſiſſe Senatum, notat Carena *reſolut.* 106. *n.* 7.

Pro bonis in Emphyteuſim conceſſis Dominus directus tenetur ſolvere onera pro tot
perticis terræ, quot veroſimiliter ſufficiant ad producendum canonem; pro reliquis
5 vero tenetur Dominus utilis Dominii. Ord. Magiſtrat. Ordinar. Reddit. 16. Maji
1594., & 11. Junii 1603. penes Oppizzon. *de Onerib. pag.* 578. *n.* 80. & 81. *part.* 2.

In cauſis Emphyteotarum non conceduntur diſpenſationes adverſus caducitatem ob
6 non ſolutionem canonum, niſi negotio in Senatu relato. Ord. Senat. 11. Auguſti
1616. §. *In cauſis*.

AD CONSTITUTIONEM.

(*a*) Ad §. *Nec etiam eo irrequiſito &c.*

Ut ſit locus caducitati ob alienationem ſine conſenſu Domini directi, requiritur etiam,
quod Emptor ſit in actuali poſſeſſione, ſeu tenuta. Ita referente Magnif. Senatore
7 Albritio, cenſuit Senatus die 21. Auguſti 1598. in cauſa vertente inter Liviam
Mariam Mugiaſcam, quæ egerat de caducitate, & Franciſcum Perlaſcam.

In ceſſione, quæ fit de juribus competentibus ad aliqua bona emphyteotica, non ſo-
8 let Mediolani requiri conſenſus Domini directi, juxta ſtylatum Collegii Cauſidicorum, & Notariorum *lib.* 8. *fol.* 199.

(*b*) Ad verſic. *Et ubi poſſeſſionem actualem &c.*

Facto pacto de emendo, & vendendo inter Malgotium, & Anguiſſolam, & tradita
9 poſſeſſione, declaravit Senatus die 16. Decembris 1648. eſſe incurſam caducitatem
favore Eminentiſſimi Cardinalis Montalti Domini directi -- Egr. Secret. Creſcentino; & ubi agatur de bonis Eccleſiaſticis antiquis, tunc bona reverti debent ad Dominum directum libera ab oneribus reſpicientibus partem dominicalem tantum.

Ita ſuper conſultatione Magiſtrat. Ordinar. Reddit., referente Magnif. Senatore de
10 Oca, declaravit Senatus die 19. Auguſti 1652. favore ejuſdem Cardinalis Montalti
Commendatarii Abbatiæ S. Lanfranchi contra Civitatem Papiæ -- Egr. Secret. Ivagnez.

(*c*) Ad verſic. *Non excuſetur a caducitate.*

Caducitatem ob non ſolutum canonem reſtauravit Senatus die 18. Maji 1663. re-
11 ferente Magnif. Senatore de Puteo poſt alios caſus, in eo Bertorelli e loco Mombelli ultra Padum -- Egr. Secret. Sadarino.

Purgatio moræ non ſoluti canonis a Senatu pro prima vice admitti ſolet cum condi-

Digitized by Google

tione ſolvendi canones decurſos, & legitimas expenſas, etiam ſi agatur de Emphy-
teuſi Eccleſiaſtica, & ſententia ſuper caducitate lata ſit a Judice Eccleſiaſtico, po-
tiſſimum ſi agatur de non recognito. Ita referente Magnif. Senatore Florentia,
12 cenſuit Senatus die 27. Februarii 1669. in cauſa vertente inter Seſſas, & RR.
Monacos S. Ambroſii hujus Urbis — Egr. Secret. Sadarino.

Caducatis a Ven. Conſortio Miſericordiæ hujus Urbis Directario Marianna de Rhau-
de Botta, Thereſia de Rhaude Clavenna, & Catharina de Rhaude Boſſia Sorori-
bus ab Emphyteuſi pactionata, & antiqua nonnullorum bonorum ſitorum in Terri-
torio Sulbiati Plebis Olgiati Olonæ, ob omiſſam ſolutionem canonis, & admiſſis a
Senatu ad purgandam moram, eaque intra præſcriptum terminum non purgata, fuit
de eadem Emphyteuſi pro eodem canone reinveſtita ſolum dicta Catharina; extincta
vero expoſt linea Thereſiæ, & mortua poſt decennium circiter dicta Marianna, J. C.
Joannes Antonius Botta ejus Filius judicium inſtituit coram Egr. Judice ad ſignum
Equi J. C. C. Don Julio Ottolino adverſus dictam Catharinam ejus Materteram
pro vindicanda medietate dictæ Emphyteuſis, allegando culpam ejus Matris in omit-
tendo ſolutionem canonis prejudicare non debere ſibi in Emphiteuſi pactionata, &
antiqua, vocato ex perſona propria, & independenter ab ejus Matre, & favora-
bilem obtinuit ſententiam, a qua appellavit dicta Catharina, & poſtea eadem causâ
ad Senatum delata per viam recurſus, referente Magnif. Senatore Biſcoſſia, pro-
13 diit ſub die 5. Septembris 1750. ſententia abſolutoria Fratrum de Boſſis Filiorum
dictæ Catharinæ interim defunctæ a petitis per J. C. Joannem Bottam.

DE ULTIMIS VOLUNTATIBUS, ET CERTIS CONTRACTIBUS REGISTRANDIS.

Notarii tenentur Inſtrumenta dotalia, & proteſtationum rerum paraphernalium, à die eorum confeſſionis, intra menſem regiſtrari facere, Mediolani, ad Officium Panigarolarum, & in aliis Civitatibus ad Archiva publica, vel loca ſolita, ſuper uno libro ibi tenendo expenſis cujuslibet Civitatis, hoc modo, ſcilicet ponendo contractus nomen, & diem, ac partium nomina, & cognomina, ipſiuſque Notarii nomen, & cognomen, & hoc ſub pœna aureorum quinquaginta ipſi Notario qualibet vice auferenda, pro tertia parte Communitati illius Civitatis, pro tertia Collegio Notariorum, reſidua accuſatori applicanda, & alia graviori pœna, arbitrio Principis, vel Senatus. §. Idem facere habent de donationibus. §. Et item de omnibus contractibus, vel quaſi, ubi adſit prohibitio alienationis bonorum. §. Et etiam de teſtamentis, & qualibet alia ultima voluntate, ſivè in eis contineatur prohibitio alienationis, ſivè non, etiam vivente Teſtatore (*a*), ſi tamen Teſtator voluerit, ſin minus intrà menſem poſt ejus mortem, ſi tunc Notarius vivet, & de morte Teſtatoris notitiam habuerit; ſi verò defunctus fuerit, vel antè mortem Teſtatoris, vel intra tempus regiſtrationis faciendæ, teneatur Notarius habens auctoritatem ea Inſtrumenta explendi poſt habitam auctoritatem, id à die ſcientiæ intrà quatuor menſes facere, ſub eadem pœna. §. Regiſtrationes autem hoc modo faciendæ ſunt, ubi Teſtamentum, vel alia ultima voluntas, fideicommiſſum, vel prohibitionem alienationis non contineat: Talis condidit Teſtamentum, annum, menſem, & diem confeſſionis exprimendo, ac ipſius Notarii nomen, & cognomen,

ac

ac habitationem: ſi verò fideicommiſſum, vel ſubſtitutionem, aut prohibitionem alienationis contineat, etiam de eis mentionem facere teneantur. §. Quod ſi prædicta per Notarios obſervata non fuerint, non propter hoc contra ea inſtrumenta de nullitate opponi poſſit, ſed contra eos Notarios ad pœnam procedendum eſt. §. Et non ſolùm in futurum Notarii hæc ſervare habent, ſed etiam reſpectu dictorum Inſtrumentorum, quæ confecta ſub anno 1530. citrà, intra tamen ſex menſes proximè futuros. §. Sub eademque pœna Notarii tenentur contractus emphyteoticos intra decem dies à die eorum confectionis, & reſpectu jam factorum ab anno 1530. citrà, intra ſex menſes modo præmiſſo regiſtrari facere, eoque caſu ſufficiat ſi nomen emphyteotæ cum loco, & ſummam bonorum emphyteoticorum, & canonis præſtandi expreſſerint. §. Hæque regiſtrationes gratis fiant, ſub pœna amiſſionis officii, & alia graviori pœna, arbitrio Principis, vel Senatus.

AD TIT. DE ULTIMIS VOLUNTATIBUS, ET CERTIS CONTRACTIBUS REGISTRANDIS.

DECIS. ET ANNOT.

1 Mediolani regiſtrari debent etiam Inſtrumenta Tutelæ & Curæ, & hujuſmodi regiſtratio fieri debet de verbo ad verbum ex Ordine Collegii Cauſidicorum, & Notariorum Mediolani.

AD CONSTITUTIONEM.

(a) Ad verba *etiam vivente Teſtatore*.

2 Vivente Teſtatore edi non debent Teſtamenta, & aliæ ultimæ voluntates alteri perſonæ, quam ipſi ſoli Teſtatori, juxta ſtylatum Collegii Cauſidicorum, & Notariorum Mediolani 9. Aprilis 1636.

3 Si vero in aliquo Teſtamento appoſita ſit proteſtatio, & chyrographus dotalis, Notarius rogatus de tali Teſtamento poteſt devenire ad expletionem illius proteſtationis, & chyrographi vivente adhuc ipſo Teſtatore juxta Ordinationem Congregationis Seniorum Collegii Cauſidicorum, & Notariorum Mediolani 12. Auguſti 1622., 5. & 15. Septembris 1623.

DE TRANSUMPTIS FACIENDIS.

INſtrumentorum, aliarumque ſcripturarum publicarum tranſumpta fieri poſſunt coram quocunque Judice competente illius, qui tranſumptum fieri petit; modò tamen in eo conficiendo interſint etiam Abbates, vel Conſules Collegii Notariorum illius Civitatis, vel duo ejus Collegii Antiani, & etiam ex eo duo alii Notarii. Et eo amplius Judex tranſumptum ſubſignet, & ipſi quatuor Notarii ei ſe ſubſcribant, annum, menſem, & diem in ea ſubſcriptione exprimendo, quibus peractis fides adhibenda eſt ei tranſumpto, ſicut originali. §. Fierique poteſt tranſumptum ſine aliqua citatione, & habeatur pro ſolemniter facto, nec contra illud opponi poſſit, niſi

Digitized by Google

niſi contrarium appareat per inſpectionem imbreviaturæ ipſius inſtrumenti, vel publicæ ſcripturæ, de qua tranſumptum factum foret. §. Amplius ſancitum eſt, etiam de tranſumpto modis præmiſſis facto, aliud tranſumptum fieri poſſe, & valere. §. Et etiam de inſtrumentis ex auctoritate expletis, modò tamen de imbreviatura inſtrumenti conſtet, & ſerventur ſolemnitates, quæ ſupra.

AD TIT. DE TRANSUMPTIS FACIENDIS.

ANNOT.

Ut valida ſint Tranſumpta, quænam forma in illis faciendis ſervanda ſit, præſcri-
1 bitur in Ord. Senat. 13. Septembris 1679.

LIBRI TERTII CONSTITUTIONUM FINIS.

LIBER

Digitized by Google

LIBER QUARTUS CONSTITUTIONUM.

DE ACCUSATIONIBUS, ET DENUNTIATIONIBUS.

RAtione, & uſu, compertum eſt, nil eſſe, per quod Populorum quieti magis conſulatur, quàm ſi Provinciæ malis hominibus purgentur. Quod ut faciliùs per Juſdicentes fieri poſſit, & ne ob occultationem, vel ignorantiam delictorum, delicta ipſa impunita remaneant, ſancitum eſt, unamquamque Villam, vel Terram, unum, vel plures Conſules eligere debere, & unamquamque Parochiam, Antianum, vel Antianos in principio cujuslibet anni, ſub pœna aureorum quinque Fiſco applicanda. §. Qui Antiani, & Conſules (*a*), etiam pro delictis commiſſis in Capſinis ſeparatis, quæ alium Conſulem non habeant, (quas eo caſu ad ipſius Conſulis ſalarii ſolutionem teneri volumus pro earum portione) teneantur denuntiare (*b*), & in ſcriptis dare Juſdicenti ſub cujus juriſdictione fuerint, omnes violentias, robarias, invaſiones, agrorum depopulationes, aſſaſſinamenta, homicidia, raptus Virginum, & mulierum, incendia, vulnera cum ſanguine, inſultus cum armis, fuſtibus, vel lapididus, percuſſiones, etiam ſine ſanguine, quæ fierent, committerenturve, à Solis ortu, uſque ad occaſum: & hoc ſaltem in ſequenti die (*c*) criminis, vel exceſſus commiſſi, ſi crimen, vel exceſſus commiſſa fuerint in loco, ubi reſidet Judex; ſi verò in aliis locis, intra tres dies, à die criminis, vel exceſſus numerandos. §. Et etiam id facere teneantur in prædictis, quæ noctis tempore commiſſa erunt (*d*), intra tamen decem dies, à die commiſſi criminis numerandos. §. Hæc omnia deferre habeant, expreſſa qualitate hujuſcemodi maleficiorum, delictorum, vel cri-

minum,

minum, ac tempore commiſſi delicti (*e*), locoque ejus debitè terminato, cum nominibus, & cognominibus eorum (*f*), qui delicta commiſiſſent, vel committi feciſſent. Et eo ampliùs in ea delatione inſerant nomina, & cognomina teſtium, qui ipſis delictis interfuerunt, aut de eis erunt quomodolibet informati, & hæc omnia ſervare tenentur Conſules, & Antiani præmiſſi, ſivè pro hujuſcemodi delictis ſit imponenda pœna corporis afflictiva, aut confiſcationis bonorum, ſivè pecuniaria, & ſeparatim, aut conjunctim, & ſivè hæ pœnæ Fiſco Principis, ſivè Communitati loci, vel alteri perſonæ, in totum, vel pro parte applicentur ſub pœna aureorum decem (*g*), in caſibus, in quibus pœna corpus afficiens, vel confiſcatio bonorum imponenda ſit: in reliquis dimidiæ. Et nihilominus intra ſimiles terminos ea delicta denuntiare teneantur, ſub conſimili pœna, ultra alias pœnas à Statutis locorum irrogatas, quas, ſi Conſules, & Antiani, inhabiles ad ſolvendum fuerint, teneantur Communia (*h*), & incolæ locorum, ac vicini, pro eis. §. Contra eos procedant Juſdicentes, etiam ad eſactionem pœnarum, qui ſi in præmiſſis negligentes fuerint, ſciant, ex ære ſuo proprio ſe Fiſco damnum reſarcituros.

Delatis criminibus, vel modo præmiſſo, aut per accuſationem, vel querelam (*i*) teneantur Juſdicentes ſuper eis proceſſum debitum, inchoare, proſequi, & finire, ſecundùm formam, tempus, & inſtantiam, à Statutis Civitatum, & Locorum, in quibus juriſdictionem exercent, limitatam, & ſub pœna in eis contenta; vel ubi non ſit impoſita, retentionis ſalarii trium menſium, & plurium, arbitrio Principis, vel Senatus, quoties contrafactum fuerit. §. Ubi verò à Statutis certa forma data non ſit, teneantur Juſdicentes ſub eadem pœna, intra dies quindecim proceſſum inchoare, eumque intra alios ſexaginta dies (*l*) continuos, non computatis tamen feriatis in honorem Dei, terminare, & finire. §. Quæ ſi facere omiſerint, puniri poſſint, etiam non expectato ſyndicatu.

Eo amplius Juſdicentes illud ſervare habent, ut in hujuſcemodi proceſſibus faciendis, ad omnia, & ſingula acta præjudicialia, etiam ante inquiſitionem formandam (*m*), uſque ad ſententiam diffinitivam incluſivè, citari faciant injuriam paſſum, aut ejus hæredes, vel ſucceſſores, perſonaliter, vel ad eorum ſolitam habitationem, ſi in Civitate vel Diſtrictu, habitare ſoliti ſint, & ubi ſolent ex forma Statutorum citari, nec non etiam Procuratorem Fiſcalem, perſonaliter, vel ad Domum habitationis ſolitæ, ubi adſit, idque ſervetur, ſive procedatur ad denuntiam, querelam, vel accuſationem, aut inquiſitionem, etiam ex mero officio, ad hoc, ut Procuratores Fiſcales, & offenſi, vel eorum hæredes, ut ſupra, aſſiſtant in probationibus faciendis, & informationibus dandis.

Si quis quempiam calumnioſè detulerit (*n*), vel accuſaverit, aut notificaverit, condemnetur in expenſis in duplum parti reſarciendis eâdem ſententiâ, qua Reus abſolvetur, ultra pœnas à jure inflictas.

Rei carceribus mancipari non poſſint (*o*), pro aliqua imputatione, niſi ex ea ingeratur pœna corporis afflictiva. §. Pari modo non

fiant

Digitized by Google

fiant (*p*) deſcriptiones bonorum, niſi pro delictis, pro quibus veniant confiſcanda bona.

Mortuorum damnari memoriam (*q*), bonave eorum publicari non poſſint, prætextu alicujus delicti, niſi in caſibus à jure communi permiſſis.

Ex cauſa juramenti (*r*) in Judicio delati, ſive in contractibus quibuſcunque factis, vel cum Cridis factis nomine privatorum, quis contradicat, in caſibus, in quibus poteſt procedi de juramento falſo, juramentum non poſſit dici falſum, ſeu non verum, nec aliter contra eum, qui juravit, quovis modo procedi, nec puniri poſſit civiliter, nec criminaliter, nec ex officio, niſi dicatur infra menſem unum continuum à die juramenti præſtiti.

Si in eadem juriſdictione (*s*) duo, vel plures Judices, concurrant, contingatque pro eodemmet delicto per utrumque Judicem procedi, ille, qui ex ipſis prior proceſſum inchoaverit, ipſum proſequatur, & finiat, alterique interdictum ſit ea de cauſa procedere. Quòd ſi ſuper præmiſſis dubium oriatur, ad invicem Acta conferant, ut ex eis cognoſci poſſit, quis prior proceſſerit; & intelligatur prior proceſſiſſe, qui primus inquiſitionem tranſmiſerit (*t*); quod ſi eadem die concurrant tranſmiſſio, & captura Rei, prævaleat procedendo Judex capturæ (*u*). Volumus tamen, quòd in præmiſſis caſibus præferatur ille Judex, qui de graviori delicto inquirat.

In cauſis criminalibus conſilium Sapientis non detur, quibuſcunque Statutis Civitatum, & Terrarum non attentis.

Judices in cauſis capitalibus, & gravibus, in quibus pœna corporalis eſt imponenda, ipſimet examinent Teſtes (*x*), & Notarii juſſu eorum Judicum præſentium, & dictantium, eorum Teſtium atteſtationes in ſcriptis redigant (*z*), ſub pœna Notario decem aureorum pro qualibet vice, & alia graviori, arbitrio Principis, vel Senatus. Hoc tamen non pertinet ad Teſtes (*aa*) aſſumendos ad informationem Curiæ ante formandam inquiſitionem. §. Omnes tamen hi Teſtes (*bb*) plenè, & perfectè examinandi ſunt, etiam ſuper generalibus, & eorum dicta integrè deſcribenda, ad hoc, ut ſciri poſſit, quanta fides ſit eis adhibenda.

Omnibus Juſdicentibus interdictum eſt procedere per præcepta pœnalia (*cc*) contra imputatos de maleficio, expreſsâ, vel non expreſsâ cauſâ, inconſulto Senatu; ſed procedere habent ſervatis ſervandis. §. Nec etiam admittere poſſunt delationes criminum, niſi is, qui deferat, nomen, & cognomen exprimat (*dd*); nec ſuper eis alio modo procedi poſſit; & ſi procedatur, proceſſus ſit nullius valoris, & momenti, Judexque puniatur arbitrio Principis, vel Senatus.

Omnes Juſdicentes teneantur in fine cujuslibet menſis (*ee*), Quæſtoribus Extraordinariis omnia nomina, & cognomina Reorum delatorum tranſmittere, ubi de intereſſe Fiſci agi poſſit; exprimantque qualitatem delictorum, & qui proceſſus expediti fuerint, expedientique ſint, ſub pœna amiſſionis ſalarii trium menſium, quoties, id non obſervaverint, Fiſco applicandâ. §. Finitoque officio, à loco

Digitized by Google

officii non diſcedent, niſi priùs præſentibus Advocato, & Syndico Fiſcalibus, & Syndicis, vel Rationatoribus Civitatum, ſi intereſſe voluerint, & curaverint, quòd omnia Acta, & proceſſus, ac reſcripta remaneant (*ff*) penès Notarium officii, ſi in officio perſeverent; ſin minus omnia præmiſſa per inventarium conſignentur (*gg*) Notario ſucceſſori, qui de eis bonam rationem teneat, & anteceſſori ſuo, pro his, de debitis emolumentis, reſpondat.

Et quia quandoque ad falſas relationes ſervitorum, & executorum, pro prohibitis executionibus, vel ablatis pignoribus, contra inſontes ad inquiſitionem, & quod pejus eſt, ad condemnationem, Juſdicentes procedunt; ideo ſancitum eſt, eos à præmiſſis abſtinere debere, niſi hi ſervitores, & executores ab Officialibus legitimas licentias pignorandi in ſcriptis habeant, & hujuſcemodi prohibitiones, vel pignorum ablationes factæ fuerint in præſentia Conſulis Loci (*bb*), vel Antiani Parochiæ (*ii*), ubi eorum copia haberi poterit, ſin minùs, in duorum Teſtium juratorum præſentiâ, ubi hæc in Civitate, Caſtro, Burgo, vel Villa mœnibus circumdata, acta ſint. §. In Villa mœnibus non circumdata, vel Loco, aut Capſina, quæ Conſulem non habeat, ſufficiat unius Teſtis jurati præſentia, ultrà ſervitorem, & famulum. §. Proceſſus alio modo quàm præmiſſo facti, non valeant, Judiceſque contrafacientes incidant in pœnam aureorum decem pro quolibet, & qualibet vice, Fiſco applicandam, & aliam graviorem, arbitrio Principis, vel Senatus. §. Conſules, & Antiani requiſiti à ſervitore, adeſſe teneantur, ſub pœna aureorum trium, quoties contrafecerint.

In caſibus, in quibus condemnatio pecuniaria facienda eſt, ubi adſit pax, vel remiſſio (*ll*) offenſi, aut ejus hæredum, & ſucceſſorum, aliquo modo procedi non poſſit; niſi hi ſint, in quibus ex officio procedere conceſſum eſt.

Sancitum eſt (*mm*), quòd ubi agitur de tertio furto, vel ulteriori, furi remiſſionem partis non prodeſſe.

Judices in cauſis damni dati (*nn*), ita demùm ad expeditionem devenire poſſunt, ſi citatio peremptoria ad inſtantiam Partis (*oo*) tranſmiſſa fuerit, & Parte inſtante, & non alio modo.

Procedant Juſdicentes contra abſentes (*pp*) imputatos de aliquo crimine, eoſque citabunt ad domum ubi habitant (*qq*), ſi certam habitationem in eorum juriſdictione habuerint, quod ſi non habuerint, citentur in Civitate, vel Terra, in qua, ſeu ejus Territorio, delictum commiſſum eſt, & ad valvas Eccleſiæ (*rr*) Majoris illius Civitatis, vel loci, & item citandi ſunt ad loca publica, & ſolita, illius Civitatis, vel Terræ, ubi de crimine cognoſcetur, voce præconia in locis, ubi proclamationes fieri ſolent. §. Quòd ſi quis deliquerit extra Dominium in caſibus, in quibus procedi poteſt, & certam habitationem non habeat in Dominio, citetur in forma abſentis, & pro prima vice, duo Agnati ejus, ſi Agnatos habebit, vel citandus eſt per literas ſubſidiales, ſi ita Judici videbitur, hocque modo citati (*ſſ*), legitimè citati ſint, & intelligantur. Qui ſi in terminis

aſſignatis

Digitized by Google

aſſignatis non comparuerint, ponantur in banno, in quo ipſis aliquo termino aſſignato, ſi in contumacia perſeverabunt, & comparêre negligant, habeantur pro convictis, & confeſſis, & per ſententiam diffinitivam condemnentur (*tt*) in pœnis ex Conſtitutionibus, & Ordinibus ſtatutis, & fiat executio per eos Magiſtratus, ad quos ſpectat. §. Bonaque eorum Reorum publicentur juxta formam Conſtitutionum.

Inoluerat abuſus, quòd ad denuntiam Conſulis, Antiani, aut ad ſimplicem querelam partis cum juramento, per Juſdicentes inquiſitiones formabantur pro injuria verbali: eapropter ſancitum eſt, pro injuria verbali nonniſi ad querelam partis procedi poſſe.

A ſententia lata in cauſa criminaliter mota, & criminaliter deciſa, ſivè interlocutoria, ſivè diffinitiva ſit, etiam reſpectu intereſſe partis (*uu*) in ea ſententia comprehenſi, non poſſit per quempiam appellari (*xx*), querelari, nec de nullitate dici, nec in integrum reſtitutio peti, nec alio juris remedio uti; ſed executioni mittatur. §. Poſſit tamen haberi recurſus (*zz*) ad Principem, vel Senatum, qui ſecundùm qualitatem caſuum providebit. §. Sed quia aliquando contingit, quòd damnati, per ſententiam, in contumaciam latam, omni remedio deſtituti ad Senatum confugiunt, ut ſupra, ut omnibus modis ſibi ipſis conſulant, petendo literas ad novas defenſiones (*aaa*), & reviſionis ejuſdem ſententiæ, vel ex longo intervallo poſt ſententiam, expectata interdum morte Teſtium, & perſonarum de crimine informatarum, & etiam perprius obtenta pace ab offenſis, ut his artibus ſententiam elidant, & impuniti remaneant: Eapropter ſancitum eſt, Senatum noſtrum diligenter animadvertere debere, antequàm has literas concedat, naturam criminis, indiciaque, ac diuturnitatem temporis poſt ſententiam conſiderare, & an in petente calumnia ſit; ſecundùmque qualitatem caſuum eas literas quandoque concedere, vel denegare. §. Non intelligantur tamen literæ prædictæ ad novas defenſiones habere effectum quoad bona, lapſo anno à die ſententiæ. §. Conceſſis per Senatum literis ad novas defenſiones, Judices contra Reum (*bbb*) ad quæſtiones, & torturam non deveniant, Senatu inconſulto; ſed referant juxta Ordines. §. Hæc Conſtitutio (*ccc*) etiam ad condemnationes pecuniarias pertinet, intrà tamen annum à die ſententiæ numerandum.

AD TIT. DE ACCUSATIONIBUS, ET DENUNCIATIONIBUS.

Decis. et Annot.

1 ACtio criminalis non datur contra hæredes delinquentis; excepto crimine læſæ Majeſtatis. Ita referente Magnif. Senatore Aloyſio Belcredio declaravit Senatus die 18. Maji 1632.

2 Proteſtatio extrajudicialis non derogat judiciali confeſſioni, ut pluries declaravit Senatus, & ſignanter anno 1607. menſe Septembris in cauſa Comitis N., in qua Cæſar Gattus ad pœnam ignis damnatus ob plura Inſtrumenta falſa per eum facta ad dicti Comitis inſtantiam, ut faſſus fuerat, deinde in Confortatorio Papiæ ſolemniter proteſtatus fuerat ſe indebitè gravaſſe Comitem; quia hujuſmodi proteſta-

proteſtatione minimè attenta, proceſſum fuit contra dictum Comitem, qui ex-
traordinariâ pœnâ fuit punitus; & die 14. Decembris 1672. referente Magnif.
Com. Burro, in caſu Strigotii damnati ad furcas in Prætorio Cremonæ; & cor-
3 rigitur Judex, qui hujuſmodi declarationes admittat, & coram Notario fieri per-
mittat -- Egr. Secret. Oliverio.

Confeſſio Rei vi tormentorum facta etiam de capitali delicto non attenditur, &
ille impunè dimittitur, cognita falſitate confeſſionis; hinc referente Magnif. Se-
natore Gallarato, cenſuit Senatus die 4. Junii 1616. abſolvendum, & impunè
4 dimittendum Joannem Antonium Villam Cremonenſem, qui vi tormentorum faſ-
ſus fuerat in Officio Cremonæ ſe de mandato J. C. Georgii Manaræ ictu Sclopi
animo occidendi vulneraſſe Dominicum Gallutium, quia conſtitit de falſitate ejus
confeſſionis, & nulla ei irrogata fuit pœna ratione falſæ confeſſionis, nec ratio-
ne damnorum paſſorum per Manaram ab eo indebitè inculpatum.

Negativa coarctata non probatur a Reo pendente offenſivo, nec Judicibus injungi-
tur, ut informationes ſuper ea aſſumant, niſi prius inflicto Reatu. Ita decrevit
5 Senatus die 7. Junii 1668. referente Magnif. Com. Loayſa, in caſu Dominici
Paſqualini detenti in carceribus Derthonæ, & proceſſati de robaria ad ſtratam
cum aſſaſſinio -- Egr. Secret. Maddio.

Condemnato ad triremes non conceditur ſuſpenſio tranſmiſſionis, ut declaravit Se-
6 natus die 23. Maji 1663. referente Magnif. Senatore de Puteo, in caſu Bartho-
lomæi della Torre Satellitis, dato voto S. E. -- Egr. Secret. Sadarino.

In Reorum condemnationibus ſolet Senatus decernere, ut ii habeantur pro repeti-
7 tis, & confrontatis quoad nominatos per ipſos condemnatos. Ita decrevit Sena-
tus die 6. Maji 1595.

Præſcriptio imputationis alicujus delicti currit etiam ignoranti. Ita Vicario Juſti-
8 tiæ hujus Urbis reſpondit Senatus in Ord. 22. Septembris 1594.

AD CONSTITUTIONEM.

(a) Ad §. *Qui Antiani, & Conſules.*

Antianos, & Conſules non comprehendi ſub appellatione Officialium declaravit Se-
9 natus die 1. Julii 1600.

Antiani Civitatis Mediolani ſunt immunes a ſolutione taxarum domuum, & Apo-
thecarum pro portione perſonali, & dummodo ipſi exerceant. Ord. S. E. 20.
10 Aprilis 1671., & Ord. Congregationis Patrimonii hujus Urbis 18. Auguſti 1671.

Conſules poſſunt nomine Communitatis criminaliter querelare abſque ſpeciali man-
11 dato. Ita reſcripſit Senatus Prætori Viglevani in Ord. 22. Auguſti 1657. *in
Addit. Ordin. inferius impreſ.*

Conſulis munus exercere non poſſunt Mulieres. Ita Senatus reſcripſit Prætori Leſiæ
12 die 12. Octobris 1625., & Prætori Vallis Saxinæ in Ord. 1. Junii 1726.

(b) Ad verſic. *teneantur denunciare, &c.*

Non poſſunt cogi Antiani, & Conſules denunciare alia delicta præter expreſſa in
hac Conſtitutione, & in Ordinibus. Ita decrevit Senatus in Ord. 7. Maji 1712.
13 pag. 548.; delicta autem denuncianda, enumerantur in Ord. Senat. 11. Auguſti
14 1544., & inſuper denunciandum eſt quodlibet aliud delictum, pro quo locus ſit
15 pœnæ corporali, ex diſpoſitione Proclamatum diei 8. Octobris 1604., & 3. No-
vembris 1641., & ex Ord. Senat. 2. Septembris 1604.; & pariter denunciari de-
16 bent omnes actus tyrannici. Proclama 16. Julii 1648. n. 6.

Delicta denuncianda, pro faciliori intelligentia Antianorum Civitatum, & Conſu-
lum Communitatum, recenſentur etiam, & explicantur in Inſtructione impreſſa
17 in Cridario anni 1688. *verſus finem pag. mihi* 224.

Conſules locorum infeudatorum tenentur delicta denunciare etiam Majori Magiſtra-
tui. Proclama anni 1638., & 3. Novembris 1641.; & ita referente Magnif.
18 Senatore Arconato decrevit Senatus die 7. Septembris 1675. in caſu Conſulis
Cerani inquiſiti a Prætore Novariæ -- Egr. Secret. Annono --; & hujuſmodi
19 denuncia deferri debet prius Majori, quam Minori Magiſtratui. Ord. Senat. 30.
Auguſti 1661., & 10. Januarii 1698. §. *Decimo quarto.*

Si Conſul pro delicto ſecuto in Eccleſia deferat prius denunciam Vicario Foraneo,
20 quam Judici laico moleſtari non poteſt. Ita declaravit Senatus die 18. Maji 1645.
pro Joanne Jacobo Minolo.

Conſu-

Digitized by Google

Conſulem Maccaſervæ detentum in Carceribus Laudæ ob non delatam denunciam
21 Majori Magiſtratui, cum Juſtitia læſa non fuerit, excuſandum cenſuit Senatus die
1. Februarii 1669., referente Magnif. Senatore Bracherio — Egr. Secret. Maddio.

Conſules locorum Ducatus tenentur quotannis ſe præſentare Prætori Mediolani, &
22 jurare de deferendis delictorum denunciis. Ord. Senat. 16. Maji 1605.

Tenentur Conſules deferre duplicem copiam denunciæ delictorum, alteram tradendam
23 Notario, & alteram ſecum reportandam cum confeſſione Notarii de præſentatione
ipſius denunciæ ſibi facta, ſervandam inter Scripturas reſpectivæ Communitatis,
ut in caſu moleſtiæ conſtare poſſit de delatione denunciæ. Ord. Senat. 27. Novembris 1702.

Quoad Conſules ſufficit denuncias conſignare Actuariis, qui eadem die tenentur eas
24 conſignare Judici. Ita ſanxit Senatus die 1. Aprilis 1669., & Actuarii tenentur
25 denuncias recipere gratis, & ſine mora. Ord. Senat. 2. Septembris 1604. Proclama 8. Octobris 1604., 3. Novembris 1641.; & ita referente Magnif. Senatore
Com. Areſio, decrevit Senatus etiam die 13. Junii 1664. ad preces nonnullarum
Communitatum ex Plebe Summæ — Egr. Secret. Maddio.

Conſules non tenentur denunciare delicta Auditori Generali Exercitus. Ita referente
26 Magnif. Com. Burro, cenſuit Senatus die 3. Julii 1671. in caſu Conſulis Fontaneti, facta conſultatione Excellentiſſimo Gubernatori -- Egr. Secret. Sadarino.

Ultra delicta, tenentur etiam Conſules intra quatriduum denunciare reſpectivis Judicibus funera omnium Eccleſiaſticorum de Beneficiis proviſorum, ut pluries de-
27 mandavit Senatus, & ſignanter Ord. 6. Junii 1641., 11. Januarii 1668., 22. Au-
28 guſti 1698., & ubi omittant deferre hujuſmodi denuncias, moleſtari non poſſunt
inconſulto Senatu. Ord. 12. Auguſti 1712.

Vigore Proclamatum tenentur etiam Chirurgi denunciare, ſi aliquem vulneratum curaverint, & ubi in notificatione præventi ſint a Conſule, moleſtari non poſſunt.
29 Ita mandavit Senatus die 12. Decembris 1583. Vicario Seprii, & die 26. Junii
1589. Prætori Luini.

(*c*) Ad verſic. *& hec ſaltem in ſequenti die &c.*

Conſules Villarum tenentur ſervare diſpoſitionem hujus Conſtitutionis quoad dies præfixos pro denunciandis delictis, non obſtante, quod agatur de Capſinis diſtantibus.
30 Ita referente Magnif. Senatore Stampa, declaravit Senatus die 3. Septembris 1671.
in caſu Communitatis Rovedarii — Egr. Secret. Gradignano.

(*d*) Ad §. *Et etiam* verſic. *quæ notis tempore commiſſa erunt.*

Prætor Eumeniæ in relatione facta contra quemdam imputatum de ſtupro violento no-
31 ctis tempore commiſſo, intendebat punire Conſulem, qui non notificaverat; verum
Senatus die 8. Novembris 1589. eidem reſcripſit, ne Conſulem moleſtaret.

(*e*) Ad §. *Hæc omnia* verb. *ac tempore commiſſi delicti.*

Cum Conſul Olginati denunciaſſet delictum commiſſum poſt ſignum Salutationis Angelicæ tamquam commiſſum horâ vigeſimâ tertiâ, ſed nominaſſet Teſtes, a quibus
32 verum delicti tempus fuerat expreſſum, mandavit Senatus anno 1555. menſe Auguſti Prætori Comi, ne moleſtaret.

(*f*) Ad verba *cum nominibus, & cognominibus eorum &c.*

Si ultra nomen, & cognomen delinquentis, in denuncia exprimatur etiam ejuſdem ætas, recipi non debet hujuſmodi denuncia a Notariis criminalibus. Ita in Ordinibus conditis a Curia Prætoria Papienſi die 1. Auguſti 1686. §. *Sexto*, approbatis
33 pro omnibus Officiis Criminalibus hujus Dominii a Senatu in Ord. 30. Junii 1687.

(*g*) Ad verba *ſub pœna aureorum decem.*

Ultra pœnam hìc præſcriptam, impoſita eſt pœna trium ictuum funis publicè infli-
34 gendorum, & etiam alia major corporalis arbitrio S. E., vel Senatus. Proclama 8.
Octobris 1604., & 3. Novembris 1641.

(*h*) Ad verba *teneantur Communia.*

Si Conſules locorum infeudatorum omittant deferre denuncias delictorum Majori Ma-
35 giſtratui, Communitates mulctari poſſunt pœnâ pecuniaria, conſulto tamen Senatu. Ord. 10. Julii 1687. §. *cenſuit -- il primo.*

(*i*) Ad

(*i*) Ad §. *Delatis criminibus* verb. *per accuſationem*, *vel querelam*.

Proceſſus criminales incohari nequeunt ſine querela, vel denuncia. Ord. Senat. 15.
36 Februarii 1608.; nec ſuper querelis Fiſcalium conſtrui poſſunt. Ord. Senat. 28.
37 Octobris 1613.; non poſſunt pariter incohari ſuper lectura expoſitionis, aut que-
38 relæ, aut denunciationis in Teſtibus examinandis. Ord. Senat. 3. Junii 1687. §. *de-
cimo ſexto*, & 6. Maji 1721. §. *eod.*

Ad preces Gaſparis Gatinaræ Senatus die 19. Novembris 1611. dedit literas Prætori
39 Viglevani, ne aliquo modo procederet ſuper notificatione Fiſcalis ſub pœna nullita-
tis, moneretque Fiſcalem ſui muneris non eſſe denunciare, vel notificare delicta,
ſed Antianorum, & Conſulum.

Super definitiva relatione Joſeph Mombretti tranſmiſſa a Prætore Aſſii, cenſuit Sena-
40 tus die 15. Martii 1691. dictum Joſeph Mombrettum eſſe dimittendum, nec ulte-
rius moleſtandum, monendumque Prætorem, ut in poſterum caveret a conſtructio-
ne ſimilium proceſſuum, non conſtito de corpore delicti, & ſine inſtantia partis --
Egr. Secret. Belingerio.

Propoſito in Senatu ſtatu condemnationis latæ per Prætorem Luini contra Carolum
Franciſcum Robuſtellum, dictum fuit die 15. Novembris 1691. circumſcribendam
41 mulctam, & monendum Prætorem, ut in poſterum caveret a ſimilibus, nec in de-
lictis privatis procederet abſque inſtantia partis -- Egr. Secret. Tatto.

(*l*) Ad §. *Ubi vero* verb. *intra alios ſexaginta dies*.

Judices ſedulò incumbere debent expeditioni proceſſuum criminalium. Ord. Senat. 9.
42 Martii 1678., 23. Novembris 1707., 27. Martii 1741., & monere debent Sena-
43 tum de cauſis, ob quas non perfecerint proceſſus intra ſexaginta dies poſt delatum
crimen. Ord. Senat. 14. Novembris 1550., 23. Julii 1683., 5. Maji 1707., 9. Ju-
nii 1714., qui incipit *Pluries*.

Item celeriter perficere debent proceſſus in cauſis homicidiorum, & ſtatim relationem
44 facere. Ord. Senat. 2. Julii 1725., & ſingulo menſe relationem facere cauſarum
45 homicidiorum, & vulnerum lethalium. Ord. Senat. 11. Septembris, & 20. No-
vembris 1727., 15. Januarii, & 17. Aprilis 1728.

(*m*) Ad §. *Eo amplius* verb. *inquiſitionem formandam*.

Inquiſitiones reformari poſſunt, non obſtante Statuto contrarium diſponente. Ita ſu-
46 per conſultatione Vicarii Juſtitiæ hujus Urbis decrevit Senatus in Ord. 31. Octo-
47 bris 1558., & inquiſitionibus de turbata poſſeſſione addi nequit titulus de furto.
Ord. Senat. 9. Septembris 1573. §. *Quartum*.

Formari nequeunt inquiſitiones ad ſimplices denuncias etiam in caſibus levibus, ſed
48 examinatis Teſtibus. Ord. Senat. 14. Maji 1580. §. *Quinto*; & formari debent præ-
49 cedentibus legitimis indiciis. Ord. Senat. 12. Octobris 1584.

Antequam formentur inquiſitiones, præcedere debet decretum Judicis, nec regiſtrari
50 debent in libro, niſi prævia reviſione ejuſdem Judicis. Ord. Senat. 30. Junii 1687.
51 §. *Tertio*; & formata contra contumaces inquiſitione, ſtatim deveniendum eſt ad
condemnationem. Ord. Senat. 2. Aprilis 1650.

Tranſmitti debet inquiſitio contra Reos licet detentos in Carceribus alieni Dominii.
52 Ita conſultus Senatus a Prætore Talioli, eidem reſcripſit in Ord. 27. Auguſti 1688.
53 ibique *in meis annot.*; & inquiſitio de exportatione Annonæ tranſmitti debet intra
annum. Ord. Senat. 27. Julii 1553.

In inquiſitione, etiam ſi in conteſtatione litis, in fine non exprimatur qualitas ani-
mi deliberati, intelligitur tamen expreſſa, quoties ex narrativis inquiſitionis elici
54 poſſit. Ita referente Magnif. Senatore de Puteo, declaravit Senatus die 13. Julii
1673. -- Egr. Secret. Oliverio.

(*n*) Ad §. *Si quis quempiam calumnioſè detulerit*.

Calumnioſus Delator ſi juſto aliquo dolore impulſus calumnioſam accuſationem propoſuit, de æquitate excuſari debet a pœna calumniæ: hinc cum quidam Aromatarius Modoetienſis detuliſſet Cajum in ejus apotheca Juvenem inſervientem de illata vi ejus Filiæ Virgini, quod delictum plenè probare nequibat, dolore impulſus eundem Juvenem accuſaſſet, quod inſalutato domino ab ejus domo receſſiſſet, mobilibus, ſive mercibus non parvi valoris furto ſubtractis, & juxta Mediolani Statutum 496. *vol.* 1. delictum hoc probatum dicatur ſolo juramento per dominum

præſtito,

Digitized by Google

præſtito, dummodo querela porrecta ſit infra octo dies a tempore receſſus famuli;
cumque dictus Juvenis captus fuiſſet ratione primi delicti in domo ejuſdem querelantis, & ſic convinceretur querelans de calumnia reſpectu ſecundæ accuſationis,
quia conſtabat dictum Juvenem non receſſiſſe a domo Aromatarii querelantis; voti
fuit Capitaneus Juſtitiæ Modoetiæ ſuper definitiva relatione hujus cauſæ, ut dictus
Accuſator uti calumnioſus damnaretur in expenſis duplicatis ad normam hujus Conſtitutionis: Excitatus ſuper hac relatione Egr. Syndicus Fiſcalis Doſſena voti fuit
ob juſtum dolorem eſſe a calumnia, & expenſis abſolvendum Accuſatorem, & di-
55 ctum votum fuit a Senatu approbatum die 21. Martii 1637., referente Magnif. Senatore Alphunſo Majnardo.
Calumnia non habet locum contra querelantem, qui querelam perfectè non probavit,
56 ſed tantum habet locum in calumnia vera, de qua debet conſtare ab initio porrectæ
querelæ. Ita referente Magnif. Marchione Caxa, cenſuit Senatus die 31. Junii
1667. in caſu Guidi cum Staurengo -- Egr. Secret. Sadarino.
Actio calumniæ non datur, niſi prius reportata liberatione a querelato. Ita referente
57 Magnif. Com. Burro, declaravit Senatus die 10. Julii 1669., non obſtante contraria praxi, & voto Egr. Baldironi -- Egr. Secret. Maddio.

(o) Ad §. *Rei carceribus mancipari non poſſint &c.*

Capturæ concedi poſſunt a ſolis Judicibus, & a Notariis debent dari in ſcriptis Exe-
58 cutoribus, & in proceſſibus regiſtrari. Ord. Senat. 14. Maji 1580. §. *Primo*.
Ad inſtantiam Commiſſariorum habentium authoritatem exigendi in forma Regiæ Ca-
59 meræ, concedi debent capturæ ſervata ſemper diſpoſitione Conſtitutionum. Ord. Senat. 23. Novembris 1626., 3. Novemb. 1628.
60 Locus non eſt capturæ pro prima evaginatione ſine vulnere. Ord. Senat. 11. Maji
61 1554.; nec pro injuriis etiam publicè prolatis, ſed proceditur per inquiſitionem.
Ita reſcripſit Senatus Prætori Luini in Ord. 18. Aprilis 1667.
In cauſis levibus capturæ decerni non debent, non obſtante oblatione fidejuſſionis de
62 ſupplendis indiciis, & probandis delictis. Ord. Senat. 8. Januarii 1674.; nec rela-
63 xari debent ſub decreto: *ut quis pro informatione Curiæ vocetur, ita quod veniat.*
Ord. Senat. 12. Januarii 1674.
In caſu abductionis lignorum captura contra quem decerni poſſit. Ord. Senat. 9. Sep-
64 tembris 1573. §. *Sextum eſt*; & capturæ exequi non debent in aliena juriſdictione
65 ſine *exequatur* Judicis illius juriſdictionis. Ita Prætori Meltii ſcribi juſſit Senatus
Ordine diei 7. Aprilis 1681.

(p) Ad §. *Pari modo non fiant &c.*

Deſcriptio bonorum fit, etiam ſi Reus ſiſtat domi ſub præcepto, quando delictum importat confiſcationem, & etiam ſi offeratur fidejuſſio. Ita referente Magnif. Sena-
66 tore Com. Loayſa, decrevit Senatus die 2. Auguſti 1679. pro Comitiſſa Meſſerata -- Egr. Secret. Maddio.

(q) Ad §. *Mortuorum damnari memoriam.*

Cum hæredes Julii Cæſaris de Puteo proteſtati fuiſſent velle in omnibus, & per omnia uti beneficio ſententiæ Senatus ad expurgandum dictum Julium Cæſarem pendente relatione definitiva querelæ falſitatis nonnullorum Inſtrumentorum vitâ functum; & Suſanna, & Auguſtina pariter de Puteis querelantes vellent ſe ſe criminaliter opponere ad effectum declarandi Inſtrumenta falſa, & obtinendi bona,
non autem ad condemnationem ipſius prædefuncti Cæſaris; referente Magnif. Sena-
67 tore Craſſo, cenſuit Senatus die 3. Julii 1627. cauſam, & partes eſſe remittendas
ad Judicem civilem, quia defuncto Falſario cauſa criminalis carebat ſubjecto condemnationis -- Egr. Secret. Com. Majoragio.

(r) Ad §. *ex cauſa juramenti.*

Ob perjurium commiſſum in juramento deciſivo poteſt criminaliter procedi, & terminus menſis ad accuſandum de perjurio hic præſcriptus uti legalis non proroga-
68 tur. Ita referente Magnif. Com. Burro, declaravit Senatus die 9. Maji 1676.
in caſu Phyſici Bendiri Alexandrini -- Egr. Secret. Coſſa.

(ſ) Ad §. *Si in eadem juriſdictione, &c.*

Præventionem inter Judices non tribuit ſola denunciatio delicti ſine indiciis, & quis
ex

ex Judicibus præveniſſe dicatur, declaravit Senatus in ejus Ord. 14. Aprilis 1553.
69 ibique *in meis annot.*

Secuto homicidio cujuſdam Albutii, Egr. Capitaneus Juſtitiæ habebat indicia Man-
dantis; Magnif. vero Prætor Papiæ habebat indicia homicidæ. Propoſito in Sena-
tu, quis procedere deberet in hac cauſa, ſancitum fuit die 4. Decembris 1666.
70 Magnificum Prætorem Papiæ eſſe præferendum, quia idem erat delictum, licet
diverſa eſſet qualitas.

In redditione rationum Confraternitatum non eſt locus præventioni inter Judicem
laicum, & Superiorem Eccleſiaſticum; undè ſi Confraternitas rationes reddiderit
Judici laico, iterum eas reddere tenetur Superiori Eccleſiaſtico, eas cognoſcere pe-
71 tenti. Ita cenſuit Senatus die 15. Novembris 1673. favore Epiſcopi Derthonæ
in caſu Confraternitatum Vigueriæ -- Egr. Secret. Oliverio.

Locus eſt præventioni inter Judices Ordinarios, & Protectores Carceratorum ſuper
cognitione rititudinis capturæ ex cauſa debiti. Ita re plenè diſcuſſa declaravit
72 Senatus in ejus Ord. diei 4. Junii 1587., ibique *in meis annotat.*

(t) Ad verſic. *qui primus inquiſitionem tranſmiſerit.*

In caſu homicidii Eccleſiaſtici a laico patrati, ſi inquiſitio tranſmiſſa fuerit prius a
Judice laico, ipſe procedere debet ad ulteriora, etiam ſi in viſitatione prævenerit
73 Judex Eccleſiaſticus. Ita referente Magnif. Senatore Carillo, decidit Senatus die
1. Septembris 1668. favore Prætoris Derthonæ -- Egr. Secret. Annono.

(u) Ad verſic. *prævaleat procedendo Judex capturæ.*

Præventionem operatur Captura, ſive ſecuta ſit ex ordine Judicis, ſive facta ſit ab
ejus Familia Satellitia de Reo in fragranti crimine reperto; ſive agatur de con-
traventione Proclamatum, ſive de quocumque alio delicto. Ita decrevit Senatus
in Ord. diei 17. Julii 1698. ſuper controverſia vertente inter Egr. Capitaneum
74 Juſtitiæ, & Magnif. Prætorem Papiæ pro detentione duorum in ejus juriſdictione
facta a Locum Tenente Collateralis forenſis ejuſdem Capitanei.

(x) Ad §. *Judices in cauſis* verſic. *ipſimet examinent Teſtes.*

Obſervantia hujus Conſtitutionis quoad Reos, & Teſtes principales in cauſis capi-
75 talibus, & corporalibus examinandos per ipſoſmet Judices, præſcribitur etiam in
Ord. Senat. 14. Decembris 1694.

Teſtes examinati ad probandam excluſionem qualitatis animi deliberati in homici-
diis pro obtinenda gratia, poſt examen conſignari debent Cuſtodi Carcerum, ibi-
76 que aſſervari, donec deliberatum ſit ſuper approbatione gratiæ. Ord. Senat. 9.
Januarii 1563.

In cauſis capitalibus Teſtes contumaces citari poſſunt ſub pœna corporali arbitraria Se-
77 natui. Ita literis Prætoris Soncini reſpondit Senatus in ejus Ord. diei 20. Julii 1619.

In Teſtes examinari poſſunt Pueri ex aſpectu, & ſagacitate capaces. Ita Senatus
78 reſcripſit Prætori Vallis Saxinæ in Ord. 27. Maji 1715.; & Teſtium examina
79 debent ad longum perfici, & imperfecta relinquenda non ſunt. Ord. Senat. 14.
Maji 1580. §. *Sexto.*

(z) Ad verſic. *in ſcriptis redigant.*

Examina Teſtium recipi non debent in foliis; & ubi ex urgenti cauſa fiat, infra
80 diem unum debent redigi in libro. Ita in Ordinibus conditis a Curia Prætoria Papiæ
die 1. Auguſti 1686. §. *Quarto.* Approbatis a Senatu pro omnibus Officiis Cri-
minalibus hujus Dominii in Ord. 30. Junii 1687.

(aa) Ad verſic. *Hoc tamen non pertinet ad Teſtes, &c.*

Teſtes evacuandi in informativo, examinari non debent poſt condemnationem. Ita
81 Senatus reſcripſit Prætori Vigueriæ in Ord. 7. Junii 1608.

(bb) Ad §. *Omnes tamen hi Teſtes.*

Teſtis citatus ad repetendum, ſi non compareat, mulctatur, mox iterum citatur
ſub pœna falſi, & contumax in hanc pœnam condemnatur. Ita cenſuit Senatus
82 die 9. Aprilis 1588. ad relationem Prætoris Caſtellatii contra Teſtes de Scalibo-
bus, decernendo ulterius, quod ſi dicti Fratres jam mulctati, & citati ſub pœna
falſi comparuiſſent, & in primo dicto perſiſterent, tunc amplius non moleſtarentur
ratione mulctæ.

Moni-

Digitized by Google

Monitio generalis ſacti Reo poſt ejus Conſtitutum ſufficit pro ejus citatione quoad
Teſtes poſtea examinatos. Ita declaravit Senatus die 6. Aprilis 1590. favore Eli-
83 ſei Magorii Actoris, qui poſt publicationem proceſſus factam inſtante Brambilla
Reo notabilis furti, & poſt productionem capitulorum ad defenſam, novos Te-
ſtes produxerat.

Confeſſio facta in tormentis reddens Teſtem infamem non afficit Socios criminis,
niſi iteretur in tormentis ad purgandam infamiam. Ita Senatus reſcripſit Prætori
84 Vogoniæ in Ord. 5. Aprilis 1607. *in Addit. Ordin. inferius impreſ.*

Vulneratus cogitur propalare delinquentem, & ſi recuſat aſſerendo ſe eum non co-
gnoviſſe, carceratur, & etiam torturæ ſubjicitur, ſi ex proceſſu conſtet de ejus
ſcientia. Ita referente Magnif. Senatore Joanne Baptiſta Vicecomite decrevit Se-
85 natus menſe Januarii 1632. approbando geſta per Julium Cæſarem Calvinum
Prætorem Pontremuli, in caſu Michaelis Angeli Chrapettæ ad mortem graviſſi-
mè apoſtatè percuſſi cum brachii fractura a nonnullis perſonatis de mandato
cujuſdam potentis Viri, qui carceratus delinquentes tandem patefecit, ut extra-
judicialiter aliis jam manifeſtaverat, ſicuti ex proceſſu reſultabat; decernendo
etiam, ut tormentis cogi poſſet vulneratus ad manifeſtandos Reos.

Vulnerati aſſertio non attenditur, quando ex aliis probationibus conſtat de delicto,
& delinquente; hinc cum Bartholomæus Herbert Germanus in Civitate Alexan-
driæ pluribus lethalibus vulneribus affectus cum abſciſſione etiam partis digiti
annularis manus dexteræ, examinatus cum juramento naraſſet ſe quartâ horâ no-
ctis in publica via ab Incognitis fuiſſe vulneratum, dum ad cenam petebat, &
in hujuſmodi aſſertione perſeveraſſet etiam in ſecundo examine; cumque innotuiſ-
ſet Judici illum fuiſſe vulneratum domi cujuſdam Mercatoris, propè cujus do-
mum habitabat, facta diligentia domi Mercatoris, in quodam ſuperiori cubiculo
viſum eſt illius pavimentum cum lecto & pariete contigua ſanguine aſperſum, &
penes lectum pars digiti abſciſſi reperta eſt, quæ facto periculo per Chirurgum
conveniebat in omnibus digito abſciſſo ipſi Herbert jam præmortuo. Examinatis
exinde Vicinis dictæ domus, ac ipſo Mercatore, qui cum ejus filio, & Nuru
ſatis formoſa ſponte ſe in carceribus conſignaverat, conſtitit dictum Herbert me-
diante clavi adulterina introiſſe domum circa horam ſextam noctis, dum filius
abeſſet, & Pater dormiret, atque ad cubiculum Nurus acceſſiſſe, ut illam co-
gnoſceret, ſed dum verbis ſimul contendebant, adveniſſe ipſum Filium, & reſ-
pective Maritum enſe enodato armatum, qui cum Herbert digladiari cœpit, &
illum fugientem, ne offenderetur, vulneratum tandem remanſiſſe. Facta relatione
per Judicem cum voto Curiæ, ut dictus Filius dimitteretur, & ratione retentio-
nis tormenti rotati in Exilium annale mitteretur, a quo ſe poſſet eximere ſolu-
tis aureis quinquaginta; eaque in Senatu propoſita die 26. Februarii 1633. com-
86 munis opinio fuit, ut remi triennalis pœnâ plecteretur, putantes nonnulli ex
Ampliſſimis Patribus per aſſertionem vulnerati excluſam eſſe qualitatem delictum
excuſantem, non benè perpenſo facto, & ſanguinis aſperſione, ac digiti abſciſſi
inventione in cubiculo, non autem in via publica, ut ſimulaverat occiſus ad te-
gendum proprium delictum.

Curarunt Patrocinatores hanc cauſam iterum proponi credentes illius circumſtantias
non fuiſſe benè perpenſas, & referente Magnif. Senatore Buttinono, cenſuit Se-
87 natus die 6. Septemb. dicti anni prædictum Filium eſſe mittendum in Exilium
tantum per annum, a quo poſſet ſe eximere ſolutis aureis viginti quinque, &
hoc credibile eſt in pœnam retentionis dicti tormenti rotati.

Neceſſaria non eſt repetitio Teſtium, quando Reus faſſus eſt delictum. Ita cenſuit
88 Senatus die 22. Auguſti 1634. in caſu cujuſdam Ghiſii furis detenti in carceri-
bus Prætoriis Papiæ confeſſi, & in pœnam furcarum condemnati datis literis Ma-
gnif Senatori Ludovico Turcono Prætori Papiæ —; & die 24. Junii 1671. con-
89 tra Saccum ad triremes perpetuos condemnatum ob robariam ad ſtratam cum
tentato homicidio -- Egr. Secret. Annono.

Teſtes habentur pro repetitis, quando ſunt abſentes, & non poſſunt haberi. Ita
90 declaravit Senatus die 11. Julii 1673. -- Egr. Secret. Oliverio.

Repetitio Teſtis, vel Conſocii criminis ad inſtantiam Rei, ſi ſit affectata, & adſit
91 timor ſubornationis, non admittitur. Ita decrevit Senatus die 3. Aprilis 1674.
in cauſa Aymi Maddii.

Teſtium repetitio ad inſtantiam Bellavineæ, qui noluit habere Teſtes pro repetitis,
denegata fuit a Senatu die 12. Januarii 1680., referente Magnifico Senatore Ar-

Digitized by Google

92 conato, quia aderat timor ſubornationis ex eo, quod omnes, qui repeti debe-
bant, eſſent Rei in eodem delicto, & detinerentur in eiſdemmet Carceribus -- Egr.
Secret. Maddio.

Quando conceditur Teſtium repetitio, Rei interim retineri debent in ſtrictiori Car-
cere, & Teſtes examinari debent ſub clavi, & ubi in aliqua parte reddantur ſuſ-
pecti, retineri debent. Ita poſt plures caſus decrevit Senatus die 10. Aprilis
93 1677. in eo Famulorum Supremi Cancellarii impictorum de Robariis in hac Ci-
vitate, & aliis delictis -- Egr. Secret. Coſſa.

(cc) Ad §. *Omnibus Juſdicentibus* verb. *per præcepta pœnalia*.

Facultas citandi præceptis pœnalibus non conceditur a Senatu Judicibus, niſi in ca-
94 ſibus gravioribus; ubi indicia non ſufficiant ad inquirendum, & probabiles ſuſpi-
ciones adſint contra citandos. Ord. Senat. 11. Auguſti 1616. §. *non fiat facultas*.

Uterque Magiſtratus procedit præceptis pœnalibus; & cum Magiſtratus Ordinar.
Reddit. delegaſſet Egr. Advoc. Fiſcalem Cuſanum pro conſtruendo proceſſu contra
Margaritam Stratam ad querelam Caroli Franciſci Applani de falſa donatione, &
& uſu illius, & mandaſſet eam citari præcepto pœnali, hæſitabat præfatus Dele-
gatus Cuſanus ob hanc Sanctionem, verum porrectis novis precibus per Appla-
95 num Magiſtratui die 17. Octobris 1638. rurſus fuit decretum, Egr. Fiſcalem Dele-
gatum debere eam citare præceptis pœnalibus.

Anno 1672. die 1. Februarii, referente Magnif. Marchione Erba, cenſuit Senatus,
eſſe circumſcribendam condemnationem ſecutam contra quemdam Suarez virtute
96 præcepti pœnalis non expreſsâ causâ in præcepto, ſed tantum in peremptorio, at-
tento etiam exceſſu condemnationis circa quantitatem ſummæ pecuniariæ, habito
reſpectu ad titulum delicti -- Egr. Secret. Maddio.

(dd) Ad §. *Nec etiam* verſic. *niſi is, qui deferat nomen, & cognomen exprimat*.

Cum Camillus Lampugnanus obtentis a Senatu literis ſalviconductus pro non dela-
tis, nec judiciatis, reperiretur delatus penes Excellentiſſimum Gubernatorem de
diverſis delictis ſuper quodam ſupplici libello, non expreſſo nomine, nec cogno-
mine Delatoris, oppoſita fuit diſpoſitio hujus Conſtitutionis, & negotio in Sena-
97 tu relato ad præſentiam ejuſdem Excellentiſſimi Gubernatoris, ordinatum fuit die
6. Octobris 1583. non poſſe procedi ob deficientiam nominis, & cognominis De-
latoris -- Egr. Secret. Petranigra.

Nullum eſſe proceſſum conſtructum contra formam hic præſcriptam declaravit Sena-
tus die 22. Decembris 1588. poſt alios caſus in eo Petri Marcanti, & Antonii
98 Melegnini, & omnino eſſe ſervandam hanc Conſtitutionem reſcripſit Senatus die
99 23. Aprilis 1637. Magnif. Prætori Cremonæ, relata ejuſdem conſultatione per
Magnif. Senatorem Caymum.

In delictis graviſſimis quandoque ex Ordine Senatus, vel Excellentiſſimi Guberna-
toris proceditur ſupreſſo nomine Delatoris: Et ita procedendum eſſe mandavit die
100 6. Octobris 1635. Eminentiſſimus Cardinalis Albornotius hujus Dominii Modera-
tor contra Joannem Dominicum Cagnonum, & alios complices, qui, fraudatâ
Annonâ, illam ab hoc Dominio detulerant ad Impreſarium Ducis Parmæ eo tem-
pore, quo uti Gallorum confœderatus parabat exercitum in confinibus pro inva-
dendo hoc Dominium.

(ee) Ad §. *Omnes Juſdicentes teneantur in fine cujuslibet menſis, &c.*

Notula delinquentium, & eorum bonorum, ubi agitur de delicto, pro quo locus
eſſe poſſit confiſcationi, a Judicibus mittenda eſt in Civitatibus ad Referenda-
101 rios, in aliis vero locis ad Magiſtratum Extraord. Reddit. intra tres dies poſt
ſumpta indicia. Ita pluries mandavit Senatus, nempe, aliis ommiſſis, Ord. 11.
Auguſti 1644., 13. Januarii 1684., 30. Julii 1710., 27. Auguſti 1729.

Debent etiam Judices certiorem reddere prædictum Magiſtratum, vel reſpectivè Re-
102 ferendarios, ubi præſententur Reorum gratiæ cum clauſula: *quoad perſonam tan-
tum*. Ord. Senat. 8. Junii 1708.

(ff) Ad §. *Finitoque* verſic. *Acta, & proceſſus ac reſcripta remaneant, &c.*

Judices, ac Notarii Criminales ab Officio diſcedentes tenentur relinquere omnia

Acta

Acta criminalia, proceſſus, ac Scripturas retroacti temporis Notariis ſibi in Offi-
103 cio ſuccedentibus. Ord. Senat. 10. Aprilis 1549., 26. Octobris 1623.
Syndicatores pariter recedentes ab Officio relinquere debent Succeſſori librum, &
omnia Acta Syndicatus, nec non cæteros omnes libros criminales, quos initio
104 Syndicatus receperint ab Officiali Syndicando. Ord. Senat. 26. Novembris *in Addit. Ordin. inſerius impreſ.*

(*gg*) Ad verſic. *per inventarium conſignentur*, &c.

Confici debet quotannis inventarium proceſſuum criminalium, & ſubſcriptum ab
105 uno ex Actuariis, tradi debet Egr. Secretario Archivii Senatus Præfecto. Ord. Senat. 29. Decembris 1594. n. 11.

(*hh*) Ad §. *Et quia* verb. *in præſentia Conſulis loci*.

Si executio fiat ſine aſſiſtentia Conſulis, vel Antiani, locus non eſt condemnationi
106 de prohibita executione. Ord. Senat. 10. Februarii 1583.

(*ii*) Ad verba *vel Antiani Parochiæ*.

Antiani aſſiſtentia requiritur in executionibus realibus, quæ fiunt Mediolani, vel
107 intra Corpora Sancta. Ord. Senat. 26. Aprilis 1735.; & actu, quo ejuſmodi
executiones fiunt, omnino cavere debent ab accipiendis fiducialibus depoſitis ſub
108 pœnis contentis in Ord. Senat. 25. Auguſti 1760. *in Addit. Ord. ut ſupra*.

(*ll*) Ad §. *In caſibus* verſic. *ubi adſit pax vel remiſſio*.

Remiſſione in caſu vulneris obtenta ab offenſo, adhuc procedendum eſt ad condem-
109 nationem pro abuſu armorum, & priori evaginatione. Ord. Senat. 9. Septembris
1573., & 14. Maji 1580. §. *Nono*; & remiſſione partis offenſæ non obſtante,
110 quando criminaliter procedendum ſit, præſcribitur in Ord. Senat. 16. Septembris 1541.
Remiſſiones partium, quibus tolluntur delicta, recipi non poſſunt a Notariis ſine
111 decreto Judicis. Ord. Senat. 10. Januarii 1686. §. *Tertio*, & 5. Maji 1707. §. *Ad Septimum*.
Anno 1591. die 3. Auguſti, ad relationem Judicis ad ſignum Galli hujus Urbis, de quodam Martino Regiano imputato ad querelam Caroli Vicecomitis Datiarii, de introductione panis in hanc Urbem, contra prohibitionem Proclamatis imponentis pœnam ſcutorum centum pro tertia parte favore Fiſci, & Communitatis Mediolani; pro alia favore Accuſatoris, & Officialium, & pro alia favore Datiariorum: cenſuit Senatus, attenta Datiarii remiſſione gratis facta dictum Martinum,
112 non eſſe dicta de cauſa ulterius moleſtandum, non obſtante, quod ageretur de præjudicio Fiſci.
Remiſſio conditionata non prodeſt, niſi approbetur a Senatu; referente autem Egr.
Capitaneo Juſtitiæ Thoma Gallarato poſtea Senatore, Senatus approbavit die 15.
113 Aprilis 1613. remiſſionem factam ab Alexandro de Craſſis Dominico de Maſſis, ſub conditione remi triennalis.
Bannitus capitaliter cum bonorum confiſcatione non habet jus faciendi pacem, quia
reputatur mortuus, etiam ſi in gratiam redierit. Ita declaravit Senatus die 21.
114 Julii 1631. pro Trincherio Moſtino, Gentili, Torniello, & Franciſco Grandino -- Egr. Secret. Com. Majoragio.

(*mm*) Ad §. *Sancitum eſt*, &c.

Remiſſio non prodeſt pro primo, & ſecundo furto cum qualitate, quæ faciat illud
tranſire in aliam ſpeciem delicti. Ita referente Egr. Capitaneo Juſtitiæ cenſuit
115 Senatus die 31. Januarii 1587. in caſu cujuſdam Galli, qui fracto oſtio furtum
116 commiſerat; & eodem referente, die 22. Decembris 1589. in caſu Stephani de Vincentiis.
Senatus die 13. Martii 1593. datis literis Egr. Capitaneo Juſtitiæ mandavit liberari,
attenta remiſſione partis Antonium Margherium, qui aſſociatus fuerat Patrem, &
117 Filium de Margheriis, qui furto ſubripuerant mille ducatos Julio Cæſari Cattaneo.
Si furtum fuerit commiſſum cum fractura, & ſcalarum appoſitione, adhuc proderit
118 remiſſio, quia hæ circumſtantiæ non mutant ſpeciem. Ita referente Magnif. Se-
119 natore Cattaneo, & habito prius voto Collegii Fiſcalium, declaravit Senatus die 23. Julii 1615. in cauſa Joannis Baptiſtæ Barzanotti Modoetienſis.

GG 2 Non

Digitized by Google

Non prodeſt remiſſio pro furto commiſſo in loco ſacro, etiam ſi non ſit factum,
vel attentatum de re ſacra. Ita referente Egr. Capitaneo Juſtitiæ, cenſuit Sena-
tus in Ord. 6. Aprilis 1628. damnato Hieronymo Maſchio Cremonenſi ad re-
mum triennalem ob furtum pecuniarum ab eo commiſſum in Templo Sanctæ
Mariæ ad Fontem extra Portam Cumanam, licet obtinuiſſet remiſſionem.

Referente pariter Egr. Capitaneo Juſtitiæ, Senatus die 6. Septembris 1613. decre-
vit fuſtigari debere quemdam Lunatum Reum de furto commiſſo in loco ſacro,
120 licet non de re ſacra, etiam ſi præſentaſſet remiſſionem; quia conſideratum fuit
hujuſmodi furtum ratione loci eſſe ſacrilegum, & dici crimen publicum.

Remiſſiones pro Scacho operantur prout in caſibus furti. Ita ad relationem Egr. Vi-
121 carii Juſtitiæ hujus Urbis, declaravit Senatus in Ord. 6. Julii 1613. pro Joanne
Vinearca Reo conſtituto de duplici Scacho Equorum, decernendo, attentis remiſ-
ſionibus, non eſſe ulterius moleſtandum, & ita in poſterum in ſimilibus caſibus eſſe
ſervandum.

Ad relationem Vicarii Juſtitiæ de Bartholomæo Folcia damnato ad remum ob furtum,
122 declaravit Senatus die 1. Julii 1595. remiſſionem non prodeſſe, utpote productam
poſt condemnationem, ideoque perſiſtendum in ordinatis.

Condemnatus per Prætorem Laudæ pro furto valoris librarum quatuor vel circa ad
fuſtigationem juxta Statutum illius Civitatis, obtinuerat poſt condemnationem, &
lapſo tempore novarum defenſionum remiſſionem, & preces porrexit Senatui, ut
tolleretur condemnatio propter ſuperventam remiſſionem. Referente Magnif. Sena-
123 tore Meltio cenſuit Senatus menſe Martii 1627. cum eſſe obaudiendum, licet Egr.
Fiſcalis Ruginellus voti fuiſſet, attenta modicitate rei furatæ, petita poſſe concedi.

(*nn*) Ad §. *Judices in cauſis damni dati*.

In hiſce cauſis illi, qui ſunt de majori Magiſtratu conveniri non poſſunt coram Præ-
124 tore feudali. Ita declaravit Senatus die 3. Novembris 1595. in cauſa vertente in-
ter Communitatem Secedii, & Sorores de Finafriis, datis literis Prætori Alexandriæ.

(*oo*) Ad verba *ad inſtantiam partis*.

Senatus die 6. Julii 1593. mandavit Judici damnorum datorum Derthonæ, ut circum-
125 ſcriberet condemnationem per eum factam contra quemdam Criſpum, cum non ſo-
lum deficeret partis inſtantia, ſed etiam adeſſet ejus remiſſio.

(*pp*) Ad §. *Procedant Juſdicentes contra abſentes*.

Exul etiam notorius ab hoc Dominio debet peremptoriè citari ad formam ab-
126 ſentis, aliter condemnatio nulla eſt. Ita declaravit Senatus in Ord. 20. Martii
1596. decernendo invalidam condemnationem ſecutam contra Joannem Paulum
Brugoram ob defectum hujuſmodi citationis.

(*qq*) Ad verſic. *citabunt ad domum ubi habitant*.

Ad relationem Judicès ad ſignum Equi hujus Urbis, Senatus die 26. Martii 1596.
127 cenſuit circumſcribendam eſſe condemnationem ſecutam contra Nicolaum Soncinum
de auxilio ad homicidium, & proceſſuum ex integro inchoandum; quia cum tem-
pore delicti habitaret in loco Baregii, & poſtea cum tota Familia ſe tranſtuliſſet
ad habitandum in loco Ciſnuſculi, Peremptorium, & Inquiſitio tranſmiſſa fuerant
ad domum, quam in loco Baregii prius habitabat.

Intimata Inquiſitione per Satellitem Fratri Inquiſiti, dum eum obviam habuit, ſecu-
ta eſt condemnatio in pœnam vitæ in contumaciam; Inquiſitus ex poſt fuit detentus
elapſo termino novarum defenſionum, & relatâ cauſâ per Magnif. Senatorem Caſa-
128 tum, fuit dubitatum circa validitatem intimationis inquiſitionis; unde Senatus die
17. Julii 1670. receſſit a pœna vitæ; eo condemnato ad triremes perpetuos — Egr.
Secret. Belcredio.

Diſpoſita a noſtris Statutis circa citationes in cauſis civilibus ſervanda eſſe etiam in
cauſis criminalibus cavetur in Statuto *cap.* 411. *vol.* 1., & in Ord. Senat. 15. Sep-
temb. 1605. Hinc cum inthimatum fuiſſet Nobb. Franciſco, & Antonio Fratribus
Caſatis pœnale præceptum aureorum trium mille pro ſingulo, tranſmiſſa citatione
ad domum eorum habitationis, cujus janua reperta fuerat clauſa, ut retulerat
Nuncius, cum termino bidui ad comparendum, quibus exiſtentibus contumacibus,
ſecuta fuerat condemnatio in dictam pœnam; allegarunt dicti Fratres nullitatem
recenſitæ condemnationis ex eo, quia in citatione ipſis aſſignatus non fuerat ter-
minus

Digitized by Google

minus tridui, ut præſcribitur in Statuto *cap.* 2. *vol.* 1., quando domus citati re-
129 peritur clauſa; & relatâ in Senatu hac cauſâ, ſancitum fuit die 1. Septembris 1634.
circumſcribendam eſſe condemnationem.

Nullitas, ac defectus citationis etiam in cauſis criminalibus inſanibilis eſt, & allegabilis etiam in limine executionis capitalis ſententiæ. Hinc cum quidam Bannitus in pœnam capitis condemnatus, in carceribus prætoriis Papiæ elapſo termino novarum defenſionum detentus, & jam exiſtens in loco, quem Confortatorium vocant, pro executione condemnationis conſtantiſſimè aſſeveraret ſe non fuiſſe peremptoriè citatum ad videndum ſe condemnari, & peractis a carceratorum Protectoribus laborioſis diligentiis, compertum fuiſſet citationem non ad domum condemnati, ſed ad aliam fuiſſe dimiſſam, Senatus de hac facti veritate certior factus decrevit
130 anno 1631. circumſcripta condemnatione ex integro procedendum eſſe contra detentum, qui conſtitutus Reus, & præſtitis defenſionibus, & purgatis mediante tortura indiciis tandem fuit abſolutus.

(*rr*) Ad verba *& ad valvas Eccleſiæ*.

Petrus Paveſius de loco Piogæ inquiſitus, & condemnatus in pœnam capitis in contumaciam ob homicidium animo deliberato patratum, lapſo termino ad novas defenſiones, fuit captus, & recognitus, factaque relatione per Magnif. Com. Siccoborellam, dubitatum fuit, an ſententia executioni mandari deberet, quia inquiſitio intimata fuit domi quidem habitationis dicti Rei, ſed per rimulas Oſtii, eo abſente, & non ad loca publica, & valvas Eccleſiæ, & quamvis aliqui ex Ampliſſimis Patribus voti eſſent, in hoc caſu nullam adeſſe nullitatem, tamen cum haberetur aliquis
131 fumus minoris ætatis, decretum fuit die 22. Julii 1673. perpetuo remigare debere -- Egr. Secret. Annono.

(*ſſ*) Ad §. *Quod ſi quis* verſic. *hocque modo citati*, *&c.*

In citationibus eſſe ſervandam hanc Conſtitutionem, vel conſuetudinem locorum præ-
132 ſcribitur in Ordine Senatus diei 12. Junii 1629., animadvertendum autem eſt circa conſuetudinem, eam eſſe ſervandam, quæ vigeat in aliqua Civitate, aut Oppido inſigni, ſecus ſi in parva Villa. Ita referente Magnif. Com. Burro declaravit Se-
133 natus die 19. Januarii 1669. in caſu Morelli Banniti a Prætore Meletti -- Egr. Secret. Belcredio.

(*tt*) Ad verſic. *& per ſententiam definitivam condemnentur*, *&c.*

Contumaces damnari non debent majori pœna, qua condemnarentur ſi præſentes eſſent, & contenta in inquiſitione faterentur. Ita referente Magnif. Senatore Pat-
134 tellano, decrevit Senatus die 18. Junii 1664. -- Egr. Secret. Belcredio --; & Ju-
135 dices antequam deveniant ad pœnam extraordinariam, quid ſervare debeant, præſcribitur in Ord. Senat. 11. Octobris 1584.

Condemnationes Reorum contumacium fieri debent ſingulo menſe. Ord. Senat. 29.
136 Decembris 1594. n. 8.; & condemnatio in contumaciam facta ab uno ex Judicibus Prætoriis Mediolani tenet, etiamſi non a Judice condemnante, ſed ab altero fuerit
137 ſubſignatum peremptorium. Ita in caſu condemnationis Annibalis Vicomercati decidit Senatus in Ord. 8. Julii 1617.

Condemnationes in contumaciam, poſt lapſum menſis a die tranſmiſſi peremptorii,
138 promulgari non poſſunt, & ſi fiant, nullæ ſunt. Ita in vim legis generalis ſanxit Senatus in Ord. 10. Januarii 1619.

Condemnatio facta a Judice in contumaciam omiſſâ pœnâ abuſus armorum, reitera-
139 tur ad favorem Fiſci. Ita referente Magnifico Senatore de Puteo, decrevit Senatus datis literis Vicario Martheſanæ die 19. Novembris 1668. -- Egr. Secret. Annono.

Irritatur condemnatio, ſi pendente peremptorio præſentatur Judici reſcriptum, Se-
140 natus pro habenda informatione minoris ætatis, & tranſmiſſa informatione, non renovatur peremptorium. Ita referente Magnif. Senatore Stampa, declaravit Senatus die 5. Martii 1671. in caſu cujuſdam e Valle Seſia -- Egr. Secret. Belcredio.

Homicida incertum ex certis, ſi ſit contumax, condemnandum eſſe in pœnam ordi-
141 nariam, etiam in caſu gratiæ, ſanxit Senatus die 22. Aprilis 1667., referente Magnif. Com. Siccoborella in caſu nonnullorum de Vidigulpho -- Egr. Secret. Anno-
142 no --; & delinquentes in caſu incertitudinis quomodo in contumaciam condemnandi ſint, præſcribitur in Ord. Senatus 8. Januarii 1558.

Pro homicidio patrato cum projectione ſaxi, præcedente rixa, & ex intervallo, ubi delin-

Digitized by Google

delinquens contumax ſit, condemnatio fieri debet in pœnam ordinariam. Ita refe-
143 rente Magnif. Marchione de Clericis, cenſuit Senatus die 24. Octobris 1669. in
caſu cujuſdam Viglevanenſis -- Egr. Secret. Annono.

Condemnatio ſecuta denegato primo termino ad certiorandum, referente Magnif. Se-
144 natore Caſato, declarata fuit nulla a Senatu die 15. Februarii 1677. favore cujuſ-
dam Lucini, qui nec fuit obligatus ad probandam abſentiam — Egr. Secret. Tatto.

Ex ſententia Senatus damnato quodam J. C., ut non poſſet in certa quadam cauſa pa-
trocinari, & in aliis per annum nec voce, nec in ſcriptis, & ulterius arbitrio Se-
natus, dubitatum fuit an ex hujuſmodi ſententia aliqua illi fuiſſet irrogata infa-
miæ juris nota, & ideo aliis muneribus, & honoribus in ipſa Univerſitate, & in
Collegio Juriſconſultorum etiam durante dicto anno, & arbitrio fungi, & frui non
poſſet: ad excluſionem infamiæ per ejus Patrocinatores Paulum Bellonum, & Pe-
trum Franciſcum Corium ambos poſtea Senatores, præ cæteris allegabatur agi de
condemnatione in pœnam extraordinariam ob non ſatis probatum crimen, cujus in-
ſimulabatur. Lectis ejus precibus, declaravit Senatus die 26. Junii 1608. mentis
145 ſuæ non fuiſſe per allegatam ſententiam, in Supplicantem quidquam aliud ſtatue-
re, quam ut abſtineret a patrocinando in memorata cauſa, & ut ſupra; in cæte-
ris autem poſſe Supplicantem fungi omnibus muneribus, & frui omnibus honori-
bus, prout poterat ante prædictam ſententiam.

Similiter cum quidam Mercator ob inſtigationem ad falſam querelam porrigendam, &
quod in eadem cauſa falſum teſtimonium perhibuiſſet, ob defectum indiciorum fuiſ-
146 ſet in aureis ducentum condemnatus; Senatus die 6. Julii 1615. reſcripſit mentis
ſuæ non fuiſſe dicta condemnatione notam infamiæ dicto Mercatori irrogare, nec
eundem a beneficio liquidandi ejus juramento interuſuria, nec ab aliis privilegiis
uti Mercatori competentibus excludere.

(uu) Ad §. *A ſententia lata* verb. *etiam reſpectu intereſſe partis*.

Appellatio in criminalibus non habet locum, & etiam quoad intereſſe Partis rejici-
tur; cum Pars uti debeat remedio recurſus ad Senatum ad normam hujus Conſtitu-
147 tionis. Ita referente Magnif. Senatore Carillo declaravit Senatus die 16. Februarii
1661. in cauſa Carpani detenti, & querelati de furto, mox condemnati a Capita-
neo Modoetiæ in damnis, & expenſis.

(xx) Ad verſic. *non poſſit per quempiam appellari*, &c.

In cauſis criminalibus prohibita eſt appellatio etiam favore Fiſci; nam lata ſententia
abſolutoria ex capite innocentiæ favore Comitis de Vailate, cum Fiſcus recurſum
habuiſſet ad S. R. M., ut dicta ſententia nulla declararetur, reſponſum fuit literis
148 Regiis diei 3. Maji 1663. viam non eſſe aperiendam contra Leges, & obſervan-
tiam hujus Dominii, ubi non permittitur introductio novæ inſtantiæ poſt contro-
verſiam juridicè finitam.

Petita per Fratres Crenas Actores in judicio criminali contra Capitaneum Comitem
Bartholomæum Mariam Vicecomitem reviſione ſententiæ definitivæ in ea cauſa ſe-
cutæ, Excellentiſſimus hujus Dominii Gubernator deputavit Junctam plurium Ad-
149 miniſtrorum, & benè perpenſis hinc inde deductis, cenſuit die 23. Auguſti 1669.
locum non eſſe petitæ per Crenas reviſioni.

Admittitur autem appellatio, quando conſtat de dolo, aut lata culpa Adverſarii, aut
de exceſſu Judicis in imponenda pœna. Ita referente Magnif. Senatore Trotto poſt-
150 ea Præſide, cenſuit Senatus die 19. Februarii 1618. in cauſa vertente inter Capi-
tulum Eccleſiæ Viglevanenſis, & Joannem Baptiſtam Cattaneum; vel quando ex
151 Actis conſtat de evidenti iniquitate, veluti ſi lata fuerit ſententia, non obſtante
impedimento carceris, vel abſentiæ, ut decidit Senatus die 25. Junii 1619.

(zz) Ad §. *Poſſit tamen haberi recurſus*, &c.

Referente Magnif. Senatore Salamanca, Senatus die 6. Junii 1614. circumſcripſit ſen-
152 tentiam capitalem latam contra Thomam de Rubeis Alexandrinum ob notoriam ini-
153 quitatem ſententiæ; & referente Magnif. Senatore Bellono die 7. Julii 1620. juſſit
damnatum capitaliter remigare debere.

Procurator ad allegandum exceptionem banni illius, qui fuit occiſus, non admit-
titur, niſi Reo exiſtente in carcere, ne eluſoria reddatur ſententia, ubi declare-
tur homicidam non eſſe excuſandum. Ita Senatus reſcripſit Judici Cremonæ die
154 11. Februarii 1585. in caſu Roberti Perigardi, cujus Procurator allegabat occi-
ſum

Digitized by Google

ſum a dicto Roberto eſſe bannitum, jubendo ut ipſum Robertum ſiſtere faceret
juxta receptam in hoc Dominio conſuetudinem, & bannum exhibere: deinde ſi de
banno conſtitiſſet, Robertum dimitteret. Idem cenſuit Senatus die 31. Julii
155 1619. in caſu Joannis Baptiſtæ Vicecomitis, referente Magnif. Senatore Cattaneo.

Occaſione recurſus facti a Procuratore Jo. Baptiſtæ Garini adverſus capitalem ipſius
condemnationem, dubitatum fuit, num audiri deberet Garinus extra carceres, li-
cet ex relatione ſtatus cauſæ conſtaret de evidenti nullitate dictæ condemnationis,
excitatum fuit ſuper hoc dubio Collegium Fiſcalium, cujus votum fuit poſſe ad-
mitti recurſum Garini etiam ipſo extra carceres exiſtente, attenta evidenti nulli-
tate ejus condemnationis; quo viſo Senatus reſcripſit Prætori Luini, ut circum-
156 ſcripta condemnatione denuo Garinum peremptoriè citaret ſub pœna remi trien-
nalis, & contumacem in eam pœnam condemnaret, ut in Ord. 3. Auguſti 1617.

Ex poſt invaluit apud Senatum obſervantia admittendi ejuſmodi recurſus exiſtentibus
extra carceres Supplicantibus, quoties ex actis cauſæ conſtet de evidenti nullitate,
vel injuſtitia condemnationis vel ob exceſſum, vel ob alias juſtas cauſas; & ita
157 ſervatum fuit in pluribus aliis caſibus; nempe die 21. Julii 1618. in caſu Jacobi
Bernardi de Boidis de loco Caſtellatii, referente Magnif. Senatore Vicecomite.

Literis diei 12. Februarii 1628. juſſit Senatus Prætori Pontremuli, ut circumſcri-
158 beret inquiſitionem tranſmiſſam Fratribus de Giambecariis, uti evidenter nullam,
licet ipſi extra carceres exiſterent.

Admiſſus fuit die 4. Aprilis 1637. Defenſor pro Majocho ad allegandum impunita-
159 tem homicidii in perſonam cujuſdam Qualeæ commiſſi, quia notoriè conſtabat ip-
ſum, licet non bannitum, impunè occidi potuiſſe vigore Proclamatis, contra
eum juſſu Senatus publicati.

Juſſit Senatus literis 21. Junii 1638. Vicario Seprii, ne moleſtaret amplius Fratres
Crucejos inquiſitos de homicidio ſecuto in perſonis Fratrum de Turrianis licet
160 extra carceres exiſtentes, quia ex ipſa inquiſitione reſultabant homicidia prædicta
ad propriam, & neceſſariam defenſionem patrata.

Anno 1639. Senatus circumſcripſit condemnationem cum bonorum confiſcatione la-
161 tam contra Rajmundum Scottum ob patentes, & notorias nullitates, & injuſti-
tias, quas J. C. Carolus Scotus, & cæteri ejus Fratres, tamquam conjunctæ per-
ſonæ dicti Rajmundi, allegarunt ipſo extra carceres exiſtente.

Si uno ex Conreis poſtulante, condemnatio nulla declaretur a Senatu, non poteſt
Fiſcus ex ea condemnatione agere contra alios. Ita cenſuit Senatus die 31. Julii
162 1539. audito Fiſco, & Magiſtratu Extraord. Reddit. in cauſa Joſeph Ferrarii
Viglevanenſis, mandando Referendario Viglevani, ut Joanni Franciſco ejus Fratri
bona apprehenſa relaxaret abſque contradictione.

(*aaa*) Ad §. *Sed quia aliquando* verb. *petendo literas.*
ad novas defenſiones.

Biennium conceſſum eſt ad petendas novas defenſiones, hocque currere debere a die
patrati delicti præſcribitur in Ord. Reg. Tomarienſi diei 17. Aprilis 1581. § *In-
tendiamo oltra ciò — impreſ. inter Ord. Senat.*; Verum dictum biennium currere
163 debere tantum a die ſecutæ condemnationis, declaratum expoſt fuit literis Regiis
3. Februarii 1587., & pro generali earundem notitia in Ord. Senatus 7. Aprilis
dicti anni 1587

Novæ defenſiones non conceduntur a Senatu etiam intra biennium, quando eas pe-
164 tentes convicti ſint. Ord. Senat. 11. Auguſti 1616. §. *Novæ*; non pariter conce-
duntur ſalviconductus pro non delatis, nec indiciatis petentibus admitti ad no-
165 vas defenſiones, qui condemnati ſunt. Ord. *eod.* §. *Non fiant ſalviconductus*.

Condemnatus in pœnam corporalem, & admiſſus ad novas defenſiones, tenetur ſe
perſonaliter conſtituere infra decem dies numerandos a die conceſſionis novarum
166 defenſionum; & condemnatus in pœnam pecuniariam, & admiſſus ut ſupra, te-
netur intra menſem proſequi ſuas defenſiones. Ord. Senat. 26. Octobris 1548.,
ibique *in meis annotat.*

Proceſſus damnatorum in contumaciam, & petentium admitti ad novas defenſiones
communicari debent a Judicibus cum uno ex Reg. Advocatis Fiſcalibus, & in
167 fine relationis exprimi debet ejus votum. Ord. Senat. 24. Julii 1607., nunc au-
tem proponuntur in Curia, ubi omnes Advocati, & Syndici Fiſcales interve-
niunt, & votum proferunt.

Bannitus captus admittitur ad novas defenſiones, non obſtante Proclamatum prohi-
bitio-

Digitized by Google

168 bitione, ſi ita ſuadeat qualitas indiciorum, & perſonæ. Ord. Senat. 14. Novem-
bris 1598. ibique *in meis annotat.*, & Petens admitti ad novas defenſiones intra
169 quodnam tempus præſentare debeat Senatui relationem ſtatus ejus condemnatio-
nis, præſcribitur in Ord. Senat. 22. Junii 1648.

Non factis defenſionibus, vel non probata innocentia Banniti, exequitur contra
eum ſententia, ac ſi admiſſus minimè fuiſſet ad novas defenſiones. Ita Senatus
170 reſcripſit Magnif. Prætori Cremonæ die 8. Novembris 1546.; idem ad relatio-
171 nem Prætoris Caſalis Majoris decrevit Senatus die 12. Januarii 1589. contra
Andream della Parte pro multis delictis ad furcas damnatum, ſed de nullo con-
victum, præterquam de fractura Carcerum, qui captus admiſſus fuerat ad novas
defenſiones, ſed nihil præſtiterat, jubendo ut ſuſpenderetur; & die 31. Julii
172 1619. referente Magnif. Senatore Papyrio Cattaneo, jubendo exequi ſententiam
contra quemdam condemnatum in pœnam capitis, qui admiſſus ad novas defen-
ſiones nihil pariter præſtiterat.

Relato per Prætorem Mediolani ſtatu cauſæ cujuſdam de Marianis appellati *l'Offel-
lino* damnati ad furcas ob furta, qui captus, & admiſſus ad novas defenſiones
nihil præſtiterat, juſſit Senatus die 12. Januarii 1584. illum remigare debere
173 quinquennio, cum nil aliud haberet contra ſe, quam dictum Socii; & die 29.
Novembris ejuſdem anni cum Joannes Rubeus capitaliter damnatus ob tentatam
vim in quandam Virginem nihil præſtitiſſet in novis defenſionibus ſibi conceſſis,
& contra ipſum levia tantum extarent indicia, cenſuit Senatus ad relationem
174 Vicarii Juſtitiæ remigare debere per quinquennium, licet multi ex Ampliſſimis
Patribus voti fuiſſent, ut executioni mitteretur condemnatio.

Si condemnatus pro homicidio animo deliberato patrato petat admitti ad novas de-
fenſiones adverſus qualitatem animi deliberati, non admittitur; ſecus vero ſi aga-
175 tur de ſeparanda hujuſmodi qualitate a condemnatione pro vulneribus illatis. Ita
decrevit Senatus die 8. Novembris 1583.

Novæ defenſiones non conceduntur, quando aliquis fuit præſens, & habuit termi-
176 nos ad præſtandas defenſiones, & non fecit, & fuit condemnatus. Ita poſt alios
caſus ſanxit Senatus die 30. Julii 1588. in caſu Tognini *della Sabbia* Aronenſis;
177 & die 7. Julii 1591. ſuper relatione Prætoris Comi de Stephano Limbra.

Cum Fratres Bariani ultima die biennii petiiſſent admitti ad novas defenſiones ad-
verſus capitalem condemnationem, & deindè per quinquennium non curaſſent
178 ſtatum cauſæ reſcribi; cenſuit Senatus die 31. Januarii 1592. attentâ hujuſmodi
negligentiâ eſſe obaudiendos quoad petitas novas defenſiones.

Judex ad ſignum Galli conſuluit Senatum, an Bartholomæo Areſio conſtituto, &
admiſſo ad novas defenſiones adverſus condemnationem capitalem contra eum in
contumacia ſecutam ob homicidium Joannis Ambroſii Petraſanctæ edendum eſſet
exemplar proceſſus per eum petiti juxta ſtylum abſque eo, quod fieret recognitio
per Teſtes, qui in proceſſu ipſum Areſium non nominabant, ſed tantum deſcri-
bebant, aſſerebantque ſe homicidam vidiſſe, & cognoviſſe, Senatus die 2. De-
179 cembris 1589. cenſuit faciendam eſſe omnino dictam recognitionem, priuſquam
ederetur exemplar proceſſus.

Dionyſius Gariboldus damnatus pœna càpitis a Vicario Martheſanæ petiit admitti
ad novas defenſiones, quæ ipſi uti convicto denegatæ erant; cum vero ageretur
de raptu cum conſenſu Raptæ, declaravit Senatus die 17. Auguſti 1596. non
180 habere locum pœnam ordinariam, & licet Fiſcus diceret, attenta injuſta condem-
natione, debere denuò citari ſub pœna remi quinquennalis, ſatius tamen duxit
Senatus, reſecando alium proceſſum denuò conſtruendum, illum admittere ad no-
vas defenſiones, ut hoc modo poſſet ea omnia deducere, quæ voluiſſet.

Anno 1620. die 11. Julii, referente Magnif. Senatore Corio, decrevit Senatus eſſe
181 exequendam ſententiam capitalem contra Dominicum Gorlam, non obſtantibus
defenſionibus præſtitis, ob malam ejuſdem qualitatem, & alia delicta.

Si ex novis defenſionibus per Bannitum captum præſtitis reſultet nullitas condem-
nationis, nihilominus juxta praxim Senatus, Bannitus condemnatur vel ad trire-
mes per triennium, vel ad tres ictus funis ob contraventionem ipſius banni,
182 quia ad eum non ſpectat judicare de nullitate banni, & illi contravenire. Ita
cenſuit Senatus die 2. Octobris 1619.

Capto quodam Bannito, & de anno 1622. condemnato ad rotam ob homicidium
proditorium commiſſum in perſonam cujuſdam ejus Conſobrini cum robaria, cum
lapſum eſſet quaſi quinquennium, petierunt Protectores Carceratorum haberi ratio-
nem

Digitized by Google

nem ejus minoris ætatis, de qua conſtabat per fidem Baptiſmi, & per Teſtes,
licet in proceſſu nullus minoris ætatis fumus adeſſet; eo autem ducto coram Se-
183 natu, & conſtito de minoritate, commutata fuit die 10. Junii 1627. pœna rotæ
in remum perpetuum.

Non conceduntur novæ defenſiones Reis confeſſis. Ita poſt alios caſus, referente
184 Magnif. Senatore Anulpho decrevit Senatus die 12. Septembris 1662. in caſu
Petri Antonii Pizigæ -- Egr. Secret. Annono --; & referente Magnif. Com. Ar-
185 chinto die 11. Auguſti 1665. in caſu Palazoli Laudenſis ſuper definitiva Præto-
ris Laudæ -- Egr. Secret. Beleredio.

Novæ defenſiones intra biennium denegatæ fuerunt a Senatu, referente Magnif.
186 Senatore Com. Loayſa, die 27. Octobris 1670. Joſeph Bruto Bannito, cum ferè
eſſet convictus, ſententiaque nullitate non peccaret -- Egr. Secret. Gradignano.

Admiſſus ad novas defenſiones debet ſiſtere perſonaliter, nec admittitur ſub fidejuſſio-
ne, & ubi hæc præſtita ſit cogitur nihilominus ſiſtere. Ita referente Magnif. Sena-
187 tore Anulpho ſanxit Senatus die 23. Auguſti 1664. in caſu Roberti e loco Piceleo-
nis, banniti ob homicidium Horatii Grazani -- Egr. Secr. Annono --; & referente
188 Magnif. Senatore Com. Bracherio die 6. Maji 1662. in caſu banniti ob Sobdo-
miam -- Egr. Secret. Ivagnez.

Lapſo biennio non admittitur bannitus ad novas defenſiones, neque terminus biennii
189 prorogatur. Ita cenſuit Senatus die 29. Maji 1666. in caſu Comitis Marliani --
Egr. Secret. Coſſa.

Bannitus admittitur ad novas defenſiones, quando non eſt convictus, nec valdè gra-
vatus, licet in hoc caſu ſit arbitrium Senatus. Ita referente Magnif. Senatore
190 Anulpho cenſuit Senatus die 8. Octobris 1663. in caſu Bozzii Brixienſis banniti a
Prætore Viglevani pro homicidio in rixa commiſſo -- Egr. Secret. Sadarino.

Franciſcus Prina bannitus ob vulnera animo deliberato, & occidendi illata Franciſco
Paganino, & convictus de principali delicto, petiit admitti ad novas defenſiones
reſpectu qualitatis animi deliberati, prætendens qualitatem poſſe ſeparari; diu res
agitata fuit, & excitata Curia votum Prinæ favorabile dedit; Senatus vero, refe-
191 rente Magnif. Senatore Bottigella, rejecit die 15. Januarii 1661. petitionem ſepa-
rationis dictæ qualitatis, non obſtante voto Curiæ, & rurſus die 1. Junii 1662. --
Egr. Secret. Annono.

Admiſſio Banniti ad novas defenſiones eſt arbitraria Senatui, qui recognito ſtatu cau-
ſæ, conſtito, adfuiſſe indicia gravia ad inquiſitionem, condemnationem ritè, & re-
ctè fuiſſe factam, & carere nullitatibus, ipſas defenſiones etiam intra biennium de-
negat, ac decernit ſententiam mitti executioni. Ita poſt alios caſus, referente Ma-
192 gnif. Senatore de la Hoz, ſanxit Senatus anno 1653. 6. Januarii in eo Ambroſii
Viſmaræ damnati ad capitis amputationem -- Egr. Secret. Sadarino --; & die 8.
193 Februarii ejuſdem anni in caſu Fratrum de Corbettis in pœnam capitis pariter
condemnatorum ad definitivam Egr. Capitanei Juſtitiæ -- Egr. Secret. Ivagnez.

Admiſſus ad novas defenſiones non poteſt evitare executionem ſententiæ, niſi oſtenſa
ejuſdem nullitate, vel exceſſu pœnæ ex probationibus facti reſultantibus ex pro-
ceſſu, & Reo probante, poteſt Fiſcus, vel Actor reprobare. Ita referente Magnif.
194 Senatore Pattellano declaravit Senatus die 19. Februarii 1661. in caſu Caravagii
de Roſate ſuper definitiva Curiæ Papienſis -- Egr. Secret. Beleredio.

Bannitus non auditur, niſi petat admitti ad novas defenſiones ſervatis ſervandis, nec
ſub quocunque titulo dantur Ordines ad Magiſtratum, ut ſuperſedeat a confiſcatio-
195 tione. Ita referente Magnif. Senatore Menochio, cenſuit Senatus die 14. Aprilis
1670. in caſu Soncini banniti ob homicidium Satellitis Magnif. Prætoris Papiæ --
Egr. Secret. Maddio.

Admittitur autem ad novas defenſiones, etiam ſi non petat, ubi indicia ſint valdè
196 debilia, data Fiſco facultate augendi probationes quoad delictum principale. Ita
referente Magnif. Senatore Cavalchino, decrevit Senatus die 30. Martii 1664. --
Egr. Secret. Gradignano.

Joanne Marliano condemnato pro graviſſimo delicto & lapſo biennio petente reſtitu-
tionem in integrum ob minorem ætatem contra lapſum temporis ad petendum ad-
mitti ad novas defenſiones, referente Magnif. Senatore Carillo, cenſuit Senatus die
197 12. Auguſti 1669. eſſe rejiciendam petitionem -- Egr. Secret. Gradignano --; & rurſus
198 die 17. ejuſdem menſis, & anni, referente eodem Carillo, in caſu Molinari, qui erat
Minor de tempore patrati delicti, ſed Major annorum decem octo de tempore con-
demnationis, cum pariter ageretur de delicto atrociſſimo -- Egr. Secret. Gradignano.

Digitized by Google

Salvuſconductus per aliquod tempus Bannito ad effectum ſe præſentandi in Carcere non conceditur, niſi lapſum ſit biennium ad petendas novas defenſiones; eo vero
199 durante, conceditur menſis, ita tamen, ut domi ſiſtat. Ita referente Magnif. Senatore Menochio decrevit Senatus die 23. Januarii 1674. in caſu Galimberti -- Egr. Secret. Oliverio.

In caſu Ambroſii Sormani in pœnam ordinariam condemnati ob exploſionem in Satellitem emiſſam animo deliberato, quamvis lapſum eſſet biennium ad petendas novas defenſiones, referente Magnif. Senatore Carillo, dictum fuit die 13. Novem-
200 bris 1670. perpetuo remigare debere, cum dubitatum fuerit circa intimationem peremptorii in ſolis rimulis oſtii, nec in alio loco factam.

(*bbb*) Ad §. *Conceſſis* verb. *Judices contra Reum*, &c.

Admiſſus ad novas defenſiones non debet examinari, nec ſub fidejuſſione relaxari.
281 Ita Prætori Viguzoli ſcripſit Senatus in Ord. 6. Julii 1600., & Prætori Viguеriæ in Ord. 7. Junii 1608.

Teſtes non debent repeti, nec pro repetitis haberi contra admiſſum ad novas defenſio-
202 nes. Ita reſcripſit Senatus Prætori Piceleonis in Ord. 15. Februarii 1608.

(*ccc*) Ad §. *Hæc Conſtitutio*, &c.

Anno 1666. die 16. Septembris, referente Magnif. Com. Siccoborella, Senatus dene-
203 gavit, elapſo anno, novas defenſiones cuidam Ferrario Novarienſi condemnato in pœnam pecuniariam -- Egr. Secret. Maddio.

Condemnatis anno 1629. a Vicario Martheſanæ Jo. Maria Amato, & Hieronymo Ripa in ſcutis centum, & ad Cameram tranſmiſſa condemnatione, fuerunt ipſi ad novas defenſiones admiſſi, & poſtea ſub fidejuſſione relaxati deceſſerunt; cum vero
204 Fidejuſſor vexaretur ab Executore Camerali, fuit admiſſus die 5. Decembris 1639., & ſic poſt decennium ad defenſionem proſequendam mortuorum, qui ſtatuto termino ob mortem ſuperventam eam præſtare non poterant; & die 17. Septembris
205 1641., referente Magnif. Senatore Arias fuerunt per Senatum abſoluti dicti condemnati durante tempore ad præſtandas defenſiones defuncti.

Ad relationem Prætoris Tritii, Senatus die 26. Februarii 1582. declaravit hanc Conſti-
206 tutionem eſſe ſervandam etiam in condemnationibus, quæ Feudatariis applicantur.

Si pœna ſit alternativa, cum tunc electio ſit Fiſci, qui ſæpè eligit pœnam pecuniariam, Senatus aliquando ſervavit, ut ſumerentur informationes ſuper idoneitate
207 ſolvendi, quibus habitis admiſit Reum ad novas defenſiones etiam poſt annum, tanquam quod ageretur de pœna corporali; & ita reſcripſit die 5. Auguſti 1589.
208 Magnif. Prætori Papiæ; & die 12. Julii 1590. Prætori Alexandriæ.

IN QUIBUS CASIBUS CRIMINALITER PROCEDI NON POTEST.

SCiant Capitaneus Juſtitiæ, & omnes Judices, quantamcunque amplam auctoritatem habentes, circumſcriptis omni auctoritate, & arbitrio, ſi quod haberent ultra jus, eis non licere ſub pœna indignationis Principis, contrà quempiam procedere per querelam, denuntiam, vel accuſationem, nec alio quovis modo pro aliqua re, vel cauſa, ſeu afferto delicto, quæ, vel quod ſumi poſſit ex negotio, quod originem habuerit à contractu (*a*), & ſapiat naturam contractus, & ubi alio modo proceſſum foret, is proceſſus pro nullo habeatur, ſitque nullius efficaciæ, voloris, & momenti. §. Hæc tamen Sanctio non comprehendit caſum, ubi vis intervenit (*b*); nec etiam ubi contractus doloſè initus reperiatur. §. Tenentur quoque Juſdicentes, probationes inquiſiti, volentis probare (*c*) rem habere originem à contractu, admittere, abſque eo quòd ſe in Carceribus conſtituat, ipſo tamen Fidejubente de fuga

non

Digitized by Google

non facienda, & de ſe conſtituendo, caſu quo poſtea teneretur ſe conſtituere, ſub pœna arbitrio Juſdicentis imponenda, attenta ſemper Rei, & perſonarum qualitate.

AD TIT. IN QUIBUS CASIBUS CRIMINALITER PROCEDI NON POTEST.

DECIS. ET ANNOT.

PRo expoſitione Infantis ad Hoſpitale procedi non poteſt criminaliter, ſed tantum
1 civiliter. Ita Prætori Derthonæ reſcripſit Senatus in Ord. diei 24. Julii 1682.

AD CONSTITUTIONEM.

(*a*) Ad §. *Sciant* verb. *originem habuerit a contractu*.

Pro facto de facto licet habente originem a contractu criminaliter procedi poſſe diſ-
ponit Proclama Eminentiſſimi Cardinalis Infantis hujus Dominii Moderatoris diei
2 30. Auguſti 1633.; hoc tamen non debet indiſtinctè ſervari; ſed tunc locus eſt cri-
minalitati, quando ſecuta ſunt ſcandala, ſeu alia delicta; ubi vero in facto de fa-
cto apparet de animo injuriam inferendi, & contemnendi, tunc qui fecit de facto
cogitur ad reſtaurandum opus demolitum, vel ad reſtituendam rem in priſtinum ſta-
tum, etiam ſi cauſa inde remittatur ad Judicem civilem. Ita referente Magnif. Com.
3 Siccoborella, declaravit Senatus die 2. Junii 1668. in caſu actionis criminalis in-
tentatæ per Reſcalios contra Com. Dugnanum, non obſtante voto Curiæ Prætoriæ
hujus Urbis -- Egr. Secret. Maddio.

Cauſam criminaliter promotam ſi decernatur a Curia eſſe civiliter cognoſcendam, non
cognoſcitur civiliter a Judice, qui proceſſum inſtruxit, niſi ipſe ſit Judex compe-
4 tens in judicio civili. Ita referente Magnif. Senatore de Puteo, cenſuit Senatus
die 29. Martii 1670. in cauſa vertente inter Marchionem Vicecomitem, & Anno-
nos -- Egr. Secret. Annono.

Judice ordinante cauſam eſſe civiliter cognoſcendam, debet tolli etiam præceptum in
via criminali tranſmiſſum. Ita referente Magnif. Senatore Marchione de Araciel, de-
5 crevit Senatus die 1. Decembris 1717. favore Capitanei Lucæ Antonii Mogni Pa-
trui mei contra Marcum Delphinonum.

(*b*) Ad §. *Hæc tamen* verſic. *ubi vis intervenit*.

Ubi factum de facto patretur vi, & armis, incurritur pœna vitæ, & confiſcationis
6 bonorum ex Proclamate Comeſtabilis Caſtellæ 22. Auguſti 1598.

(*c*) Ad §. *Tenentur* verb. *volentis probare*, *&c*.

Vendentes, aut in uſus proprios convertentes res alienas, vel fugientes cum ipſis,
7 vel eas occultantes, inquiri debent de Scacho, nec admitti debent ad probandum
rem habere originem a contractu. Ita præſcribitur in Ord. Senat. 2. Maji 1591.

DE CRIMINE LÆSÆ MAJESTATIS.

IN omni læſæ Majeſtatis, Rebellioniſve, ſive turbationis Status, Rei citandi ſunt ad domum ſolitæ habitationis tempore delicti, & illa ceſſante, ubi aliquando habitare conſueverunt tempore tamen commiſſi delicti, & ad loca publica illius Civitatis, vel loci in forma, in qua abſentes citari ſolent; hiſque ceſſantibus, in loco delicti, & ad loca publica ejuſdem juxta ſolitum locorum. Quòd ſi delictum extrà Dominium committatur, certaque non eſſet habitatio delinquentis, vel ubi habitare conſueverat, citandus eſt in loco origi-

originis propriæ, vel paternæ, nec non ad loca publica juxta ſolitum ipſius loci. §. Poſſit quoque fieri citatio tàm per Edicta, quàm alio modo, in caſibus tamen à jure permiſſis. §. Judices in præmiſſis conſiderare debent in danda dilatione majori, vel minori, habita ratione ubi ſit, vel veriſimiliter eſſe poſſit citandus; & inſuper procedere poſſunt per accuſationem, denuntiationem, inquiſitionem, & aliter, etiam per præcepta pœnalia, ſub pœna confeſſi, & convicti criminis, ſummariè, ac ipſa facti veritate attenta, omnibus juris, & Statutorum ſolemnitatibus omiſſis.

Quicunque crimen læſæ Majeſtatis, vel rebellionis commiſerit, is ipſo jure crimen læſæ Majeſtatis, & rebellionis incurriſſe intelligatur, ultimoque ſupplicio afficiatur, & bona ejus Fiſco applicata intelligantur, ultra alias pœnas à jure communi impoſitas. §. Non poſſit tamen poſt mortem procedi, niſi in caſibus aliàs à jure permiſſis.

Si quis perſonam Principis, vel Locum-Tenentis Generalis offenderit, vel offendere attentaverit, aut practicaverit, tàm ipſe, ſocii, & participes, quàm horum conſcii, qui non revelaverint, ſcindantur in fruſta, lociſque eminentioribus Civitatis affigantur, donec conſumpta erunt, bonaque eorum allodialia, & feudalia confiſcentur, & ſententia, etiam in contumaciam lata, omnibus præjudicet. §. Aſcendentes verò, & deſcendentes, ac alii ſecundùm Juris communis formam puniantur.

AD TIT. DE CRIMINE LÆSÆ MAJESTATIS.

DECIS. ET ANNOT.

1 ACtio criminalis in hoc crimine datur etiam contra hæredes delinquentis. Ita referente Magnif. Senatore Aloyſio Belcredio, declaravit Senatus die 18. Maji 1632.

2 Turbantes, vel aliquo modo offendentes Regiam Juriſdictionem incurrunt pœnam vitæ, confiſcationis bonorum etiam feudalium, & Criminis læſæ Majeſtatis in primo capite, ex Proclamate Comeſtabilis Caſtellæ 12. Septembris 1596.

Cum quidam Cremenſis eduxiſſet per vim e loco Camnaghi diſtrictus Mediolanen-
3 ſis Mulierem, quam per vim ſtupraverat, uti non ſubditum huic Dominio non
commiſiſſe crimen læſæ Majeſtatis, & attenta remiſſione, eſſe liberandum vigore Indul-
ti, licet excipientis dictum crimen, viſo voto Fiſcalium cenſuit Senatus anno 1606.

Pœna criminis læſæ Majeſtatis non habet locum in non ſubdito, etiamſi adſit delicti con-
feſſio, ſed ſit inveroſimilis, varia, & non adminiculata; Hinc, referente Magnif.
4 Senatore Com. Archinto, condemnavit Senatus die 30. Julii *1676.* in pœnam ex-
ſtraordinariam triremium in perpetuum quemdam Gambarinum, qui erat in con-
feſſis proditionis Caſtri Gavoni in loco Finarii -- Egr. Secret. Oliverio.

Rei criminis læſæ Majeſtatis Divinæ, vel humanæ frui nequeunt beneficio liberatio-
5 nis Banniti vigore Proclamatum, juxta declarationem expreſſam in Proclamate 3.
Septembris 1708. §. *Dichiariamo però*.

DE RAPTU MULIERUM.

RAptores mulierum honeſtarum, aut eis vim inferentes, etiam ſi copula non ſequatur (*a*), pœnâ capitis puniendi ſunt, ita quòd moriantur, & etiam confiſcationis bonorum. §. Et non ſolum ipſi; ſed etiam eiſdem pœnis teneantur hi, qui eos comitati fue-

fuerint, vel ad id auxilium, conſiliumve, & favorem dederint.

Imputatus de raptu, aut de vi mulieri illata, minimè probare poſſit (*b*) eam fuiſſe inhoneſtæ vitæ, modò rapta, aut vim paſſa habitaret cum Patre, aut Matre, vel Marito, aut Fratribus, aut Patruo, vel Avunculo, aut Amita, & etiam ſi ſola habitaret, & eam in vicina honeſtæ vitæ exiſtimari per duos integræ opinionis Teſtes probetur; & ſi contrarium in dictis caſibus probatum fuerit, non relevet; quinimò accuſati, complices, & auxiliatores, pœnis ex præſentibus Conſtitutionibus, & à Jure communi illatis puniantur. §. Cæterùm omnes, qui de vi (*c*), aut mulierum quarumcunque raptu, etiam quòd proſtitutæ ſint (*d*), Rei fuerint, nec non participes, & auxiliatores, puniri poterunt, non ſolum juxtà Jurium municipalium diſpoſitionem, ſed pro arbitrio Principis, vel Senatus, etiam corporaliter, ſecundùm qualitatem delicti, & perſonarum.

AD CONSTITUTIONEM DE RAPTU MULIERUM.

Decis. et Annot.

(*a*) Ad §. *Raptores* verſic. *etiam ſi copula non ſequatur*.

MAtrimonium ſubſecutum multum prodeſt ad evitandam pœnam hujus Conſti-
tutionis. Hinc cum Joannes Perinus, qui cum Maria Sala de Patris conſenſu
ſponſalia contraxerat ſub lege intra trimeſtre reportandi diſpenſationem a Sum-
mo Pontifice affinitatis in quarto gradu; cumque Patrem Sponſæ pœnituiſſet,
& Perinus Sponſam conſentientem abduxiſſet, & cum licentia Epiſcopi Novariæ
Matrimonium contractum fuiſſet, fuit dictus Perinus a Patre Sponſæ accuſatus de
1 raptu coram Prætore Antigorii; delata autem hac cauſa ad Senatum, decretum
fuit die 10. Junii 1594. dictum Joannem Perinum non eſſe moleſtandum.

Conſenſus Mulieris raptæ non excludit delictum, nec excuſat a pœna. Ita cenſuit
2 Senatus die 9. Maji 1599. in caſu Leonis Placentini, quem in contumaciam juſ-
ſit damnari in pœnam capitis, & bonorum confiſcationem per literas datas Ma-
gnif. Prætori Papiæ; quamvis Raptum cum conſenſu Raptæ puniri non debere
3 pœnâ ordinariâ decreviſſet die 17. Auguſti 1596. in caſu Dionyſii Gariboldi dam-
nati in pœnam capitis a Vicario Martheſanæ.

Ut ſit locus pœnæ ab hac Conſtitutione præſcriptæ requiritur aliquis conatus ad
4 copulam, aliter nimis a jure communi deflecteret; hinc anno 1557. die 23. Julii
Senatus abſolvit a pœna ordinaria quemdam Equitem, qui rapuerat ex Monaſte-
rio Sanctæ Claræ hujus Urbis Nobilem puellam, quia præceſſerat tractatus Ma-
trimonii, & ſecuta non fuerat attentatio copulæ.

Anno 1615. die 14. Junii cenſuit Senatus capite plectendum Joannem Baptiſtam San-
5 ſonem ſuper Platea Sancti Stephani in Brolio hujus Urbis ob raptum Puellæ vi-
lis, & infimæ conditionis cum conatu ad copulam, ſed non ſecuto effectu ob
conſtantem ejus reſiſtentiam.

Ad relationem Magnif. Senatoris Acerbi Senatus die 13. Maji 1621. reſcripſit Ma-
6 gnif. Prætori Cremonæ eſſe excuſandum Banulphum del Contados a furtiva abdu-
ctione Annæ Mariæ Brocardæ, quam poſtea clandeſtinè deſponſaverat.

Conſultus Senatus in quam pœnam damnari deberent Martinus Gallaranus, & Com-
plices de attentato raptu Paulæ Antoniæ Negroliæ Puellæ nubilis, reſpondit die
7 5. Aprilis 1607. eos in contumaciam damnandos eſſe in pœnam remi perpetui,
ita ut ſi in hoc Dominium veniſſet, impunè offendi poſſent.

Reum attentati raptus Mulieris honeſtæ, ſed non ſecuto effectu, ſuperventa remiſ-
ſione, referente Magnif. Senatore Marchione Erba, cenſuit Senatus die 1. Maji
8 1669. exulare debere in perpetuum a toto hoc Dominio, comminatâ pœnâ remi-
gii quinquennalis, ſi in hanc Provinciam pedem intuliſſet -- Egr. Secret. Maddio.

Quidam ex Provincia Cremonenſi ob raptum Mulieris conjugatæ conſentientis, & ſine
vi, ſed invito ejus Marito, damnatus fuit a Senatu in pœnam ordinariam die 21.
9 Maji 1671. referente Magnif. Senatore Menochio -- Egr. Secret. Sadarino.

Crimen

Digitized by Google

Crimen raptus Mulieris honeſtæ, etiam non ſecutâ copulâ, quoad gratiam eſt de
10 reſervatis S. R. M. ex Ord. Reg. 9. Auguſti 1565., ſi tamen patratum ſit causâ
libidinis, ut ibi *in meis annot. n.* 8., & in Reatu ſit expreſſa qualitas honeſtatis
Mulieris, ut in caſibus pro gratia deciſis a Senatu, relatis ſupra *ad tit. de Senator. n.*251.252.; & condemnatus de hujuſmodi delicto frui nequit beneficio libe-
11 rationis Banniti vigore Proclamatum, juxta declarationem expreſſam in Proclamate
3. Septembris 1708. §. *Dichiariamo però*.

(*b*) Ad §. *Imputatur* verſic. *minimè probare poſſit &c.*

In cauſa abductionis Joanninæ Foſſatæ filiæ Marci Antonii Derthonenſis factæ per
Angelum Montemerulum, cenſuit Senatus die 10. Maji 1614. eſſe admittenda ca-
12 pitula, quatenus reſpicerent perſonam dictæ Joanninæ, quoad ejus qualitatem
vilem, & parum honeſtam; quatenus autem tangerent qualitatem ejus Parentum,
illa eſſe moderanda, datis literis Prætori Derthonæ – Egr. Secret. Beſutio.

(*c*) Ad §. *Cæterum omnes, qui de vi &c.*

Hanc ſanctionem procedere etiam in inferente vim Puellæ nondum viri potenti, &
13 eſſe locum pœnæ capitali, referente Magnif. Senatore Brugora, reſcripſit Senatus
Prætori Valentiæ die 9. Septembris 1556.
Ad relationem Magnif. Senatoris Panigarolæ, Senatus die 25. Novembris 1583.
14 damnavit in pœnam capitis Dominicum Continum Novarienſem, qui confeſſus
fuerat ter diverſis temporibus, & diverſis Mulieribus vim intuliſſe, & ad actum
proximum copulæ deveniſſe, licet ſine effectu, attenta ejus conſuetudine delinquendi.
Anno 1591. die 31. Julii, ad relationem Prætoris Caſalis Majoris, cenſuit Senatus
Vincentium Muſſum, qui vim inferre tentaverat Petræ de Catalcis Puellæ nobi-
li, quam poſtea in Uxorem duxerat, exulare debere per ſex menſes ab hoc Do-
15 minio, a qua pœna poſſet ſe eximere ſolutis aureis decem Cameræ Dominicali
dicti loci Caſalis Majoris.
Inquiſitus de attentato ſtupro in Puellam honeſtam, ſi ſit contumax, damnari debet
16 in pœnam ordinariam, non obſtante remiſſione. Ita referente Magnif. Senatore
Carillo, decrevit Senatus die 9. Auguſti 1668. datis literis ad Prætorem Valliſ-
ſaxinæ -- Egr. Secret. Maddio.
Referente Magnif. Senatore Anulpho judicavit Senatus die 16. Decembris 1662.,
17 minorem ætatem non juvare in ſtupro cum vi ad evitandam pœnam ordinariam
in caſu Torti, & Guajani e loco Caſſini Stradarum -- Egr. Secret. Ivagnez.
Stuprum non purgatur dotatione, vel nuptiis Stupratæ, quia dos ſecundum verio-
rem ſententiam non debetur tamquam pœna, ſed tamquam intereſſe compenſati-
vum damni, & injuriæ illatæ Puellæ propter deflorationem; undè adhuc remanet
18 punibile ad publicam vindictam. Ita referente Magnif. Senatore Carillo, decla-
ravit Senatus die 1. Junii 1669. -- Egr. Secret. Belcredio --; & referente Ma-
19 gnif. Senatore Com. Burro die 10. Julii ejuſdem anni -- Egr. Secret. Maddio.
In caſu ſtupri ſine vi commiſſi, & cum aliqua præſumptione promiſſionis Matrimo-
nii, cum ageretur de perſonis paribus, & honeſtis, referente Magnif. Senatore Ca-
20 ſato, Senatus die 24. Julii 1670. decrevit Stupratorem teneri dotare, vel nubere,
ita tamen, quod non relaxaretur e Carceribus inconſulto Senatu; & caſu quo eli-
geret dotare, exularet poſtea ab hoc Dominio arbitrio Senatus; ſecus vero ſi nube-
ret -- Egr. Secret. Maddio.
Reum ſtupri commiſſi cum Virgine, quæ concepit fœtum ſub promiſſione in ſcrip-
tis Matrimonii, quod poſtea recuſaverat mittere executioni, & paſſus fuerat in
contumaciam condemnationem ſcutorum bis mille, referente Magnif. Senatore de
21 Puteo, cenſuit Senatus die 9. Martii 1672. eſſe condemnandum in quamcunque
pœnam arbitrandam per Senatum, etiam uſque ad mortem, & perpetuò exulare
debere, ita ut poſſet impunè occidi, ſi pedem intuliſſet in hoc Dominium -- Egr.
Secret. Gradignano.
In caſu gratiæ petitæ a quodam Prata Reo de vi illata Mulieri ad effectum eam
22 carnaliter cognoſcendi, referente Magnif. Senatore Carillo, die 12. Auguſti 1670.
cenſuit Senatus non convenire gratiam concedere -- Egr. Secret. Maddio.
Vailatus e loco Soreſinæ graviter indiciatus de oſculo vi illato in loco publico
Puellæ recedenti ab Eccleſia, obtenta ejuſdem remiſſione, damnatus fuit a Sena-
23 tu die 3. Aprilis 1642. ad pœnam trium ictuum funis cum facultate ſe redimendi
ab hujuſmodi pœna, ſolutione aureorum centum.

Digitized by Google

Quidam Ruſticus minor, qui oſculatus fuerat publicè Amaſiam invitam, quæ poſtea remiſſionem fecerat, & Matrimonium cum alio ſucceſſivè contraxerat, condem-
24 natus fuit a Senatu die 18. Septembris 1642. in pœna trium ictuum funis, attenta etiam minori ætate.

Stuprum eſt crimen laicum, & non eccleſiaſticum; ideoque pro hujuſmodi delicto Judex Eccleſiaſticus procedere non poteſt contra laicum. Ita conſultus Senatus a Prætore Derthonæ, eidem reſpondit in Ord. diei 24. Julii 1682.

(*d*) Ad verſic. *etiam quod proſtituta ſint.*

Literis diei 24. Novembris 1589. datis Prætori Villenovæ, Senatus juſſit Baptiſtam
26 Rubeum, & Stephanum de Baronis tribus ictibus funis plecti debere ob raptum cujuſdam Meretricis.

DE BANNITIS, ET RECEPTATIONIBUS BANNITORUM.

Quoties aliquem pro crimine præſentem, vel contumacem banniri contigerit, is publicetur in locis ſolitis, & in albo apud Officium Judicis bannientis deſcribatur cum cauſa, & delicti qualitate. Inſuper ubi in Civitate, vel Ducatu Mediolani banniantur, Judices quantumvis ſeparatam juriſdictionem habentes, curent cum effectu intra dies octo immediatos poſt bannum, bannitos ſimiliter deſcribi in albo Panigarolarum; in aliarum verò Civitatum Territoriis, aut diſtrictibus, in albo Prætoris illius Civitatis, in cujus Territorio, aut diſtrictu jus dicent. Et hoc ſub pœna privationis officii, & alia graviori, arbitrio Principis, vel Senatus.

Nulla perſona cujuſcunque ſtatus, & conditionis ſit, audeat, vel præſumat ſcienter receptare (*a*), vel permittere, quòd in ſuo vel ſuper ſuo receptetur (*b*) aliquis bannitus, vel condemnatus de aliqua Civitate, vel Terra hujus Dominii de aliquo crimine, ex quo pœna mortis, mutilationis membri, ſeu etiam alia pœna ſanguinis veniat imponenda, nec ipſis bannitis præbere aliquod conſilium, nec auxilium. Quòd ſi contrafecerit, ipſo facto incurrat ſimilem pœnam (*c*), quam bannitus pati deberet. §. Si fuerit Commune (*d*), & Collegium, vel Univerſitas, quæ bannitum, vel condemnatum receptaverit, vel ei dederit auxilium, vel conſilium, & intelligatur auxilium dediſſe, cùm in eorum locis banniti per biduum ſteterint, condemnetur in pœna aureorum ducentum, & graviori, arbitrio Principis, vel Senatus. §. Feudatarii quantamcunque latam conceſſionem, & exemptionem habeant, & etiam Communia, & Univerſitates, quæ gaudeant privilegio immunitatis, vel exemptionis, non præſumant bannitos ex quavis cauſa, ſcienter in eorum Domibus, Terris, Villis, & Caſtellis, ac Juriſdictione, receptare, nec eis dare auxilium, vel conſilium, ſub pœna (*e*), ſi Feudatarii ſint præſentes in loco, amiſſionis Feudi, privilegii, immunitatis, & exemptionis conceſſorum à Principe, etiam ex pacto, vel conventione, vel aliter quovis modo, etiam quòd clauſulam derogatoriam habeant, & alia pœna graviori, arbitrio Principis, vel Senatus, in quas ipſo jure, & facto incurrant.

§. Pœ-

Digitized by Google

§. Pœnis prædictis præmiſſi non tenebuntur, ſi bannitos detinuerint (*f*), & Judici, ad quem ſpectant, conſignaverint ea die, vel ſequenti. Et ubi ob potentiam bannitorum eis reſiſti non poſſit, ſufficiat quòd in eo termino Juſdicenti notificent. §. Ubi verò Domini abſentes ſint, Officiales, Poteſtates, & Caſtellani eorum, neceſſe habent bannitos ibi commorantes detinere, etiam quòd non ſint banniti in dictis locis, & Feudis, & ſtatim moneant Principem, vel Locum-Tenentem, aut Senatum, nec etiam audeant receptare bannitos, minùs eis dare auxilium, vel conſilium, ſub pœna, qua ſupra. §. Punianturque Officiales præmiſſi privatione officii, ita quòd intra triennium non poſſint ampliùs ipſum officium exercere, & alia graviori pœna, etiam corporali, arbitrio Principis, vel Senatus.

Capitanei, tàm peditum, quàm equitum, in eorum turmis, bannitos ex cauſa capitali in Dominio non habeant; quòd ſi habuerint, & non expellant, vel Capitaneo Juſtitiæ non conſignent, eadem pœna, qua bannitus, omni exceptione remota puniantur.

Imputati de receptatione alicujus banniti, non excuſentur (*g*) ex eo, quòd probent toleratos eſſe bannitos, niſi probent tolerantiam à Principe, Locum-Tenente, vel Officialibus Civitatum habentibus merum, & mixtum imperium.

Banniti ab Officialibus eorum, qui ſeparatam juriſdictionem habent, intelligantur banniti à toto Dominio, & è contra.

Non poſſint Juſdicentes procedere pro receptatione bannitorum, vel auxilio, aut conſilio eis dato, contra parentes (*h*) pro filio, ſocerum, & ſocrum pro genero, & nuru, & è contra, Uxorem pro Marito, aut è contra, nec contra fratrem pro fratre in eadem habitatione communionem habente, Principe, aut Senatu inconſulto.

AD TIT. DE BANNITIS, ET RECEPTATIONIBUS BANNITORUM.

DECIS. ET ANNOT.

SUperſedentiæ ad recedendum non conceduntur Bannitis, niſi ex cauſa, & lectis
1 precibus in Senatu Ord. 11. Auguſti 1616. §. *non fiant ſuperſedentiæ*; conceditur
2 autem Salvuſconductus Bannitis, qui vocantur pro alio delicto, dummodo jus dicant
in Carceribus, & quando concedatur pro perhibendo teſtimonio. Ord. *ut ſupra.*
§. *Salviconductus*, & §. *Non concedantur*.

Banniti ab alienis Dominiis non poſſunt commorari in hoc Dominio ſine licentia Ex-
3 cellentiſſimi Gubernatoris. Proclama 17. Auguſti 1633., ubi etiam diſponitur, quod
nulla ſit licentia obtenta ſine clauſula derogatoria dicti Proclamatis.

Notula Bannitorum quotannis tranſmittenda erat ad Capitaneum Juſtitiæ per Judi-
4 ces, in quorum Officiis Banniti ſunt. Ord. Senat. 18. Maji 1624., nunc vero
tranſmitti debet ad Senatum ex ejuſdem Ord. 27. Martii 1741.

Bannito capto ſtatim per Judices tranſmitti debet ad Senatum ſtatus illius condem-
5 nationis, ut deliberare poſſit ſuper ordinanda illius executione. Ord. Senat. 28.
Aprilis 1625, & 14. Januarii 1626. *in Addit. Ordin. inferius impreſ.*

Si quis capto, vel occiſo Bannito, petat liberationem alicujus Banniti in præmium
6 promiſſam a Proclamate, non poteſt nominare Bannitum, qui poſt publicationem
Proclamatis liberationem concedentis deliquerit. Ord. Senat. 15. Februarii 1620.
in Addit. noviſ. in fine hujus Volum., ibique *in meis annotat.*

Si vero duo publicata ſint proclamata concedentia liberationem banniti, tunc locus

eſt

Digitized by Google

7 eſt beneficio ſecundi, licet delictum patratum ſit a liberando poſt primum procla-
ma. Ita Senatus declaravit die 25. Auguſti 1621.

Liberationem banniti ſi Proclamata concedunt ob conſignationem alterius banniti pro
pari delicto, ad dignoſcendum an caſus pares dici poſſint, conſuevit Senatus ſpe-
8 ctare pœnam, quæ ſi minor delicto ob levitatem indiciorum impoſita fuerit, quam
jure imponi debuerit, adhuc pœna ipſa ſpectatur, non titulus delicti. Ita refe-
rente Magnif. Senatore Corio cenſuit Senatus die 19. Aprilis 1620.

Anno 1566. die 16. Julii Senatus declaravit in cauſa Biadelli, conſignantem Banni-
9 tum in manibus Juſtitiæ, comprehendi in Proclamate concedente liberationem oc-
cidentis Bannitum, & quod ubi a duobus fiat conſignatio, ille tantum liberetur,
qui principalis fuit.

Dubitatum fuit, an beneficio Proclamatis præmium concedentis capienti Bannitum,
10 frui poſſit capiens delinquentem in crimine Aſſaſſinii, qui poſtea in carceribus con-
fiteatur, & Senatus die 12. Septembris 1619. declaravit præmium conſequi poſſe.

Præmium conceſſum capienti Bannitum dividendum eſt inter capientem, & convo-
11 cantes alios, ut ille detineretur. Ita menſe Januarii 1620. declaravit Senatus, refe-
rente Magnif. Senatore Eleyzaldo.

Ad extirpandos Bannitos publicam quietem in hoc Dominio perturbantes, publica-
tum fuit Proclama die 17. Auguſti 1633. ex ordine Sereniſſimi Cardinalis Infantis
hujus Dominii Moderatoris, in quo ultra pecuniarium præmium promiſſa fuit libe-
ratio ſui ipſius, vel alterius Banniti ex pari, vel minori delicto iis, qui Bannitos
aut viventes in fortiis Juſtitiæ conſignaſſent, aut mortuos (ab iiſdem tamen occi-
ſos) præſentaſſent; cum declaratione tamen quod Banniti ob quædam delicta in di-
cto Proclamate expreſſa, nec ſe, nec alium liberare poſſent.

Vigore hujus Proclamatis Jacobus Antonius Odonus de loco Viliarum Agri Alexan-
drini occidit Joannem Bigattum Bannitum de aſſaſſinio, ejuſque obtruncatum caput
legitimè, & ſer. ſer. præſentavit, mox Procuratorem ſibi conſtituit Jacobum Anto-
nium Balbum ad ſui ipſius liberationem impetrandam, & conſequendum quodcun-
que aliud ſibi competens præmium; certior autem factus, quod ſui ipſius libera-
tionem obtinere non poſſet uti bannitus ex delicto de exceptis, denuo conſtituit
eundem Balbum Procuratorem ad cujuslibet alterius Banniti liberationem impe-
trandam; & cum vigore hujus mandati impetrata fuiſſet liberatio Bartholomæi
Sardi de loco Sedazzii Comitatus Alexandriæ banniti ex delicto non excepto, dubi-
tatum fuit an ejuſmodi liberationi locus eſſe poſſet ex eo, quia Odonus erat banni-
tus ex delicto excepto, nec poterat liberare ſe, vel alium Bannitum.

Plura allegata fuerunt favore dicti Sardi, & præſertim quod limitatio Proclamatis,
quod Bannitus de delicto excepto non poſſit liberare ſe, vel alium Bannitum, in-
telligi deberet de alio Bannito ex delicto pariter excepto, & per conſequens dictam
limitationem non excludere a liberatione dictum Sardum bannitum ex delicto non
excepto.

Super hoc caſu a S. E. conſultus fuit Senatus, qui omnibus conſideratis voti fuit di-
ctum Bartholomæum Sardum eſſe in caſu conſequendi petitam liberationem vigore
ſupra recenſiti Proclamatis, ejuſque votum fuit a S. E. approbatum, & cauſa remiſ-
12 ſa ad Senatum pro juſtitia, qui die 12. Septembris 1641. cenſuit concedendam dicto
Sardo petitam liberationem quoad perſonam tantum -- Egr. Secret. Philippo Meda.

Helvetiis conſignantur banniti vigore fœderis cum ipſis initi. Ita inſtante Capitaneo
13 Lugani, & referente Magnif. Senatore Pattellano, ſanxit Senatus die 17. Maji
1661. -- Egr. Secret. Arbona.

Procurator Homicidæ allegantis occiſum eſſe bannitum, non admittitur, niſi ipſo
Occiſore in carceribus exiſtente, ne eluſoria reddatur ſententia, ubi conſtet Ho-
micidam non eſſe excuſandum. Ita Senatus die 11. Februarii 1585. reſcripſit Ju-
14 dici Cremonæ jubendo, ut Robertum Perigardum ſiſtere faceret, qui aſſerebat ban-
nitum eſſe, quem ipſe occiderat, & bannum exhibere, & deinde conſtito de ban-
15 no, Robertum dimitteret; & ita etiam cenſuit Senatus die 31. Julii 1619. in cau-
ſa Joannis Baptiſtæ Vicecomitis, referente Magnif. Senatore Cattaneo.

Probatio banni occiſi facta a Coreo prodeſt etiam Sociis, qui tali caſu admittuntur
ad petendam liberationem etiam extra carceres; hinc Capitaneo Franciſco Offredo
Cremonenſi imputato de nece Joſephi Paratognini una cum Antonio Maria Crot-
to, qui exhibita condemnatione capitali dicti Joſephi, liberationem obtinuit, Se-
16 natus decrevit die 3. Septembris 1618., attenta dicta probatione per Crottum præ-
ſtita, Capitaneum Offredum non eſſe amplius moleſtandum.

 Alber-

Digitized by Google

Albertus de Trincheriis capitaliter bannitus gratiam obtinuerat, & ea nondum præ-
ſentata, nec eo idcirco de Albo Bannitorum deleto, fuit occiſus a Hieronymo
Cruceo, & Fratribus de Satis ignaris gratiæ a Trincherio obtentæ; relata hac
17 cauſa per Egr. Judicem ad ſignum Equi hujus Urbis, decrevit Senatus die 22.
Junii 1596. Occiſores non eſſe ulterius moleſtandos -- Egr. Secret. Marcheſonio.

Vulnerato ictibus Sclopi Joanne Antonio Mugiaſca bannito habente ſalvumcondu-
ctum ab Excellentiſſimo Gubernatore ſub conditione, ut in Caſtris pro milite in-
18 ſerviret, ordinavit Senatus die 23. Octobris 1616. non eſſe moleſtandos Offenſores,
quia ſalvuſconductus, ut fas erat, non fuerat publicatus, datis literis Prætori Comi.

Si vero occidens bannitum, fuerit ejus inimicus, & habuerit ſcientiam liberationis
obtentæ a Bannito, etiamſi hic in Albo adhuc deſcriptus foret, non excuſatur a
19 pœna; hinc referente Magnif. Senatore Buttigella, Senatus die 17. Maji 1661.
damnavit ad triremes per decennium quemdam Berettam Interfectorem cujuſdam
Cattanei e loco Buliaghi -- Egr. Secret. Arbona.

Occidens Socium banniti vigore Proclamatum id permittentium, moleſtari non poteſt.
20 Ita ad preces Caroli Rati ex Feudatariis Vallis Ratorum mandavit Senatus Prætori
Derthonæ, in Ord. 10. Julii 1609. *in Addit. Ord. inferius impreſ.* ibique *in meis annot.*

Bannitus captus, & ſic exiſtens ſub protectione Juſtitiæ, non poteſt impunè occidi
a privato, quia id fieri tunc ſolum poteſt ab ipſa Juſtitia; hinc cum quidam No-
bilis ſatis potens cum magna armatorum turma, & auxilio Militum curaſſet in
Oppido Belani Lacus Larii detentionem Fratrum de Caſanova Bannitorum, mox
21 poſt detentionem duos ex illis interfici feciſſet, juſſit Senatus menſe Decembris 1652.
Egr. Capitaneo Juſtitiæ, ut illuc accederet, & procederet, qui constructo proceſſu
contra dictum Potentem, & Aſeclas, inquiſitionem formavit, & contumaces ca-
pitaliter damnavit.

Satellites pariter videntes Bannitos, quos capere poſſunt, tenentur eos ſiſtere, nec
22 poſſunt occidere. Ita declaravit Senatus die 19. Aprilis 1667.

Banniti cadaver impunè poteſt ſepeliri in hoc Dominio, dummodo fiat ſine pompa.
23 Ita cenſuit Senatus die 22. Februarii 1592. in caſu cadaveris Julii Cæſaris Guido-
boni banniti.

Anno 1620. die 30. Januarii Senatus dedit literas Prætori Derthonæ, ut cadaver An-
tonii Marenghi banniti, qui in carceribus deceſſerat ob vulnus ei illatum in actu de-
24 tentionis, faceret ſuſpendi, mox in fruſta ſcindi, & ſecus vias proximas locis pa-
tratorum ſcelerum appendi.

Tortura ſuper aliis, & complicibus infligi poteſt Bannito capitaliter, capto. Ita refe-
25 rente Magnif. Senatore Com. Bracherio, decrevit Senatus die 10. Maji 1664. in
caſu Mugnani e Valle Antigorii ad definitivam Prætoris Domus Oſſulæ -- Egr.
Secret. Belcredio.

Bannitus petens ſalvumconductum propè lapſum biennii non auditur a Senatu, quia
eluderetur Regius Ordo præſcribens biennium ad petendam admiſſionem ad novas
26 defenſiones. Ita referente Magnif. Marchione Caxa, ſanxit Senatus die 3. Aprilis
1666. in caſu Ellii banniti ob falſitatem -- Egr. Secret. Annono.

Bannum ad arbitrium Senatus non tollitur abſque remiſſione. Ita referente Magnif.
27 Senatore Corio, declaravit Senatus die 12. Maji 1666. in caſu Bajettæ e loco Ve-
negoni -- Egr. Secret. Maddio.

Superveniente remiſſione non liberatur Bannitus ab exilio inflito a Senatu, ſed con-
fugere debet ad Excellentiſſimum Gubernatorem pro obtinenda gratia, cum non
28 agatur de tollendo arbitrio Senatus reſervato. Ita referente Magnif. Senatore de
Puteo, cenſuit Senatus die 9. Novembris 1668. in caſu Fratrum de Canna – Egr.
Secret. Sadarino.

Anno 1670. die 15. Martii, referente Magnif. Senatore Stampa, decrevit Senatus
29 non eſſe moleſtandos Fratres Carminatos, qui exploſerant contra Comitem Stan-
gam ab hoc Dominio bannitum exiſtentem in Agro Placentino -- Egr. Secret. Gra-
dignano --; vide etiam *in meis annotat.* ad Ord. Senatus diei 16. Octobris 1610.
in Addit. Ordin. inferius impreſ.

Ad compeſcendam audaciam ſceleſtorum hominum, qui facilè patrant delicta ſub fi-
30 ducia proximi refugii in alienam juriſdictionem, initum eſt decennale fœdus de
reciprocè conſignandis Bannitis, & Reis atrocium criminum cum hoc Dominio,
& Principibus finitimis, nempe cum Rege Sardiniæ, cum Duce Parmæ, & Pla-
centiæ, & cum Summo Pontifice. Proclamate 10., & 31. Martii, & 8. Julii 1750.,
& cum Republica Veneta. Proclamate 15. Aprilis 1751.

AD

Digitized by Google

AD CONSTITUTIONEM.

(*a*) Ad §. *Nulla perſona* verb. *ſcienter receptare*.

Super relatione Commiſſarii Varcii, Senatus anno 1575. die 4. Februarii condemna-
31 vit quemdam Zaninum, qui ſcienter receptaverat Bannitum, eique dederat cibum,
& nummos, in pœnam triennalis exilii, & ſcutorum quinquaginta, quibus non
ſolutis, per aliud triennium exulare deberet.

Hujus Conſtitutionis diſpoſitio non procedit in receptante Bannitum condemnatum
32 ſolum ad triremes. Ita declaravit Senatus die 17. Octobris 1590. in cauſa Joan-
nis Jacobi *della Milaneſia* ſuper relatione Prætoris Eumeniæ, & referente Magnif.
33 Com. Burro die 11. Julii 1669. in caſu Joannis Baptiſtæ Butii.

Cum duo Caupones Oppidi Caravagii proceſſati a J. C. C. Mediolani Carolo Piro-
vano Auditore illius Feudi Delegato de receptatione cum ſcientia cujuſdam Finetti
banniti, qui publicè etiam converſabatur in eo Oppido, impetraſſent ſtatum cauſæ
34 in Senatu referri, decretum fuit anno 1620. procedendum eſſe ad ulteriora contra
dictos Caupones; & contra alterum ex ipſis contumacem deventum eſt ad con-
demnationem.

Ut Caupones moleſtari poſſint ob receptationem Bannitorum, non ſufficit quælibet
ſcientia, ſed requiritur, quod ex proceſſu conſtet de præciſa ſcientia banni aliter,
35 quam per publicationem, ac deſcriptionem in Officio Panigarolarum. Ita decrevit
36 Senatus die 6. Novembris 1612.; die 8. Octobris 1626., & die 31. Martii 1693.
37 ſuper precibus Univerſitatis Cauponum hujus Urbis, prævio voto Egr. Advocati
Fiſcalis Com. Rubini, poſtea Senatoris, Regentis, ac Præſidis Sanctæ Claræ Nea-
polis -- Egr. Secret. Ceſato.

Secluſa autem ſcientia banni, receptatio Banniti punibilis non eſt; hinc ad preces
Joannis Antonii Crippæ Cauponis hujus Urbis mandavit Senatus Egr. Judici ad
ſignum Galli, ut non conſtito de receptatione cujuſdam banniti cum ſcientia,
38 eum amplius non moleſtaret de hac cauſa, ut in Ord. 7. Octobris 1598. --; nec
ſufficit ſuſpicio banni, ut ibi *in meis annotat*.

Non ſolum receptatio bannitorum prohibita eſt; verum etiam converſatio cum ipſis
vigore Proclamatum, quæ tamen intelligi debent quoad Bannitos capitaliter; non
vero quoad condemnatos ad triremes tantum; nec comprehendunt tractantes cum
Bannitis ratione alicujus Officii; hinc conquerente Notario Balbiano de moleſtia
ſibi illata a Curia Cremonæ, quia tractaviſſet cum Pallavicinis Calcianæ damnatis
in pœnam remi decennalis, & bannitis ab hoc Dominio, & allegante ſe tractaſſe
39 cum ipſis ratione officii Notarii, ac non agi de bannitis pœnâ capitali, cenſuit Se-
natus die 21. Novembris 1642., veris exiſtentibus narratis, ipſum non eſſe mo-
leſtandum.

Ad relationem Judicis ad ſignum Galli hujus Urbis declaravit Senatus die 28. Apri-
40 lis 1588. non incidiſſe in pœnâm Proclamatum nonnullos Operarios, qui una die
laboraverant cum Bannitis, quia in tali caſu non poterat dici cum ipſis converſaſſe.

Converſatio cum Milite fugitivo, & bannito non punitur, ſi ſit momentanea, non
41 obſtante Proclamate. Ita referente Magnif. Senatore Anulpho, decrevit Senatus
die 7. Novembris 1664. in caſu relato a Vicario Seprii, prævio voto Egr. Ad-
vocati Fiſcalis Porri -- Egr. Secret. Sadarino.

Non pariter eſſe punibilem converſationem cum Bannito exiſtente in loco immuni,
42 reſpectu Cuſtodis illius loci, cenſuit Senatus die 16. Maji 1669. in caſu Buſchi Cu-
ſtodis loci Commendæ, referente Magnif. Senatore Com. Loayſa -- Egr. Secret.
Sadarino.

Pro converſatione cum Bannito procedit Judex banni, etiam ſi converſatio ſecuta
fuerit in juriſdictione alterius Judicis, prout etiam Judex capturæ eſt Judex con-
43 traventionis banni. Ita declaravit Senatus die 13. Februarii 1673. in caſu con-
troverſiæ vertentis inter Prætorem Derthonæ, & Prætorem Aquæ-Longhæ Feudi
Viglevanenſis Epiſcopi -- Egr. Secret. Annono.

(*b*) Ad verſic. *vel permittere, quod in ſuo, vel ſuper ſuo receptetur*.

Receptatio Banniti inſcio Domino domus punibilis non eſt reſpectu ipſius Domini. Ita
44 Prætori Novariæ reſcripſit Senatus in Ord. dici 3. Novembris 1565., ibique *in
meis annotat.*

Mulieres autem miniſtrantes Bannito receptato per Dominum domus moleſtari non
45 debent. Ita Prætori Vallis Siccidæ reſcripſit Senatus in Ord. diei 23. Junii 1590.

(c) Ad verſic. *ipſo facto incurrat ſimilem pœnam*.

Ultra pœnam hic præſcriptam ſcienter receptanti, aut auxilium præſtanti Bannito,
46 impoſita eſt etiam illa demolitionis domus ex Proclamate 17. Auguſti 1633., &
47 ulterius illa mortis, & confiſcationis bonorum ex Proclamate 14. Auguſti 1698.,
& 28. Septembris 1699.

(d) Ad §. *Si fuerit Commune*, *&c.*

Ut ſit locus pœnæ ab hac Conſtitutione præſcriptæ, conſtare debet ex proceſſu de
48 ſcientia Communitatis reſpectu Banniti. Ita decrevit Senatus anno 1665. menſe
Decembris favore Communitatis Guſſolæ Provinciæ Cremonenſis.

Habito ad Senatum recurſu a pluribus Communitatibus Provinciæ Laudenſis mole-
ſtatis ob converſationem, & receptationem Bannitorum, referente Magnif. Sena-
49 tore Com. Pertuſato, cenſuit Senatus die 8. Julii 1673. Communitates, quæ Ban-
nitum per biduum non receptarunt ad normam hujus Sanctionis, non eſſe mole-
ſtandas abſque impenſa; illas vero, quæ per majus tempus receptarunt, eſſe excu-
ſandas, ubi nihil mali ſecutum fuerit, & pro aliis demum particularibus proceden-
dum ad ulteriora -- Egr. Secret. Oliverio.

Non pariter moleſtari poſſe Communitatem ob moram unius diei in ea habitam a
Bannito, maximè ubi non conſtet ea die fuiſſe congregatam, reſcripſit Senatus
50 Prætori Laudæ in Ord. diei 22. Aprilis 1679., ibique *in meis annotat.*

(e) Ad §. *Feudatarii* verb. *ſub pœna*, *&c.*

Feudatarii ſcienter receptantes Bannitos in eorum domibus, vel juriſdictione, ultra
51 pœnam ab hac Conſtitutione præſcriptam, incurrunt etiam illam confiſcationis bo-
norum, & corporalem uſque ad mortem incluſivè arbitrio S. E., ex Proclamate
14. Auguſti 1698., & 28. Septembris 1699.

(f) Ad §. *Pœnis* verſic. *ſi bannitos detinuerint*.

Aſſociatio Banniti ad effectum capiendi Bannitum non eſt punibilis, ut ſanxit Se-
52 natus in Ord. 9. Januarii 1595.; & expenſæ factæ pro detentione Bannitorum,
ac Latronum ſpectant ad Regium Fiſcum, non vero ad Communitates. Ita ad
53 preces Communitatis Corbettæ declaravit Senatus in Ord. 6. Octobris 1595.
ibique *in meis annotat.*

(g) Ad §. *Imputati* verſic. *non excuſentur*.

Pro ſimplici converſatione, & tolerantia Banniti eſſe locum excuſationi, non vero
54 inquiſitioni reſcripſit Senatus Vicario Martheſanæ in Ord. 31. Maji 1626.

(h) Ad §. *Non poſſint* verb. *contra parentes*.

Receptatio Bannitorum vetita etiam eſt Genitoribus, Fratribus, aliiſque ſanguine
55 junctis ſub pœna mortis, confiſcationis bonorum, & demolitionis domuum uſque
a fundamentis arbitrio S. E. Proclamata *ut ſupra*.

DE PŒNIS.

Quicunque falſificaverit (a), vel falsò mutaverit ſigillum, literas, inſtrumenta, vel ſcripturas Principis, Locum-Tenentiſve, vel Senatus, vel falſum circa præmiſſa, vel aliquod præmiſſorum, commiſerit, igne comburatur, ita quòd moriatur. §. Modoque præmiſſo veneficos (b), & aſſaſſinos (c), puniri ſancitum eſt.

Latrones viarum (d), & hoſtili more invadentes Territoria Principis, & vias publicas, ſi homicidium non commiſerint, hoc modo puniantur, ut vinctis manibus ad caudam unius equi alligentur, &

per

Digitized by Google

per publica loca illius Civitatis, vel loci, ubi pœna imponetur, ducantur ad locum Juſtitiæ vivi, horis, quibus major pars hominum convenire ſolet, & furcis ſuſpendantur, laqueoque inibi vitam finiant. §. Si verò robariam, & homicidium commiſerint, vel homicidium tantùm, graviori pœna plectendi ſunt, nàm poſtquàm ad locum Juſtitiæ modo præmiſſo ducti fuerint, ibi cum textura membrorum ſuorum in rota lignea (*e*) intertexi debent. §. Occidens doloſè dominos, vel perſonas, cum quibus habitat, & moram trahit, vel uxorem (*f*), aut liberos (*g*), aut aliquem prædictorum, aut alicujus eorum, eâdem pœnâ puniatur. §. Dantes ad præmiſſa in præſenti Sanctione comprehenſa ſcienter, & doloſè ad id auxilium, vel conſilium, eiſdem pœnis teneantur. §. Receptantes ſcienter prædictos, vel aliquem ipſorum, ducantur vivi ad caudam equi ad locum juſtitiæ, & ibidem laqueis furcis ſuſpendantur, donec animam emittant. §. Hi tamen receptatores puniendi non erunt, ſi infra ſecundam diem poſt receptationem, delinquentes Judici competenti conſignabunt, vel operam efficacem navaverint, ut conſignentur. §. Bona, res, & jura præmiſſorum omnium (*b*) ex tempore commiſſi maleficii ipſo jure, & facto publicata, & confiſcata ſint, & eſſe intelligantur Fiſco, ſecundùm formam aliarum Conſtitutionum.

Quicunque cujuſvis ſexus in mortem alicujus conjuraverit, ſivè ſequutus fuerit effectus, ſivè non, & quicunque hujuſcemodi conjurationis, & tractatus particeps erit, citra ſpem remiſſionis laqueo vitam finiat, aut capitis amputatione puniatur, ita quòd moriatur, bonaque omnia Fiſco, ſecundùm aliarum Conſtitutionum formam, devolvantur. Si quis verò horum participum hujuſmodi tractatus, & conjurationis, eam antequàm effectum ſortiatur, detexerit, is, qui primus detexerit, ab omni tàm perſonali, quàm reali pœna, ſolutus, & liberatus intelligatur, & ei in præmium quarta pars bonorum principalis & auctoris conjurationis detur. §. Ubi tamen aliquis eorum, qui tamen principalis non ſit, & ex cauſa prædicta exul fuerit, alterum ex ea cauſa exulem, tàm in dominio, quàm alibi occideret, vel viventem in poteſtatem Principis conſignaret, ei quo ad perſonam gratia fiat, dùm tamen in caſu, quo ſequutum ſit homicidium, pacem habeat, & ſi ipſe exul non fuerit, poſſit alium ex pari cauſa (*i*) exulem nominare, & liberare. §. Feudatarii, & quicunque alii Subditi ſcienter alicui ex hujuſmodi homicidis auxilium dantes, vel ubi præſentes ſint, in domo, vel in loco infeudato admittentes, incurrant eandem pœnam, quam homicidia; feuda, jura, actiones, bona, & donata à Principe quocumque tempore, ipſo jure amittant. §. Sub eadem pœna tenentur eos capere, & Officialibus conſignare. Quod ſi facere non poterunt, in tempore detegant, aut denuncient.

Mandantes extra rixam homicidium, (*l*) aut aliud quodvis maleficium, committi, etiam ſi homicidium, vel aliud delictum nullo modo ſequatur, nec attentetur, puniantur eâ pœnâ, quæ ipſi mandatario, caſu, quo delictum conſummaſſet, impoſita eſſet.

§. Eâdem

Digitized by Google

§. Eâdem quoque pœnâ teneantur (*m*) Mandatarii, qui ſivè gratis, ſivè pretio, vel alio quovis modo, mandatum ſuſcipient extra rixam homicidium, gladio, vel veneno, aut alio quovis modo committendi, etiam ſi homicidium ipſum non ſequatur, ſeu attentetur, qua puniri deberent, ſi homicidium perpetraſſent. §. Quòd ſi nec vulnus, nec conſummatio criminis intervenerit, liceat mandantibus poſt factum mandatum pœnitere, & illud revocare (*n*), modò tamen ex eo mandato, aut ejus causâ, factum, aut attentatum delictum non ſit, aut antè mandati revocationem Judici delatio facta non fuerit; & revocatio mandatario infrà illud tempus, re integra intimata fuerit. §. Mandatariis quoque permiſſum eſt, (ubi tamen homicidium commiſſum, vel attentatum non ſit,) poſt ſuſceptum mandatum pœnitere; & eam mandati ſuſceptionem revocare. Quibus per mandantem, mandatariumve, non ſervatis, pœnitentia, nec revocatio dati, vel ſuſcepti mandati allegari, nec ipſis opitulari poſſit. Ipſiſque mandantibus, & mandatariis onus incumbat probandi pœnitentiam, & revocationem dati, ſuſceptivè mandati, modo, quo ſupra. §. Si mandatarii crimen deferant, & ex delatione mandantes convincantur, ea, quæ conventa erunt inter ipſos & mandantes, & tantumdem de bonis mandantis in præmium delationis habebunt. §. Quòd ſi ſe gratis obtulerint condemnatione ſequuta, tenebitur Fiſcus ex bonis mandantis, eiſdem vigintiquinque aureos dare, & etiam majorem ſummam, arbitrio Principis, vel Senatus, inſpecta qualitate facti, & perſonarum. §. Quòd ſi mandans mandaverit homicidium, vel aliquod aliud delictum committi, & mandatarius recuſet; mandans puniatur etiam uſque ad mortem incluſivè, arbitrio Principis, vel Senatus.

Homicida capite puniatur (*o*), ità quòd moriatur. Et tamquàm homicida puniatur quicunque etiam non ſequente morte, tantummodò vulneraverit (*p*), aut inſultum (*q*) cum telo evaginato fecerit, animo tamen deliberato (*r*) occidendi, etiam ſi non lædat, vel occidat. §. Pari modo intelligatur quicunque hujuſcemodi penſato maleficio auxilium dederit (*ſ*) conſiliumve (*t*) quamvis etiam is manus ad opus non extendat.

Quicunque ſciens (*u*) aliquem velle committere homicidium, vel aliud delictum, pro quo veniat imponenda pœna mortis naturalis, eum receptaverit antè commiſſum delictum, vel aliter ſciens ad id auxilium præſtiterit, puniatur eâ pœnâ, qua principalis puniendus eſſet. §. Receptans autem ſciens poſt delictum puniatur pœnâ centum aureorum, vel trium ictuum funis, & graviori, arbitrio Principis, vel Senatus. §. Si quis verò auxilium (*x*) in rixa ad delicta præmiſſa committenda dederit, puniatur arbitrio Judicis (*z*) juxtà qualitatem facti.

Si quis ex propoſito aliquid fecerit, ut ex eo ſequatur abortus, ubi fœtus ſit animatus, puniatur pœnâ ultimi ſupplicii, & confiſcationis bonorum. Quòd ſi fœtus non ſit animatus, puniatur ſecundùm qualitatem facti, arbitrio Principis, vel Senatus. §. Ubi

verò

Digitized by Google

verò non ex propoſito, ex quo ſequatur abortus, ſed alio modo aliquid fecerit, propter quod abortus ſequutus ſit, pœnâ arbitrariâ, etiam uſque ad mortem arbitrio Senatus puniendus eſt.

Judæus carnali copula mulierem Chriſtianam cognoſcens capite puniatur, ità quòd moriatur, & ejus bona confiſcentur. §. Idem ſervetur in Chriſtiano Judæam cognoſcente. §. Mulieres verò arbitrariâ pœnâ puniantur.

Mulier adulterium committens, puniatur ſecundùm formam Juris municipalis *(aa)*: & ubi eo cautum non ſit, arbitrio Principis, vel Senatus *(bb)* punienda eſt.

Parentes filiam proſtituentes *(cc)*, & quilibet eorum, virgis cædantur, & etiam graviori pœna, arbitrio Principis, vel Senatus puniantur.

Matrimonia clandeſtina eſſe non debent; ſed cum interventu parentum, & affinium utriuſque partis facienda ſecundùm antiquas, & bonas conſuetudines. Verùm innotuit multa clandeſtina in hoc Dominio fieri. Ideo huic morbo occurrentes, ſancitum eſt, neminem operam dare debere, ut puellæ nubiles minoris ætatis annorum decem octo *(dd)*, (quæ tamen viduæ non ſint) ſponſalia, vel matrimonium tractent, vel de facto contrahant, ſine licentia Patris, & Matris *(ee)* (ubi tamen Mater ad ſecunda vota non tranſiverit) & in ſubſidium, duorum ex proximioribus Agnatis *(ff)* ſanguine conjunctis; & in eorum defectum, Cognatis. Quòd ſi contrafactum fuerit, Maritus dotem non lucretur, nec ante nuptialem donationem, nec quicquid aliud ex bonis, vel juribus ipſius Uxoris, virtute cujuſcumque contractus, vel ultimæ voluntatis, aut juris municipalis, etiam quòd ex poſt conſenſus parentum, vel Agnatorum, aut Cognatorum acceſſerit. §. Idem habeat locum in muliere Maritum filiumfamilias ducente, minorem annis viginti ſinè conſenſu Patris. §. Omnibus prohibitum eſt in hujuſcemodi clandeſtinis matrimoniis ſe intromittere, vel intereſſe, ſine conſenſu Parentum, & ut ſuprà, nec eos clandeſtina matrimonia contrahentes hoſpitari, ſub pœna *(gg)* aureorum ducentum, & alia graviori pœna, arbitrio Principis, vel Senatus. §. Notarii contractus aliquos in præmiſſis, vel occaſione præmiſſorum conficere non poſſint, ſub pœna privationis officii, & aliâ graviori, arbitrio Principis, vel Senatus imponendâ.

Carnali copula cognoſcens Monialem *(hh)* profeſſam, incedentem tamen in habitu, in Monaſterio, ſivè extra Monaſterium, capite puniatur, ita quòd moriatur. §. Cuicumque etiam layco interdictum eſt ſinè Epiſcopi, vel Superioris licentia ſpeciali, Monaſterium Monialium ingredi, de die, nec de nocte, ſub pœna aureorum centum pro prima vice; pro reliquis, pro qualibet earum in ducentis aureis condemnetur: & ictibus tribus equulei plectatur, pœnaque prædicta pecuniaria pro duabus partibus Fiſco, pro tertia Accuſatori cedat; & ſi quis monitus iteratò acceſſerit, puniatur pœnâ confiſcationis bonorum; & etiam graviori, arbitrio Principis, vel Senatus, iſque

Accu-

Accuſator ſecretò tenebitur, ſi voluerit. §. Eàdemque pœnâ tenebitur, qui ſinè Superioris licentia, Monialem hoſpitio accipiat, vel in domo teneat.

Quicunque enſem, vel gladium (*ii*) animo aliquem offendendi, ad præſentiam Principis enudaverit, capite puniatur, ità quod moriatur, & bona omnia confiſcentur. §. Si verò id actum fuerit in loco, ubi Princeps habitat, & exindè percuſſio cum ſanguine facta fuerit, eàdem pœnâ puniatur; ubi verò ſanguis non exiverit, etiam ſi delictum conſummatum non fuerit, ei manus, in qua magis poteſt, abſcindatur. §. Si autem quis in Curia, in qua Senatus, & cæteri Magiſtratus reſident, & in Platea, quæ è regione Curiæ eſt, enſem, vel gladium enudaverit, & percuſſionem cum ſanguine fecerit, amputetur ei manus, in qua plus poteſt. Si verò non percuſſerit, amputanda ei manus eſt, in qua minùs poteſt. §. Quicunque verò in præmiſſis locis, ſinè armis, pugno, vel manu, aliquem percuſſerit, & ſanguis exiverit, ictibus tribus equulei plectendus eſt, & carceri per menſem mancipandus, & alia graviori pœna, ſecundùm eorum locorum qualitatem, arbitrio Principis, vel Senatus, puniendus. Si ſanguis autem non exiverit, ictibus duobus funis, & alia graviori, ut ſuprà, plectendus eſt. §. Ubi autem fuſte, baculo, vel lapide (*ll*), aliquem percuſſerit, & ſanguis exiverit, præmiſſa pœna duplicanda eſt, & pari modo duplicanda eſt, ſi ſine ſanguine id factum ſit.

Abutentes armis (*mm*), ſi fuerit de die, condemnentur in tribus aureis, ſi de nocte, duplicetur pœna.

Sodomitæ (*nn*), tàm agentes, quàm patientes, igne comburantur.

Si quis fecerit robariam (*oo*) pecuniæ, vel rei valoris excedentis dimidium unius aurei (*pp*), extrà Civitatem, vel Burgos, Villaſve, & Caſſinas, ac Domos habitatas, furcis ſuſpendatur, ità quod moriatur; ſi vero fuerit minoris quantitatis, puniatur arbitrio Judicis, in ære, vel perſona, conſiderata qualitate perſonarum, & delicti. §. Si verò robariam fecerit, in Civitate, Burgo, Villa, Caſſina, aut Domo habitata, pecuniæ, vel rei excedentis ſummam quinque aureorum, furcis ſuſpendatur, ità quod moriatur. A dicta ſumma infrà, puniatur (*qq*) pœna pecuniaria, vel corporali arbitraria pro prima vice citrà mortem, pro ſecunda verò, vel pluribus, etiam uſque ad mortem incluſivè. §. Et quia per Statuta (*rr*) Civitatum, & Locorum cautum eſt, quòd Communia teneantur ad reſarciendum damnum, ubi delinquens non reperiatur, & quibuſdam aliis caſibus, ideo ſancitum eſt, quòd Communia prædicta non teneantur ad reſartionem damni in his, quæ tempore belli committentur, vel quando aliàs per homines ipſorum Communium reſiſti non poteſt (*ſſ*).

Quicunque fecerit (*tt*), vel fieri mandaverit cartam falſam, vel Acta publica falſa, vel falſificaverit, aut falſificari mandaverit, cartam, vel condemnationem, aut atteſtationes, vel confeſſionem, aut teſtes, vel Acta publica, vel alias ſcripturas, in toto, vel pro aliqua parte, ſub quantitate, re, vel jure non excedente quantitatem

aureo-

Digitized by Google

aureorum viginti, condemnetur pro prima vice in quadruplum, & per triduum continuum mitra vinctus producatur in publicum. §. Pro ſecunda vice ſit pœna amiſſionis manus, & pro tertia ignis. §. Ab aureis viginti uſque in quingentos auri, pro prima vice ſit pœna amiſſionis manus potentioris, pro ſecunda ignis. §. Si quingentos aureos excedat, ſit in arbitrio Juſdicentis Reum condemnare, pro prima vice, in amiſſione manus, vel ignis, inſpecta qualitate facti, & perſonæ, pro ſecunda verò vice omninò ſit pœna ignis.

Si quis falſum teſtimonium dixerit (*uu*), ut aliquis condemnetur in cauſa criminali, puniatur eâ pœnâ, qua puniendus eſſet ille, contra quem falſum teſtimonium dixerit, ſi delictum, de quo imputatus erat, commiſiſſet, modò pœna minor non ſit (*xx*), quàm linguæ abſciſſionis. §. Ubi verò pecuniariâ pœnâ mulctandus eſſet, is teſtis mitrà vinctus producendus eſt in publicum, & linguâ privandus. E converſo ſi quis in cauſa criminali falſum dixerit, ut quis nocens abſolvatur (*zz*), puniatur illâ pœnâ, qua ille puniendus erat, ubi corpus afficiat, ſin minùs, ſi pecuniaria ſit, privetur linguâ. §. Eiſdem pœnis teneantur (*aaa*), qui ſcienter, & doloſè in cauſa criminali falſum, vel falſos Teſtes produxerint, vel eis ſcienter, & doloſè uſi fuerint, poteruntque interrogari, ſi velint uti dictis Teſtium, vel Teſtibus, & interrogati, ad terminum per Judicem ſtatuendum, reſpondere teneantur (*bbb*). Quòd ſi non reſponderint, habeantur perindè, ac ſi nollent uti. §. Ulteriùs Teſtis falſum dicens, & eum ſcienter, ut ſupra, producens, in ſolidum teneantur, unica tamen ſolutione ſufficiente, realique, & perſonali actione, ad reſarciendum damnum, & intereſſe cauſatum ex cauſa præmiſſa. §. Si quis verò falſum dixerit, ut quis abſolvatur, vel condemnetur, in cauſa civili, amputetur ei lingua, eâdemque pœnâ tenebitur producens, & ut ſupra, & quilibet eorum in ſolidum tenebuntur ad ſatisfactionem damni. §. Puniuntur etiam iiſdem pœnis, qui ſollicitaverint, aut operam dederint, vel conſilium, ut quis Teſtimonium falſum dicat.

Omnibus Civibus (*ccc*), & Incolis Civitatum, & Locorum Dominii, quacunque dignitate fulgeant, interdictum eſt, ne per ſe, vel per alium, directè, vel per indirectum creari ſe faciant Civem, Incolam, vel Burgenſem, ſocium, confœderatum, aut ſubditum, aliarum Civitatum, & Terrarum, huic Dominio non ſuppoſitarum, neque etiam in eis aſcribi. Quod ſi etiam motu proprio fiat, hujuſcemodi privilegium acceptari non poſſit, nec etiam eo uti, ſine diplomate Principis, vel Senatus, ſub pœna arbitraria Principi, in quam huic Conſtitutioni contrafacientes, ipſo jure, & facto incurrant. Omnis, qui à Principe (*ddd*) ſtipendium habet, ſi ab aliquo oretenùs, vel in ſcriptis requiratur ad finem, ut ſe abdicet à ſervitiis Principis, vel ſtipendiis, aut fidelitate, ut conducatur ad alia ſtipendia, vel ſervitia, teneatur id notificare Principi, vel Officialibus, ad finem, ut ad notitiam deveniat; & eo ampliùs, ubi tractetur de intereſſe Principis, requirentem capere, ſi poſſibile erit,

nec ſine licentia Principis relaxare, ſub pœna arbitraria Principis, vel Senatus imponenda. §. Sub eademque pœna omnibus, ſeu Incolis, ſivè non, ſivè ſubditis, ſivè non, interdictum eſt, requirere, vel temptare aliquem, ut removeatur à ſervitiis, ſtipendiis, fidelitate, obedientia, reverentia, vel ſubjectione Principis.

Nullus foſſam Civitatis Mediolani, nec aliarum Civitatum, locorumve munitorum, de die, nec de nocte tranſeat, niſi per portas conſuetas, ſub pœna aureorum ducentum, vel trium ictuum funis, arbitrio Principis, vel Senatus, ſecundùm caſuum qualitatem.

Si quis non provocatus, nullave contumelia affectus, verbo, vel facto, Doctori de Collegio cujuſvis Civitatis, ex cauſa proveniente ab exercitio muneris Doctoratus, injuriam intulerit, quicunque is fuerit, puniatur, ultrà alias pœnas à jure cominatas, in aureis ducentum, pro medietate Collegio illius Doctoris, & alterà Fiſco applicandâ, vel in ictibus tribus equulei, & in hoc credatur Doctori cum uno Teſte fide digno; poſſitque contra hos procedi, tam ad offenſi querelam, quàm Collegii, & etiam ex officio, per quemcunque Judicem cauſarum criminalium. §. Imputatus audiendus non eſt *(eee)*, niſi ſe conſtituat, & non minùs in carceribus juſdicere tenetur, ac ſi imputatus eſſet pro alio delicto, ex quo pœna ſanguinis eſſet imponenda. §. Si verò hujuſcemodi injuriam non provocatus, ut ſuprà, & ex cauſa proveniente à patrocinio cauſarum, in aliquem Cauſidicum de Collegio *(fff)* Notariorum cujuſvis Civitatis hujus Dominii intulerit, puniatur in aureis quinquaginta, pro medietate Fiſco, & altera Collegio illius Cauſidici applicanda, vel in pœnam corporalem, arbitrio Senatus, parique modo procedatur, ut de Doctore ſupradictum eſt.

Officiales condemnati ex aliqua violentia, extorſione, ſeu alio delicto in officio excercendo commiſſo, vel ejus officii causâ, in poſterum ad aliquod officium non admittantur. Quòd ſi placuerit Principi admittere, id fiat per Diploma manu Principis ſignatum, in quo ſpecificè exprimantur cauſæ condemnationis, nec alio modo impetrare poſſint officia, ſub pœna privationis officii, & confiſcationis bonorum omnium, ipſo jure, & facto, quæ ſi aureos centum non excesſerint, carceri per annum includendi ſunt.

Collegiis, Univerſitatibus, & denique omnibus, cujuſvis ſtatus, & conditionis ſint, interdictum eſt, per ſe, vel per interpoſitas perſonas, directè, nec per indirectum, vendere, nec alienare *(ggg)*, nec etiam per quamcumque ultimam voluntatem expreſſam, aliquam rem immobilem *(hhh)* alicujus Territorii hujus Dominii mediatè, vel immediatè nobis ſubditi, nec annuum redditum, aut eorum uſumfructum, in perſonam huic Dominio non ſubditam *(iii)*, ſub pœna amiſſionis rei *(lll)*, ſic venditæ, vel alienatæ, vel pretii ejuſdem, bonaque, res, & pretium ipſo jure, & facto, in Fiſcum perveniant, contractus, & alienationes non valeant, ſintque nullius momenti. §. Notarii contra formam præſentis Conſtitutionis Inſtrumenta rogare non audeant *(mmm)*, ſub eadem pœna. Quam ſi ſolvendo non erunt, puni-

nientur

Digitized by Google

nientur in perſonam, arbitrio Principis, vel Senatus. §. Per hanc tamen Sanctionem non prohibetur, quin in contractibus faciendis inter ſubditum, & non ſubditum, hypotheca conſtitui poſſit. §. Non prohibetur etiam non Subdito accipere bona debitoris ſui inſolutum, vel ab eo, vel à Judice, dummodo intra annum Subdito vendat, alioquin Fiſco applicentur. §. Si contingat contra, vel præter hanc Conſtitutionem, per Principem, vel Senatum diſpenſari (*nnn*), hæ diſpenſationes intra decem dies (*ooo*) apud Quæſtores Extraordinarios regiſtrari debent, aliàs nullius ſint momenti. §. Eo amplius ſancitum eſt (*ppp*), quod non ſubditi huic Dominio alicui Subdito ab inteſtato ſuccedere non poſſint.

Decuriones, aut alii, rebus Communitatum hujus Dominii adminiſtrandis præficiendi, eligantur probitate integritateque idonei, nulla factionum habita ratione. Quod ſi ſecus fiat, electio ſit nulla, punienturque eligentes pœnâ arbitrio Principis, vel Senatus, imponendâ, aliqua conſuetudine (quæ potius corruptela dicitur) non obſtante, & etiam jure municipali. Et eo ampliùs ſancitum eſt, quòd unus ex eis non poſſit ſui loco ſubrogare alium; ſed ad omnes ſubrogatio pertineat.

Si quis in tantam temeritatem proruperit, ut auſus fuerit, per ſe, vel alium, directè, vel per indirectum tentare, ſeu corrumpere Officiales, vel Juſdicentes hujus Dominii, puniatur in pœna aureorum ducentum, vel trium ictuum funis, arbitrio Principis, vel Senatus.

Qui fallacibus ludis, & ſubdolis artibus evolvunt, & quodammodo rapiunt ex imperitorum manibus pecunias, aleâ ludentes, vel alio genere ludi, in quibus fallacias adhibent, item res vendentes (*qqq*) adeò artificioſè, ut pretioſas, quæ viles ſunt, & pauci valoris, (qui vulgò barri dicuntur), puniantur pœna pecuniaria, vel corporali, arbitraria pro qualitate, & modo delictorum, & non ſolum ipſi, ſed ipſis dantes ad præmiſſa auxilium, aut conſilium.

Prohibitum eſt omnibus impedire, vel impediri facere executiones (*rrr*), quacunqne cauſa criminali, ex qua pœna corporis infligi poſſet, conceſſas per Officiales quomodocunque, nec his, contra quos eſſet conceſſa executio, dare auxilium, ſub ea pœna corporali (*ſſſ*), qua imputatus detinendus puniendus erat, ſi imputatio vera eſſet. §. Quòd ſi id fieret pro cauſa civili (*ttt*), vel pecuniaria, etiam criminali, eſt pœna trium ictuum equulei, aut ducentorum aureorum, Fiſco applicandorum, & hoc ultra damna, & intereſſe. Volumus tamen, quòd ſi major pœna à Jure cumuni impoſita ſit illa ſervetur, procedaturque in præmiſſis per Juſdicentes; modò in executionibus faciendis (*uuu*) ſit ſervata forma ex aliis Conſtitutionibus tradita.

In hoc Mediolanenſi Dominio, nemini licet, ſivè is ſubditus ſit, ſivè non, aliquem literis, nunciiſve, aut alio modo ad duellum invitare, vel provocare, faciendum in Dominio, aut extrà Dominium, vel ad dictum finem in locis publicis, vel privatis, literas provocationis affigere, vel affigi facere, ſine licentia Principis, vel Locum-Tenentis, ſub pœna capitis, ita quòd moriatur, & confiſcationis

bonorum. §. Qua etiam pœna teneatur quicunque Subditus, qui alium Principem, vel Rempublicam adiverit, vel impetret locum duelli cum aliquo alio Subdito, vel non ſubdito commorante in hoc Dominio. §. Et non ſolùm præmiſſi eis pœnis tenebuntur, ſed etiam provocatus, qui ſine licentia Principis, vel Locum-Tenentis provocationem, ſivè literis, ſivè verbo factam acceptaverit; & hi, qui literas provocationis præſentabunt, vel affigent, aut oretenus alieno nomine aliquem requirent, vel his ad id auxilium, & conſilium dederint.

Non fiant ligæ (*xxx*), uniones, confœderationes, ſectæ, & conventiculæ, conjurationes, conſpirationesve ſub pœna corporali, vel pecuniaria, uſque ad mortem, arbitrio Principis, vel Senatus. Qua pœna etiam teneantur participes, nec non auxilium, & conſilium ad id dantes.

Cauſidici, & Notarii falſum committentes, ſi Principi placuerit eos in gratiam admittere, & à crimine liberare, ac ad priſtinos honores reſtituere, nunquam reſtituti intelligantur ad officium Cauſidici, vel Tabellionatus. §. Hi quoque ſi palam, vel occultè, directè, vel per indirectum, fœnerati fuerint, priventur officio Tabellionatus, & cauſarum dicendarum, & ita privati ampliùs reſtitui in priſtinum non poſſint, & ubi reſtitutio fiat, non valeat, & pro nulla, & infecta habeatur.

Si Advocati, Cauſidici, Notarii, & Sollicitatores, facient pactum de quota litis, applicetur res, & rei pretium Fiſco. Et ſi pecuniam pacti fuerint, tantumdem pecuniæ per eos Fiſco perſolvendum erit. Et ulteriùs in aureis centum versùs Fiſcum condemnabuntur, & etiam in perſona, arbitrio Principis, vel Senatus, & criminaliter procedetur. §. Præmiſſi cum cliente per menſem unum antequàm patrocinium litis ſumant, nec durante lite, nec poſt finitam litem, per ſemeſtre, contrahant ſinè licentia Principis, vel Senatus. Quòd ſi contrafecerint, contractus ſint nulli, & incurrant pœnam amiſſionis rei, ſuper qua contractum fuerit, à contrahentibus exigendam.

Si quis auſus fuerit Doctori (*zzz*), Magiſtratui, vel Commiſſario, coram quo litem habeat, minas inferre, incurrat pœnam aureorum centum, Fiſco applicandam, toties, quoties contrafecerit, & graviorem etiam arbitrio Principis, vel Senatus.

Si quis arma prohibita ferat (*aaaa*), vel ultra ſolitam familiam aliquos cum armis duxerit coràm Doctore, Magiſtratu, vel Commiſſario eo die, quo ſententia ferenda eſt, & ad locum ubi ferenda eſt ſententia, incurrat pœnam ducatorum centum pro armis, quæ ipſe portaverit. §. Quicumque cum eo fuerint cum armis, pœna aureorum decem pro quolibet eorum teneantur; qui ſi ſolvendo non fuerint, ea pœna inſolidum à principali exigenda eſt. Hujus pœnæ, duæ partes Fiſco cedant, reliqua Accuſatori.

Sancitum eſt, quòd ne quis Magiſtratus alicujus Civitatis, vel Terræ, vel quis ex communi opinione, & fama, reputatus ex potentio-

Digitized by Google

tentioribus ipſius Civitatis, vel Terræ, audeat, per ſe, nec per interpoſitam perſonam, directè, nec per indirectum conducere Notarias (*bbbb*), maleficiorum, vel damnorum datorum exercendas, vel cuſtodias Carcerum, nec participare cum Conducentibus, ſub pœna quinquecentum aureorum Fiſco applicanda pro quolibet, & qualibet vice, credaturque Accuſatori, cum juramento, & uno Teſte fide digno, lucrabiturque tertiam partem pœnæ, & ſecretò tenebitur, ſi voluerit.

Severè puniendi ſunt (*cccc*) hi, qui ſalutis æternæ immemores, Deum, & Glorioſam Virginem Mariam, Sanctoſque conviciis, & contumeliis, multis modis afficiunt. Eapropter ſancitum eſt, hos blaſphemos, & maledicentes, Deo, Virgini Mariæ, & Sanctis, ſeu alicui ex eis verbo, vel facto, & ſive id faciant irati, ſeu non, & in loco publico fiat, hoc modo eſſe puniendos: pro prima vice, in aureis decem, pro ſecunda, in aureis viginti, quos ſi intrà triduum non ſolverint, virgis cædantur, vel ictibus tribus equulei, pro tertia verò vice lingua ſecanda eſt. §. Intelliganturque loca publica hæc eſſe, Eccleſia, Platea, Via publica, Hoſpitium, Apotheca, vel alius locus etiam privatus, in quo congregent ſe homines ad quodvis negotium, modò tamen ſint numero quatuor ultra familiam illius, cujus is locus eſt. §. Si verò in privato factum fuerit, pro prima, & ſecunda vice, medietate dictæ pœnæ puniendi ſunt, pro tertia verò in aureis viginti. Quod ſi intrà triduum non ſolverint, pœna corporali, qua ſuprà, puniendi erunt. Quod ſi reiteraverint, puniantur hi blaſphemi pœna ultimi ſupplicii, vel triremium, arbitrio Principis, vel Senatus. §. Eo ampliùs Juſdicentibus permiſſum eſt, quòd ſi eis in quolibet caſuum præmiſſorum atrox blaſphemia, vel convitium, viſum fuerit, Senatum conſulant, qui ſecundùm qualitatem caſuum dignam pœnam, & majorem imponet (*dddd*). §. Mercatores, & qui artificium exercent, & domini, qui famulos habent, & audiverint aliquem vel famulum, vel artificem blaſphemare, intrà unam diem expellant, & item Judici deferant, aliàs eiſdem pœnis, quibus delinquentes, teneantur. §. Prohibitum eſt etiam, ne quis permittat in ejus Domo publicè ludere (ut vulgo dicitur *a zarro*) nec alio modo in Ludis prohibitis (*eeee*), ſub pœna contrafacientibus, & ludentibus, ictuum tribus equulei. §. Sacras autem imagines Dei, Virginis Mariæ, vel Sanctorum, percutientes, vel cum injuria deturpantes quomodocunque, manu deſtra, vel ſiniſtra, in qua ſint magis potentes, priventur, & ſecundùm qualitatem caſus graviori pœna plectendi ſunt, arbitrio Principis, vel Senatus, & hoc pro prima vice; in ulteriori autem, pœna ultimi ſupplicii, vel triremium, arbitrio ut ſupra puniantur. §. Antiani Parochiarum, & Conſules Terrarum, & Locorum, qui prædicta in præſenti Conſtitutione contenta audiverint, vel ab aliis intellexerint, teneantur ſub pœna privationis officii, & aureorum decem denunciare Judici illius loci, in quo crimen commiſſum eſt. §. Judices Mediolani ſuper præmiſſis erunt Prætor, & Capitaneus Juſtitiæ, in aliis Civitatibus, & Locis, Prætores, & Judices ordinarii:

qui

Digitized by Google

qui in prædictis criminaliter procedent, & ex officio, & prout in delictis, in quibus pœna ſanguinis ingeritur, procedi ſolet, & animosè procedant, cauſaſque intra menſem expediant, ſub pœna ſolvendi pœnam ex ſuo ære proprio, & alia graviori, arbitrio Principis, vel Senatus. §. Notarii eorum diligentes ſint in præmiſſis, aliàs in eorum ſyndicatu, ratio habebitur, & de negligentia punientur, ac ſi delicta præmiſſa commiſiſſent. §. Eo ampliùs Mediolani Notarii notificare intra unam diem neceſſe habent Deputatis Sanitatis, querelas, & denuntias eis porrectas, ſub pœna quadrupli, & ſuſpenſionis ab officio per annum, & in aliis Civitatibus, & Locis, Deputatis illorum Piorum Locorum, quibus pœna applicanda eſt. §. Harum autem pœnarum (*ffff*) in pecunia conſiſtentium, medietas Accuſatori, alia medietas Mediolani Officio Sanitatis cedet (*gggg*), & in aliis Civitatibus, & Locis, illis Locis Piis, quibus per Præſidentes Civitatum, & Locorum ordinatum erit eſſe applicandas. §. Accuſatores ſecretò tenebuntur, & dictum præmium conſequentur, ità demùm ſi intrà quindecim dies querelam, vel denuntiam deferant; quæ ultra eum terminum deferri non poſſint. §. Sancitum eſt, in Eccleſia Majori Mediolani, & in aliis Civitatibus, & Terris mœniis, vel Vallo circundatis, in principalibus Eccleſiis capſam unam clauſam poni debere, cujus clavis Mediolani erit penes Deputatos Sanitatis Mediolani, in aliis penes ad id Præfectos, licitumque ſit omnibus ſcriptulum in ea capſa deferre, in quo contineantur nomina, & cognomina prædicta committentium, dies, & locus commiſſi delicti, nomina, & cognomina teſtium. Habebunt medietatem pœnarum, de quibus ſupra. §. Tenenturque Deputatis ſingulis tribus diebus eam capſam aperiri facere, & videre an aliqua delata ſint, ad effectum, ut Juſdicentes ſecundum hanc Conſtitutionem procedere poſſint.

Eruens oculum alicui (*hhhh*), vel faciem aliquomodo deturpans, (*iiii*), vel membrum abſcindens (*llll*), ultra pœnas à Jure municipali irrogatas, puniatur graviori pœna, etiam corporali, arbitrio Juſdicentis.

Si quis cum duabus mulieribus (*mmmm*) matrimonium contraxerit, puniatur in quinquecentum aureis Fiſco applicandis, vel in tribus ictibus equulei, & alia graviori pœna, etiam corporali, arbitrio Principis, vel Senatus.

Si quis incendium poſuerit, vel poni mandaverit in domo, vel loco habitato, puniatur pœnâ capitis, ita quòd moriatur, & confiſcationis bonorum. §. Si verò id factum fuerit in domo, vel loco inhabitato, puniatur in quadruplum damni, de quo ſtetur juramento damnum paſſi, prævia tamen Judicis taxatione, & etiam alia pœna graviori, uſque ad mortem incluſivè, arbitrio Principis, vel Senatus. §. Si quis autem ponat incendium in aliqua re, etiam ſua; incendiumque in alieno vagaverit, puniatur (ultra damnum, de quo ſtetur juramento damnum paſſi, prævia taxatione ut ſupra) arbitraria pœna etiam corporali, arbitrio Principis, vel Senatus, ſecundùm facti qualitatem, per detentionemque procedi poſſit.

Fa-

Digitized by Google

Faciens ut quis evadat è Carceribus, puniatur ea pœna, qua carceratus puniendus erat, ſi pro delicto, pro quo erat imputatus, condemnatus eſſet. Si quis autem aliquid fecerit, propter quod ipſe è Carceribus evadat, puniatur pœnis à Jure communi ſtatutis.

Nullus corporaliter puniatur, niſi ex præſentibus Conſtitutionibus, vel Statutis Civitatum, & Locorum (à principe tamen approbatis) caveatur, nec extrà illos caſus quis puniri poſſit corporaliter inconſulto Principe, vel Senatu.

Nullus Officialis (*nnnn*) Reos detentos, Senatu inconſulto, abſolvat, vel condemnet in caſibus, in quibus pœna mortis naturalis, vel mutilationis membri, aut confiſcationis bonorum, ſequi poteſt. §. Quòd etiam ad Officiales Feudatariorum extenditur. §. Hæc tamen Conſtitutio non pertinet ad jam condemnatos, nam, hos, cùm in eorum poteſtatem pervenerint, abſque eo quòd in Senatu referant, punire poterunt.

AD TIT. DE PŒNIS.

Decis. et Annot.

Condemnati in pœnam pecuniariam, ubi eam ſolvere nequeant ob eorum miſerabi-
litatem, ne in carcere marceſcant, eam luunt in corpore ſumptis informationibus
juxta formam præſcriptam in Ord. Senat. 29. Octobris 1553.; ſalvo jure tamen
1 Fiſco ipſas condemnationes pecuniarias conſequendi ſuper creditis, juribus, vel
bonis hujuſmodi condemnatorum, ubi comperiantur dicta jura, vel bona poſſe-
diſſe, ac habuiſſe tempore commutationis pœnæ, etiam ſi pœnas corporales præ-
textu probationis paupertatis, vel miſerabilitatis perſolverint. Ord. Senat. 4. Ja-
2 nuarii 1554., & hujuſmodi pœnæ commutatio fit tantum Senatus arbitrio. Ord.
3 Senat. 15. Decembris 1588., & 14. Januarii 1589.
Committentes Scachum citantur ſub pœna furti, & ubi non compareant, in eam
pœnam condemnantur. Ord. Senat. 25. Januarii 1559., & remiſſio quoad hoc de-
4 lictum operatur eundem effectum, quem parit in caſibus furti. Ord. Senat. 6.
5 Julii 1613.
Contra vendentes, vel in proprios uſus convertentes res alienas proceditur crimi-
naliter, & inquiruntur de Scacho, & puniuntur pœna furti. Ord. Senat. 2. Maji
6 1591.; proceditur pariter de Scacho contra Depoſitarium non reſtituentem depoſitum.
7 Ord. Senat. 8. Auguſti 1609. *pag.* 544.
Vendentes rem duobus condemnari debent ad reſtitutionem pretii una cum damnis,
& expenſis, ac incidunt in pœnam corporalem arbitrio Senatus. Ord. 22. Maji
1597.; hæc autem pœna reſervata arbitrio Senatus, eſt trium ictuum funis pu-
8 blicè infligendorum, ut ipſe declaravit in Ord. 14. Maji 1598.; conducentes au-
9 tem Equos, & illos non reſtituentes, condemnandi ſunt in pœnam furti. Ord.
10 Senat. 30. Auguſti 1550.
Si Reo minor pœna impoſita ſit ob indiciorum levitatem, & majora ſuperveniant,
tunc iterum procedi poteſt contra ipſum vel leviter punitum, vel abſolutum. Ita
11 decrevit Senatus die 5. Maji 1601. in caſu Jacobi Rabotti Fontanellenſis ſuper
binis homicidiis ab ipſo, & aliis commiſſis benè torti, & poſtea banniti, juben-
do, ut ob ſuperventa alia indicia, ad ulteriora procederetur.
Infamia juris non incurritur per pœnam extraordinariam impoſitam pro delicto ſui
naturâ infamiam juris irrogante ad *text. in l. etſi ſeverior. C. ex quibus cauſ. in-*
12 *fam. irrog.*; & ita cenſuit Senatus anno 1614. favore Antonii Mariæ Rigolæ; &
13 die 14. Maji 1622. referente Magnif. Senatore Bellono favore Cauſidici, &
Equitis Joannis Jacobi Curtarelli Cremonenſis, declarando per pœnam extraordi-
nariam ipſi irrogatam non remanere notatum ea infamia, de qua loquitur ſtatu-
tum Notariorum Cremonæ excludens a Collegio Notarios infamiâ notatos.
Spontanea Delinquentis confeſſio minuit pœnam ad *text. in l. reſpiciendum. ff. de*
pœnis; hinc cum quidam Monetarius, poſt carcerationem, & ante examen Socii,
com-

comparuiſſet coram Judice, delictumque integrè narraſſet, licet interpoſitis non-
14 nullis mendaciis, cenſuit Senatus die 4. Decembris 1619. primum detentum in
pœnam ordinariam mortis eſſe damnandum; alterum vero in extraordinariam re-
mi perpetui.

Pœnam pariter minuit momentanea contraventio alicujus Proclamatis, vel Præcep-
ti; hinc captus Bartholomæus Salmeronus, cui factum fuerat præceptum, ne au-
deret pedem inferre in hanc ditionem Mediolanenſem comminatâ pœnâ vitæ,
ni paruiſſet, evaſit mortem, & remi tantum quinquennalis pœnam ſubiit ex ſen-
15 tentia Senatus, referente Magnif. Senatore Bellono lata die 7. Novembris 1619.
pro cujus defenſione allegabatur lapſum eſſe longum tempus a die facti præcepti,
& ita oblivionem præſumi, atque momento temporis in tranſitu eum in hac di-
tione fuiſſe palam, & bona fide; captus enim fuerat in quodam hoſpitio penes
Prætorium Cremonæ.

Pœna Exilii ad arbitrium, non tollitur a Senatu ſine remiſſione, etiamſi non adſit
16 querela partis. Ita referente Magnif. Senatore Anulpho cenſuit Senatus die 18.
Novembris 1661. in caſu Comitis Cribelli -- Egr. Secret. Ivagnez.

Etiam accedente remiſſione partis offenſæ, & fide de benè vivendo, pœna Exilii ad
arbitrium non tollitur a Senatu, quando agitur de cauſa gravi, & ſcandalum
17 oriri poteſt indulgendo delinquenti. Ita referente Magnif. Senatore Comite Ar-
chinto decrevit Senatus die 30. Julii 1669. -- Egr. Secret. Annono.

Remiſſione non tolli pœnam inſulti facti ad domum cum armis cenſuit Senatus die
18 5. Octobris 1668. referente Magnif. Senatore Carillo -- Egr. Secret. Annono.

Electio pœnæ pecuniariæ, vel corporalis eſt Fiſci, ut poſt alios caſus declaravit Se-
19 natus, referente Magnif. Marchione de Clericis, die 29. Novembris 1667. in
caſu Canarini condemnati a Prætore Buſti -- Egr. Secret. Maddio --; & referente
Magnif. Senatore de Puteo die 3. Martii 1668. in caſu gratiæ petitæ a Camillo
20 Cavalano e loco Fraſcatæ Agri Alexandrini -- Egr. Secret. Belcredio.

In pœnis alternativis, ſcilicet corporali, vel pecuniaria, electio eſt Judicis in caſu
21 Proclamatis alternativam pœnam imponentis. Ita referente Magnif. Senatore
Com. Siccoborella, cenſuit Senatus die 14. Decembris 1668. -- Egr. Secret.
Belcredio.

Condemnatus, qui aufugit a Trireme ob naufragium, non punitur ob fugam, ſed
tamen non liberatur a pœna delicti, ob quod jam fuerat condemnatus. Ita poſt
22 alios caſus, referente Magnif. Senatore Caſato, decrevit Senatus die 27. No-
vembris 1669. in eo Butii Martinelli -- Egr. Secret. Sadarino.

AD CONSTITUTIONEM.

(a) Ad §. *Quicunque falſificaverit, &c.*

Joannes Turcellus Hiſpanus diverſis temporibus plura fecerat mandata cum falſa ſub-
ſcriptione Excellentiſſimi Gubernatoris Marchionis de Inojoſa, quorum virtute
ipſe, & Complices exegerant a Regia Theſauraria aureos octo centum in pluri-
bus vicibus, de quibus erat confeſſus. Relata hac cauſa per Egr. Advocatum Fiſ-
23 calem Maldinotum die 16. Junii 1618. dictum fuit, ipſum incidiſſe in pœnam
hujus Conſtitutionis, verum cum conſtaret ex fide Parochi non compleviſſe an-
num vigeſimum, cenſuit Senatus pœnam eſſe minorandam, & proindè ad per-
petuos triremes condemnavit.

Quidam Paganus falſificaverat literas Senatus, ſubſcribendo literas patentes nomine
unius ex Egr. Secretariis, ponendo etiam Sigillum in aliqua parte variatum, ut
evitaret expenſas Cancellariæ in ſolidis quinquaginta circiter, & erat confeſſus,
24 ac Reus delationis Sclopuli cum unco. Referente Magnif. Senatore Florentia,
decrevit Senatus die 17. Septembris 1671. perpetuò remigare debere -- Egr. Se-
cret. Gradignano.

Ultra pœnam mortis, publicantur bona. Ita referente Magnif. Senatore Vicecо-
25 mite, cenſuit Senatus die 20. Aprilis 1617. in cauſa Martini Sambuci, qui falſi-
ficaverat literas Senatus, & proindè fuerat in pœnam capitis condemnatus.

Crimen falſificationis ſigilli Principis, aut Senatus, quoad gratiam eſt de reſervatis
26 S. R. M. ex Ord. Reg. 9. Auguſti 1565. *impreſ. inter Ord. Senat.*, ibique *in meis
annotat. n. 9.*, quid in falſificante ſigillum Magiſtratus; & Reus hujuſmodi deli-
cti frui nequit beneficio liberationis banniti conceſſæ vigore Proclamatum juxta
decla-

27 declarationem expreſſam in Proclamate 14. Auguſt. 1698., 28. Septembris 1699.,
3. Septembris 1708.

(*b*) Ad §. *Modoque præmiſſo* verb. *veneficos*.

Anno 1594. die 18. Julii Senatus reſcripſit Prætori Variſii, ut damnaret in pœnam
28 capitis cum confiſcatione bonorum Joannem Stephanum Boſſium inquiſitum de
mandato propinandi venenum Achilli Roboldello, etiam ſi illud non fuiſſet pro-
pinatum; & referente Magnif. Senatore Bracherio, cenſuit Senatus die 12. De-
29 cembris 1653. eſſe furcis ſuſpendendum quemdam de Advocatis Reum tractatus
veneni propinati Franciſco Cernuſchio de mandato cujuſdam, & conſignato ve-
neno ad dictum effectum Familiari ipſius Cernuſchii.
Quidam Cremonenſis famulus Marchionis Trechi detentus in carceribus Prætoriis
Cremonæ ob venenum in Braſicis domeſticis vulgo *Gambuſi* propinatum Uxori,
quæ cum quatuor aliis perſonis, quibus cibum ipſum communicaverat, magnis
vomitibus, & doloribus fuerat affecta, licet ex Triacæ medicamento ſtatim ſum-
30 pto omnes convaluerant, fuit per Senatum anno 1627. ad remum per Septennium
condemnatus, & non in pœnam ordinariam, quia delictum conſtanter negaverat,
neque penitus convictus dici poterat, licet eſſet valdè gravatus.
Vendens ſimpliciter venenum perſonæ notæ, non tenetur ad aliquam pœnam, ubi
non conſtet, ſcienter illud vendidiſſe necandi hominis causâ, cum hujuſmodi
31 ſcientia non præſumatur, niſi probetur; hinc referente Magnif. Senatore Bellono,
cenſuit Senatus die 11. Martii 1621. non eſſe moleſtandos Pharmacopolas, qui ve-
nenum vendiderant Joanni Guidobono, & Victoriæ ejuſdem Uxori Derthonenſi-
bus, qui ſe invicem necare tentaverant, cum non conſtaret, eos aliquam ha-
buiſſe ſcientiam illud ad malum uſum comparatum fuiſſe, facto eiſdem præcepto,
ut in poſterum cautius agerent; & referente Magnif. Senatore Bracherio, decrevit
32 Senatus die 20. Junii 1652. eſſe dimittendum Joannem Paulum Navam Aroma-
tarium Reum peractum de traditione veneni cuidam Nobili peſſimæ famæ, &
qui faſſus fuerat, ſe bis tradidiſſe cuidam potenti Viro Solimatum, & Arſeni-
cum, ex quibus homines necare conſueviſſe per publicam famam intellexerat.
Quædam Mulier Derthonenſis conſignavit Filiæ venenum, nempè Arſenicum, ut
illud Marito propinaret, qui eo ſumpto paulo poſt datis pluribus ſignis deceſſit;
judicium Peritorum varium fuit, & ſine juramento; Mater erat in confeſſis; Fi-
lia vero negativa, & conſtabat de emptione veneni facta a Matre; referente
33 Magnif. Senatoro Faxardo, Senatus decrevit die 3. Martii 1674. Matrem eſſe
furcis ſuſpendendam; Filiam vero acriter torquendam, & ubi nihil emergeret,
aſſiſtere debere ad mortem Matris, & perpetuo exulare, ita ut poſſet impunè of-
fendi, ſi pedem intuliſſet in hoc Dominium -- Egr. Secret. Maddio.
Catharina de Melioribus de loco Brignani Derthonenſis bis propinavit venenum Ma-
rito, qui tamen ex eo mortuus non eſt; erat in confeſſis, & conſtabat de publi-
ca voce, & fama, & aderant Teſtes deponentes de ſignis, quæ ſucceſſerant poſt
propinationem; tamen cum non conſtaret de corpore delicti, & quod venenum
eſſet aptum ad occidendum, nec judicialiter fuiſſet factum aliquod judicium Peri-
torum circa perſonam Mariti, cui propinatum fuerat venenum; referente Magnif.
34 Senatore Arconato, cenſuit Senatus die 23. Aprilis 1676. eſſe fuſtigandam ter
acriter dictam Catharinam, mox exulare debere perpetuo a toto Dominio ſub
pœna vitæ -- Egr. Secret. Sadarino.
Venefici incapaces ſunt gratiæ apud S. E., & beneficii liberationis Banniti vigore
35 Proclamatum ex Ord. Reg. & Proclam. *ut ſupra*.

(*c*) Ad verb. *Aſſaſſinos*.

Anno 1593. die 8. Novembris Senatus judicavit eſſe capacem gratiæ quemdam Ale-
36 xium Minorem Reum de unica robaria, & aſſaſſinio.
Diſpoſitio hujus Conſtitutionis habet locum etiam contra auxiliantem. Ita declara-
vit Senatus die 12. Julii 1614. in caſu cujuſdam, qui faſſus fuerat, ſe mediato-
37 rem extitiſſe aſſaſſinii ſecuti contra Paulum Æmilium Coninum, recipiendo pecu-
niam, ejuſque partem tradendo Sicariis poſt patratum delictum, & partem reti-
nendo etiam pro ſe.
Receptantes ſcienter Aſſaſſinos, vel ipſis opem præſtantes, incurrunt pœnam mortis,
& confiſcationis bonorum; nec ab hujuſmodi pœnis excuſantur Genitores, Fra-
38 tres, aut alii ſanguine juncti ex Proclamate 14. Auguſti 1698., 28. Septembris

Digitized by Google

1699.; renovata eſt prohibitio hujuſmodi receptationis, ſed ſub diverſis mitioribus pœnis in Proclamate 3. Septembris 1708.

(*d*) Ad §. *Latrones viarum, &c.*

Latrones viarum reperti in actu occidendi Viatores ad effectum eos ſpoliandi, vel
ſolum in actu ipſos, vel Domos deprædandi, a quolibet detineri, & in caſu re-
39 ſiſtentiæ, etiam impune occidi poſſunt. Proclamata *ut ſupra;* & incapaces ſunt
gratiæ apud Excellentiſſimum Gubernatorem, & beneficii liberationis Banniti vi-
40 gore Proclamatum juxta declarationem Ord. Reg. 9. Auguſti 1565. & Proclamatum *ut ſupra* intellige, ut *in meis annotat. n. 14. ad dictum Ord. Reg.*

Anno 1749. ad extirpandum capitaliter Bannitorum, & Latronum viarum infeſtiſſimum genus, Excellentiſſimus hujus Dominii Gubernator Comes de Harrach, prævio voto Senatus, pro extraordinario remedio, deputavit J. C. Macinagum in Commiſſarium Campeſtrem, & uti ejus Delegatum cum facultate procedendi *ad modum belli -- ex abrupto -- levato velo, -- brachio Regio*, qui juxta habitas inſtructiones, cum Notario criminali, Confeſſario, Carnifice, Satellitio, & Militibus, equitando peragraret vias, & loca ab hiſce perditis hominibus magis infeſtata, & habitis informationibus de robariis ad ſtratam commiſſis, & ſummariè
conſtito de facti veritate, & delinquentibus, curaret eorum detentionum, eiſque
41 captis breve temporis intervallum concederet ad ſe morti præparandos, moxque ad Arborem ſecus publicas vias ſuſpendi faceret, ibi appenſo relicto cadavere ad publicum delinquentium terrorem, & ut latius ex Proclamate 25. Junii dicti anni 1749.

(*e*) Ad §. *Si vero* verb. *in rota lignea.*

Uſus rotæ receſſerat vivente Sancto Carolo Borromæo, qui non patiebatur quemquam tradi hujuſmodi morti, ne ob dolorem, corporis, & animæ ſimul jactura
contingeret; creſcente autem ex poſt delinquentium licentia, ad arcendos a deli-
42 ctis homines per hoc crudele mortis genus, renovata fuit rotæ pœna die 12. Auguſti 1600. contra illos, qui in Oppido Vicomercati ſpoliaverunt, & trucidarunt domi Nob. Gabrielem Carcaſolam; & adhuc hujuſmodi pœna practicatur in atrociſſimis delictis.

(*f*) Ad §. *Occidens doloſè* verb. *uxorem.*

Maritus habet tantum imperium civile in Uxorem, & leviter caſtigare poteſt; ubi
autem ad exceſſivam ſævitiem, & potiſſimum ſine cauſa, perveniat, & agatur de
Uxore honeſta, & proba, punitur etiam pœna triremis. Ita referente Magnif.
43 Senatore Menochio, ſanxit Senatus die 16. Aprilis 1671. in caſu Cagiotti ad definitivam relationem Egr. Vicarii Juſtitiæ hujus Urbis -- Egr. Secret. Annono.

Si vero ſpretis conjugalis ſocietatis legibus, ad crudelitatem occidendi propriam
Uxorem deveniat, jure merito pœnam mortis ſubire debet; hinc Senatus die 15.
44 Julii 1616. cenſuit eſſe condemnandum in pœnam hujus Conſtitutionis Chriſtophorum Vicecomitem, qui occiderat Octaviam Maynam ejus Uxorem.

Quemdam de Magnis Reum de Uxoricidio, & ſuppoſitum ſtultitià affectum, cum id
45 reſultaret ex ejus Conſtitutis, referente Magnif. Senatore Menochio, decrevit Senatus die 9. Aprilis 1671. perpetuo remigare debere -- Egr. Secret. Sadarino.

Uxor adultera an impunè occidi poſſit a Marito, vide *infra hoc tit.* §. *Mulier.*

(*g*) Ad verbum *Liberos.*

Margaritam de Albertis de loco Turris de Carate Papienſis Ream de Infanticidio,
& confeſſa, quod natus fuiſſet vivus, cum conſtaret de corpore delicti, licet
adeſſet judicium unius tantum Obſtetricis, referente Magnif. Senatore Com. Pu-
46 ſterla, cenſuit Senatus die 23. Martii 1673. eſſe capite plectendam -- Egr. Secret.
Annono --; & anno 1713. die 6. Martii damnata fuit ad furcas Catharina nun-
47 cupata *la Manina* Rea confeſſa de ſuffocatione Infantis tentata laqueo, mox patrata media immerſione in aqua in pelvi poſita, donec mortuus fuiſſet.

Rea fuit conſtituta de nece Infantis Margarita Briuſcona, quæ confeſſa fuit caſu
ſucceſſiſſe, nempe Infantem cecidiſſe in ſterquilinium, dum ipſa ibi aderat cauſà
neceſſitatis, nec judicio Obſtetricum, & Peritorum gravabatur, dum deponebant
Infantem eſſe illæſum, nec ullo ſigno affectum. Relato per Magnif. Senatorem
48 Quintanam hoc caſu in Senatu, dictum fuit die 8. Julii 1677. eſſe benè torquen-
dam,

Digitized by Google

dam, & ubi nihil emergeret, exulare debere a Civitate per milliaria decem — Egr. Secret. Tatto.

Infanticidii crimen quoad gratiam an ſit de reſervatis S. R. M. vide ſupra in tit. de Senatoribus n. 213.

(*h*) Ad §. *Bona* verb. *præmiſſorum omnium &c.*

Anno 1617. die 20. Aprilis, referente Magnif. Senatore Vicecomite, declaravit Se-
49 natus ſub verbis *præmiſſorum omnium* comprehendi omnes perſonas ſuperius nomi-
natas, incipiendo ab initio hujus tituli, & conſequenter confiſcari bona etiam
falſificantis literas Senatus.

(*i*) Ad §. *Ubi tamen* verſic. *poſſit alium ex pari cauſa.*

Controvertitur apud DD. an hæc paritas deſumenda ſit a qualitate pœnæ, vel de-
licti; verum eſſe attendendam paritatem pœnæ decidit Senatus die 22. Septembris
50 1616., referente Magnif. Senatore Callento in caſu Sfortiæ Tineti Cremonenſis
petentis liberari Bannitum pro homicidio animo deliberato commiſſo, per præſen-
tationem alterius Banniti pro Robaria ad ſtratam —; die 30. Decembris ejuſdem
51 anni, referente Magnif. Senatore Parravicino, in caſu Franciſci Curtii condemnati
in pœnam capitis ob inceſtum cum Sorore, qui proponebatur liberandus per præ-
52 ſentationem Banniti damnati in pœnam furcarum —; & die 19. Aprilis 1620.,
referente Mangif. Senatore Corio.

(*l*) Ad §. *Mandantes extra rixam homicidium.*

Mandantes, vel Mandatarii ad vulnerandum aliquem in faciem, ultra pœnas a jure
53 impoſitas, incurrunt etiam illam ſeptemnalis remigii, & majorem uſque ad mor-
tem arbitrio S. E., vel Senatus ex Proclamate 16. Julii 1648. n. 12.
Mandantes, vel Mandatarii ad occidendum frui nequeunt beneficio liberationis Ban-
54 niti conceſſæ vigore Proclamatum juxta declarationem Senatus in Ord. 5. Junii
1648., & Proclamatis 17. Julii ejuſdem anni; & hujuſmodi beneficio privantur
etiam Mandantes, vel Mandatarii ſolum ad vulnerandum. Proclama *ut ſupra.*

(*m*) Ad §. *Eadem quoque pœna teneantur &c.*

Si mandatum ſit ſuſceptum in hoc Dominio, & homicidium ſit commiſſum extra,
etiam per non ſubditum, nihilominus locus eſt pœnæ ordinariæ, quia per hanc
Conſtitutionem punitur mandatum etiam non ſecuto effectu, & ſic ſuſceptio man-
dati de per ſe eſt delictum punibile. Ita referente Magnif. Senatore Vicecomite,
55 cenſuit Senatus die 9. Decembris 1617. ſuper definitiva Prætoris Alexandriæ de
Joanne Blanco.
Referente Magnif. Senatore Parravicino, Senatus die 27. Junii 1619. condemnavit
56 in pœnam furcarum duos Bergomenſes, qui in Territorio Veneto mandatum ſu-
ſceperant, licet in hoc Dominio delictum non patraſſent, neque deveniſſent ad
actum proximum, ſed ſolum tentaſſent recognoſcere Præpoſitum Oppidi Ripaltæ,
quem occidendi mandatum ſuſceperant.
Anno 1626. 15. Novembris, referente Magnif. Senatore Papyrio Cattaneo, cenſuit
57 Senatus furcis ſuſpendendum Joſeph Capretinum Mantuanum, qui accepto man-
dato in eo Agro a Silvio Valerio ſe contulerat ad Oppidum Caſtelletti Agri Cre-
monenſis armatus ſclopulo brevi rotato, ut interficeret Jovitam Carbonum Inco-
lam dicti Oppidi, & captus ratione dicti ſclopuli mandatum faſſus fuerat.
Cenſuit Senatus die 6. Octobris 1651., referente Magnif. Senatore Carolo Pattella-
58 no, furcis ſuſpendendum Auguſtinum Collam Viglevanenſem, ita ut eundo ad pa-
tibulum appenſum ad collum teneret ſclopulum brevis menſuræ, cum quo arma-
tus aſtiterat Mandatario explodenti ſclopulum in quemdam Reſtam, ut illum oc-
cideret (receptâ pecuniâ) prope Eccleſiam Roſæ hujus Urbis, licet, favente Deo,
neque vulneratus remanſiſſet.
Minor ætas etiam in hoc delicto excuſat a pœna ordinaria; hinc Ferrandum Cur-
tium Patricium Papienſem impictum de mandato ad occidendum Gaſparem Bec-
cariam, ſecuto effectu, audita relatione ſtatus cauſæ, & conſtito de ejus minori
59 ætate tempore patrati delicti, Senatus die 1. Aprilis 1632. decrevit citari debere
ſub pœna triremium decennalium, & contumacem in eam pœnam damnandum —
Egr. Secret. Comite Majoragio.

Digitized by Google

(*n*) Ad §. *Quod ſi nec vulnus verb. pœnitere, & illud revocare.*

Anno 1662. Senatus abſolvit J. C. C. Novariæ Cattaneum, qui re integra revoca-
60 verat mandatum datum ad occidendum.

(*o*) Ad §. *Homicida capite puniatur.*

Reus triplicis homicidii, etiamſi de primis duobus nondum ſit damnatus, incapax eſt
61 gratiæ apud S. E. ex Ord. Reg. 9. Auguſti 1565., & ut ibi *in meis annotat. n.*
2. 3. 4. 5., & condemnatus de homicidio proditorio frui non poteſt beneficio li-
62 berationis Banniti conceſſæ vigore Proclamatum juxta declarationem expreſſam in
Proclamate 14. Auguſti 1698., 28. Septembris 1699., & 3. Septembris 1708.
Pœna ordinaria homicidii evitatur ob minorem ætatem; hinc conſultus Senatus ab
Egr. Judice ad ſignum Equi hujus Urbis in quam pœnam condemnare deberet
63 Bernardum Porrum ætatis annorum 17. vel 18. imputatum de homicidio, reſpon-
dit in Ord. 5. Decembris 1598. citandum eſſe ſub pœna remi quinquennalis at-
tenta minori ætate, & contumacem in eam pœnam eſſe condemnandum; referen-
64 te Magnif. Senatore de la Hoz cenſuit Senatus die 27. Martii 1653. relegandum
eſſe per quinquennium Cæſarem Trechum Minorem annorum decem novem, qui
confeſſus fuerat ſe cum duobus Sociis contuliſſe ad domum ejus Matris ſecundo
loco nuptæ Viro longè impari, ut illam, & Vitricum interficeret, delatis ſecum
ad hunc finem gladio Januenſi, & duobus laqueis; die 5. Martii 1692. cenſuit
65 Senatus Joannem Baptiſtam Labadinum Reum de homicidio, attenta minori æta-
te, per decennium remigare debere, expletoque remigio perpetuo exulare debere
66 ab hoc Dominio --; & die 24. Julii ejuſdem anni Petrum Innocentium Blancum
Reum pariter de homicidio, attenta minori ætate, perpetuo remigare debere --
Egr. Secret. Maddio --; & quamplures alii afferri poſſent caſus, in quibus a Se-
natu pro homicidio impoſita fuit ſolum pœna extraordinaria ob minorem ætatem.
Concurrentibus tamen peculiaribus facti circumſtantiis impoſita quandoque fuit pœ-
na ordinaria non obſtante minori ætate, ut in caſu, omiſſis aliis, relato in Ord.
67 Senat. 15. Martii 1607., ubi *in meis annotat.* recenſentur, quæ ponderanda ſint pro
imponenda ordinaria, vel extraordinaria pœna in caſu minoris ætatis delinquen-
tis; & quoad alios caſus inflictæ pœnæ ordinariæ non obſtante minori ætate vide
remiſſivè *in meis annotat.* ad Ord. Senat. 5. Decembris 1598.
Joannes Paulus de Lege delatus fuit anno 1558. apud Curiam Prætoriam Papiæ, quod
interfeciſſet quemdam Joannettum Cottonienſem, & eodem anno ex ſententia Se-
natus inflictâ Torturâ, & rebus ſtantibus fuit liberatus; anno vero 1581. non ab
hæredibus defuncti, nec ab aliquo intereſſe habente, fuit denuò delatus de eodem
homicidio; unde dubitatum fuit, numquid hoc delictum præſcriptum foret, ita ut
etiam ex novis probationibus ſuperventis, ulterius moleſtari non poſſet, cum flu-
xiſſent anni viginti, & ultra a die ſecutæ liberationis ad *text. in l. querela. C. ad*
68 *leg. Cornel. de falſis*. Relatâ hac cauſâ per Magnif. Senatorem Ricardum, cenſuit
Senatus die 29. Novembris 1584. non poſſe procedi obſtante præſcriptione -- Egr.
Secret. Petranigra.
Homicidium caſuale commiſſum a non dante operam rei illicitæ, vel non punitur,
69 vel tantum ad menſuram culpæ; hinc anno 1583. 21. Aprilis cenſuit Senatus non
eſſe moleſtandum Alphunſum Cottam, qui dum ad anulum publicè coram Excel-
lentiſſimo Gubernatore curreret, percuſſit in capite Joannem Antonium Nova-
riam, qui ab aſtantibus fuerat impulſus in locum, in quo currebatur, & qui
deindè ob dictum vulnus deceſſit, -- idem decrevit die 10. Octobris 1583. favo-
70 re Thomæ Roccii percuſſoris Auri, qui caſu occiderat Joannem Franciſcum Ro-
manum puerum, dum ipſe Roccius Aurum percuteret, & dictus Romanus incli-
naſſet caput ſub Malleo, quem Roccius elevatum habebat, & ob magnum pon-
dus retinere non potuit.
Anno vero 1590. die 20. Octobris Senatus juſſit exulare Blaſium Angelerium Incolam
71 Solerii, eo quia explodendo ſclopum in ſignum lætitiæ Mulierem amicam occiderat.
Pœnâ extraordinariâ punitur homicidium commiſſum præter intentionem delinquen-
tis, ut ſi quis arundine, debili baculo, pugno, aut ſimili re, vel modo percutiat,
ex quibus eliciatur Percuſſorem non habuiſſe animum interficiendi; hinc referente
72 Magnif. Senatore Flameno; Senatus die 5. Maji 1632. damnavit in aureis du-
centum quemdam Nobilem, qui Ruſticum pugno lethaliter percuſſerat, & po-
ſtea deceſſerat.

Homi-

Digitized by Google

Homicidium commiſſum ab altero rixantium in illum, qui ad eos pacandos ſe interpoſuit, non eſt doloſum, ſed tantum culpoſum, quia non patratum animo deliberato illum occidendi, ſed tantum ex impetu iracundiæ, & animi perturbatione ob rixam; undè non punitur pœnâ ordinaria, ſed tantum extraordinaria ſecundum circumſtantias, nec locus eſt confiſcationi. Hinc Senatus die 24. Maji 1585. Con-
73 ſtantium de Georgiis homicidam illius, qui occorruerat ad dirimendam rixam, damnavit in pœnam remi quinquennalis, & abuſus armorum ad normam Proclamatum;
74 & in eandem pœnam abuſus armorum tantum, referente Magnif. de Puteo damnavit die 16. Julii 1664. Chriſtophorum Bentium Reum homicidii ex ſimili cauſa commiſſi in perſonam Angeli Vicecomitis.

Quando de certo Occiſore ex multis rixantibus non conſtat, & adeſt Auctor rixæ, is pœnam ordinariam non evitat, cum præſumatur Occiſor. Ita cenſuit Senatus an-
75 no 1589. decernendo capite plectendum Coſmum Gentilem, qui cum alio Socio noctis tempore fuerat Auctor rixæ, in qua occiſus remanſerat Don Joſeph Filius Excellentiſſimi Ducis Terræ Novæ hujus Dominii Gubernatoris, nec conſtabat a quo
76 præcisè interfectus fuiſſet dictus Don Joſeph; & idem cenſuit die 5. Decembris 1590. contra Joannem Baptiſtam de Agudis Servum Com. Annibalis Tabernæ uti Auctorem rixæ, in qua occiſus fuerat dictus Comes Taberna.

Ubi autem conſtet de homicida, non conſtituitur Reus Auctor rixæ, quæ ordinata
77 non fuit ad homicidium. Ita reſcripſit Senatus Prætori Mottæ in Ord. diei 17. 1620. *inferius impreſ. in Addit. Ord.*

Cum Julius Cæſar Aliprandus occidiſſet ad ejus defenſionem Joannem Antonium Ho-
78 modeum, qui eodem actu vulneraverat ejus Patrem, cenſuit Senatus die 1. Decembris 1590. citandum eſſe ipſum Julium Cæſarem ſub pœna exilii a toto Mediolani
79 Dominio arbitrio Senatus --; & die 22. Junii 1596. ſuper relatione Prætoris Vigletii decrevit exulare debere per ſex menſes a loco delicti Joannem Baptiſtam Bazinum homicidam, qui probaverat homicidium commiſiſſe ad neceſſariam defenſionem.

Quidam Bozenus Cremonenſis Reus confeſſus de homicidio cum qualitate præcedentis provocationis, licet deficerent ſeptem menſes ad ætatem perfectam annorum vigin-
80 tiquinque, & dubitaretur de qualitate animi deliberati, fuit capite punitus ex ſententia Senatus diei 14. Februarii 1669. -- Egr. Secret. Maddio.

Homicidam incertum ex certis, ſi ſit contumax, condemnandum eſſe in pœnam or-
81 dinariam, etiam in caſu gratiæ ſanxit Senatus die 22. Aprilis 1667. referente Magnif. Com. Siccoborella in caſu nonnullorum de Vidigulpho -- Egr. Secret. Annono.

Pro homicidio patrato cum projectione ſaxi, præcedente rixa, & ex intervallo, ubi delinquens contumax ſit, condemnatio fieri debet in pœnam ordinariam. Ita refe-
82 rente Magnif. Marchione de Clericis, cenſuit Senatus die 24. Octobris 1669. in caſu cujuſdam Viglevanenſis -- Egr. Secret. Annono.

Pro homicidio commiſſo contra tentantem noctu cognoſcere Sororem Homicidæ repertam cum Occiſo jacere in proprio lecto, referente Magnif. Com. Burro, dictum
83 fuit die 10. Julii 1671. Homicidam non eſſe moleſtandum attenta diſpoſitione Statuti criminalis permittentis poſſe Patrem, Maritum, & Fratrem occidere Adulterum deprehenſum in fragranti -- Egr. Secret. Annono.

Referente Magnif. Senatore Menochio Senatus die 3. Aprilis 1674. condemnavit in
84 pœnam ordinariam quemdam Robertum Reum de homicidio commiſſo etiam cum qualitate rixæ præcedentis -- Egr. Secret. Annono.

Honoris cauſas maximè perpendere ſolet Senatus tam in temperandis pœnis, quam in abſolvendis Reis, habita ſemper ratione circumſtantiarum; hinc die 26. Aprilis 1588. referente Magnif. Senatore Boſſio poſtea Præſide Magiſtrat. Ord. Reddit. cauſam Tognini Gamondi de loco Puteoli Formigarii Agri Derthonenſis, qui cum in Platea incidiſſet in Meghinum Dentonum cum illius Uxore convenire ſolitum, nec precibus, nec Judicis præcepto ab ea abſtinere voluiſſet, & ab eo injuriatus fuiſſet, & inter cætera dixiſſet, quod erat Hircus, & propterea Togninus quatuor
85 vulneribus affeciſſet Dentonum, ex quibus deceſſit, Senatus cenſuit Togninum remigare debere, & nonnulli ex Ampliſſimis Patribus voti fuerant, ut exilio quinquennali tantum puniretur.

(*p*) Ad verbum *vulneraverit*.

Anno 1590. 18. Junii Senatus mandavit Prætori Belzojoſſ, ut damnaret in pœnam
86 exilii annalis tantum Joannem Antonium Zuccum, qui Hieronymum Verrum no-

ctu

Digitized by Google

ctu fœnum a ſe cuſtoditum auferre tentantem percuſſerat, ex qua percuſſione mox deceſſerat.

Cum Cæſar a Canibus in rixa primò affectus fuiſſet lethaliſſimo vulnere a Petro Franciſco de Bugnis, & ſtatim etiam alio lethali vulnere ab Auguſtino de Salionis, Se-
87 natus die 28. Novembris 1590. cenſuit Petrum Franciſcum capite plectendum, Auguſtinum vero decennali remo addicendum.

Quidam Presbyter Coranæ jam duobus lethalibus vulneribus affectus, tertio loco lethaliter vulneratus a quodam Gianotto, & cum non appareret ob quod præciſum
88 vulnus deceſſiſſet, die 3. Decembris 1621. cenſuit Senatus remo perpetuo eſſe damnandum dictum Gianottum.

Delictum vulneris proditoriè ſclopo illati, etiam ſi mors ſecuta non ſit, quoad gratiam
89 eſt de reſervatis S. R. M. ex Ord. Reg. 9. Auguſti 1565., intelligè tamen, ut ibi *in meis annotat. n. 6. 7.*

Si quis in Eccleſia quocunque tempore armis vulneret cum effuſione ſanguinis, incur-
90 rit pœnam capitis; & ubi non ſequatur ſanguinis effuſio, vel attentatum delictum non ſortiatur effectum, pœna eſt quinquennalis remigii ex Proclamate 23. Junii 1677., & 10. Decembris 1742.

In quam pœnam condemnandus ſit inſtigans ad vulnerandum, & vulnerans in facie
91 cum deturpatione, præſcribitur in Ord. Senat. 4. Decembris 1635.

(*q*) Ad verb. *aut inſultum*.

Inſultans in loco ſacro, citatur ſub pœna corporali arbitrio Senatus, & in contuma-
92 ciam, in eandem pœnam condemnatur. Ord. Senat. 11. Maji 1596.; inſultans vero, & manibus percutiens in Eccleſia cum effuſione ſanguinis, puniri debet tribus
93 ictibus funis publicè, & carcerationis, & alia majori arbitrio S. E., & ubi non
94 ſequatur ſanguinis effuſio, pœna eſt duorum ictuum funis publicè, & etiam major arbitrio paritèr S. E. ex Proclamate 10. Decembris 1742.

Reus de inſultu facto noctis tempore ſine vulnere, præcedente inimicitia, citatur, ut ſiſtat ſub pœna remi triennalis, & in contumaciam, in eandem pœnam con-
95 demnatur. Ita conſultus Senatus ab Auditore Feudi Comitum Roſati reſcripſit in Ord. 22. Auguſti 1596.

(*r*) Ad verba *animo tamen deliberato*.

Homicidium tamquam animo deliberato commiſſum punitur, ubi poſt rixam ſedato calore homicida diverterit ad actus extraneos. Ita cenſuit Senatus die 22. Janua-
96 rii 1592. in caſu Alexii Paltinerii, qui ex inſidiis occiderat Joannem Baptiſtam Cellam lapſis tantum viginti horis poſt acceptam injuriam, declarando caſum non eſſe gratiabliem.

Anno 1667. die 16. Februarii in cauſa Octavii Barciochi Senatus declaravit, non
97 eſſe locum purgationi animi deliberati per inflictionem Torturæ, ſed illam qualitatem eſſe inſeparabilem, niſi probetur contrarium ex actibus illam excludentibus, cum alioquin conſiſtat in animo, qui ſolis præſumptionibus probatur.

(*ſ*) Ad §. *Pari modo* verſic. *auxilium dederit*.

In caſu cujuſdam Buſchæ Senatus cenſuit die 19. Auguſti 1670., ſecuta morte, Au-
98 xiliantes non eſſe capaces gratiæ.

Aſſiſtentem homicidio in rixa, & auxilium præſtantem cum armis, eſſe puniendum
99 pœnâ extraordinariâ, etiam ſi condemnatio ſequatur in contumaciam, juxta Ord.
100 Senat. 7. Maji 1582., rurſus fuit ſancitum die 26. Octobris 1672.; referente Magnif. Senatore de Puteo in caſu Ghilii e loco Verallis condemnati a Prætore Novariæ — Egr. Secret. Oliverio.

(*t*) Ad verb. *conſiliumve*.

Quædam Mulier, quæ abſente Marito conceperat, & pepererat filium, decrevit illum necare, ſed prius conſuluit Matrem, an deberet hoc facere; reſpondit Mater, nolle ſe hoc ſcelus ſuper animam ſuam; ſed ſi pro evitanda infamia hoc ei videretur bonum, ipſa faceret quidquid vellet; hoc accepto reſponſo, naſum Infantis
101 adeo ſtrinxit, ut ſuffocatus deceſſerit. Relata per Egr. Advocatum Fiſcalem Cacciam hac cauſa, Senatus die 15. Februarii 1547. juſſit ambas capite puniri, quia Mater videbatur conſilium dediſſe.

(*u*) Ad

Digitized by Google

(*u*) Ad §. *Quicunque ſciens &c.*

Jacobus Faro Cremonenſis fuit Reus conſtitutus de ſcientia, participatione, auxilio,
& receptatione in hoſpitio Mandatariorum, qui cum ipſo participaverant manda-
tum habitum, ad ſui defenſionem allegabat, ex ordine ipſius Domini hoſpitatum
fuiſſe dictos Mandatarios, nec participaſſe de delicto. Curia voti fuit, ut ſuſpende-
retur ad normam hujus Conſtitutionis; votum Fiſci pro perpetuo remigio; Senatus
102 vero, referente Magnifico Arconato, cenſuit die 17. Maji 1674. remigare debere per
decennium, conſiderando in hoc caſu agi de publico Hoſpite, nullum cum ipſo in-
terceſſiſſe tractatum ab initio, nec agi de auxilio immediato -- Egr. Secret. Annono.

(*x*) Ad §. *Si quis vero auxilium &c.*

Remiſſio eſt neceſſaria iis, qui, ob auxilium homicidio in rixa commiſſo præſtitum,
103 pœnâ pecuniaria mulctati ſunt. Ita reſcripſit Senatus Judici Maleficiorum Pa-
piæ in Ord. 10. Maji 1554.

(*z*) Ad verba *puniatur arbitrio Judicis.*

Nemo condemnari poteſt pœnâ mortis, & confiſcationis pro auxilio dato ad homi-
104 cidium in rixa; ſive fuerit contumax, ſive non. Ita declaravit Senatus in Ord. 7.
Maji 1582., ubi etiam præſcribitur, quomodo per Judices deveniendum ſit ad
pœnam arbitrariam.

(*aa*) Ad §. *Mulier adulterium committens* verſic. *puniatur*
ſecundum formam Juris Municipalis.

Mulier adultera, quæ non ſit Meretrix publica, vel famoſa, puniri debet pœna ca-
105 pitis ex Statuto Criminali Mediolani *cap.* 50., & pro hoc crimine procedi non
poteſt ex officio; ſed tantum ad inſtantiam Mariti, ejuſque Patris, & item Pa-
tris, & Filii dictæ Mulieris adulteræ, ut diſponitur in cit. Statuto.

(*bb*) Ad verba *arbitrio Principis vel Senatus &c.*

Referente Magnif. Senatore Princevalle Montio, Senatus die 6. Julii 1621. abſolvit
106 Milanum Boninum Incolam Vallis Siccidæ, qui cum in contumaciam damnatus
fuiſſet capitaliter ob homicidium patratum in Marcum Tarillum, admiſſus poſtea
ad novas defenſiones, homicidium ſe honoris cauſâ patraſſe dixit in Adulterum
media nocte repertum cum Uxore ſua contra conventionem initam, ne ad eam
domum accederet; etiamſi Milanus ipſe Reus etiam conſtitutus fuiſſet de lenoci-
nio propriæ uxoris, & quod interempto pecuniam abſtuliſſet, & Fiſcus voti fuiſ-
ſet, ut ipſe Boninus damnaretur ad remum ſeptennalem.
Quidam Ceſpedes Gubernator Pontremuli unico ictu interfecerat Uxorem, & Adul-
terum ſimul deprehenſos in lecto; conſultus Senatus ab Excellentiſſimo Guberna-
107 tore, cenſuit die 26. Decembris 1624., ut veritate facti ſic ſe habente, non mo-
leſtaretur dictus Ceſpedes, & ita fuit executum.
Uxor in actuali adulterio deprehenſa poteſt a Marito impunè occidi; & ita referen-
108 te Magnif. Com. Burro judicavit Senatus die 26. Novembris 1666. in caſu Brolii
inquiſiti a Vicario Seprii -- Egr. Secret. Maddio --; & non eſſe moleſtandum in-
conſulto Senatu juxta votum Curiæ Prætoriæ Mediolani dixerat idem Ordo fa-
vore Aſcherii homicidæ propriæ Uxoris Adulteræ die 4. Martii 1664., referente
109 Magnif. Senatore Pattellano -- Egr. Secret. Annono --; & item referente Egr.
110 Capitaneo Juſtitiæ decretum fuit die 18. Auguſti 1672. non eſſe moleſtandum in-
conſulto Senatu quemdam de Pretis, qui occiderat Adulterum in fragranti depre-
henſum -- Egr. Secret. Sadarino.
Anno vero 1680. die 10. Februarii, referente Egr. Capitaneo Juſtitiæ, cenſuit Se-
111 natus furcis ſuſpendendum quemdam Braſcam, qui ex intervallo interfecerat quem-
dam ob tentatum adulterium cum propria Uxore -- Egr. Secret. Tatto.
Referente Magnif. Senatore Carillo, Senatus die 26. Aprilis 1667. condemnavit in
112 pœnam mortis quemdam Vigoredum ob adulterium cum vi, & armis commiſſum,
non obſtante remiſſione -- Egr. Secret. Annono.
Adultera non interveniente querela Mariti abſentis, ſi ſcandalum publicè præbeat,
113 punitur exilio a loco, ubi habitabat; hinc referente Magnif. Marchione de Cle-
ricis, Senatus die 24. Maji 1668. juſſit quamdam Mulierem exulare debere per
milliaria ſex a loco Trivilii -- Egr. Secret. Belcredio.

Adulte-

Digitized by Google

Adulterium cum ſoluta non reputatur vere adulterium quoad jus civile, nec proce-
114 ditur ex officio. Ita referente Magnif. Marchione de Clericis cenſuit Senatus die
29. Martii 1669. in caſu cujuſdam e loco Sunæ -- Egr. Secret. Maddio.

Marito poſt notitiam adulterii coeunte cum Uxore cenſetur illud remiſſum tantum
quoad ipſam, non autem quoad Adulterum. Ita referente Magnif. Senatore Stam-
115 pa declaravit Senatus die 10. Novembris 1662. pro quodam de loco Luini -- Egr.
Secret. Oliverio.

Quidam Adulter de loco Valentiæ Reus de continuatione in adulterio, & concubina-
tu, non obſtante proteſtatione Mariti, qui fuit ideo punitus uti Leno, referente
116 Magnif. Com. Loayſa, fuit a Senatu condemnatus die 8. Octobris 1670. in ſcutis
ducentum, facto præcepto ne amplius rem haberet cum dicta Muliere ſub pœna
ſcutorum quinquecentum -- Egr. Secret. Gradignano.

Ad relationem Magnif. Com. Puſterlæ, quædam Adultera de loco Vogoniæ Rea con-
117 feſſa, etiam de Inceſtu, inſtante Marito, fuit a Senatu die 22. Martii 1677. con-
demnata ad fuſtigationem in Carceribus uſque ad ſanguinem, mox ad exilium
perpetuum ab hoc Dominio ſub pœna publicæ fuſtigationis, & etiam mortis --
Egr. Secret. Maddio.

Adulterii actio præſcribitur quinquennio, nec proceditur niſi ad querelam partis. Ita
118 referente Magnif. Com. Bracherio declaravit Senatus die 7. Junii 1663. in caſu
cujuſdam de loco Arcoli ad relationem Prætoris Laveni -- Egr. Secret. Coſſa --; &
119 tollitur remiſſione Mariti. Ita referente Magnif. Senatore de Puteo pariter decla-
ravit Senatus die 17. Auguſti 1662. in caſu cujuſdam Cremonæ -- Egr. Secret.
Annono.

(*ee*) Ad §. *Parentes filiam proſtituentes.*

Pœna hujus Conſtitutionis impoſita contra Parentes proſtituentes filiam renovata eſt,
120 & extenſa etiam contra Maritos proſtituentes Uxorem in Proclamate 28. Auguſti
1634., & 10. Martii 1640.

Si quis per ſe, vel interpoſitam perſonam auſus fuerit ſub quocumque prætextu tra-
ctare, vel inire aliquem contractum, ut aliqua Mulier ad poſtribulum inducatur,
vel alio modo proſtituatur, incurrit pœnam trium ictuum funis publicè infligen-
121 dorum, & etiam triremium, & aliam majorem arbitrio S. E., vel Senatus; hu-
juſmodi autem contractus nulli ſunt, & Notarii eos rogantes puniuntur privatio-
ne Officii, & alii participes pœna aureorum quinquaginta applicanda Regio Fiſco.
Proclamata *ut ſupra*.

Anno 1570. 2. Decembris cenſuit Senatus non eſſe Reum proſtitutionis Patrem, qui
122 filiam uni tantum dederat, cum tamen puniendum decrevit uno ictu funis, quia
delictum nihilominus punibile eſt.

(*dd*) Ad §. *Matrimonia clandeſtina* verb. *minoris ætatis annorum decem octo.*

Mens hujus Conſtitutionis eſt, ne filii minores ob judicii imbecillitatem ſeducantur,
123 non autem impediendi libertatem matrimonii, ut declaravit Senatus ejus reſcripto
diei 17. Decembris 1626.; & cum carcerato Paulo Zuchio filiofamilias ætatis an-
norum decem novem, & menſium undecim cum dimidio ad inſtantiam ejus Patris
Mercatoris, eo quia ſine ejus conſenſu contraxerat ſponſalia cum filia Antonii Cal-
cinæ Cauponis, contra quem a Patre dicti Pauli Zuchii porrecta fuerat querela,
inſtaret Eminentiſſimus Cardinalis Camporeus Epiſcopus Cremonæ apud Curiam,
ut permitteretur exequi matrimonium inter dictum Paulum Zuchium, & Puellam
124 ſaltem intra carceres, conſultus Senatus reſcripſit die 30. Januarii 1627. ea omnia
eſſe permittenda, ſine quibus matrimonium liberè contrahi non poſſet, & ſimul
procedendum contra eos, qui Novis Conſtitutionibus contraveniſſent.

Diſpoſita ab hac Conſtitutione circa matrimonium clandeſtinum, non habent locum,
quando agitur de Puella nupta excedente annos decem octo; proceditur tamen cri-
minaliter ob injuriam illatam Patri, & patriæ poteſtati. Ita referente Magnif. Sena-
125 tore de Puteo declaravit Senatus die 19. Julii 1668. ſuper conſultatione Vicarii
Seprii -- Egr. Secret. Sadarino.

Quædam Sitona ætatis annorum triginta ſex intendebat matrimonium contrahere cum
quodam Salerio; renuebat conſentire Pater dictæ Sitonæ, qui erat Aromatarius, alle-
gando adeſſe diſparitatem cum Sponſo, qui erat Salſamentarius. Referente Magnif.
126 Senatore Stampa, cenſuit Senatus die 9. Julii 1671. licere dictæ Sitonæ contrahe-

re

Digitized by Google

re hoc matrimonium, non obſtante allegata diſparitate; & Magnif. Relatorem
agere debere cum ejus Patre, ut congruam conſtitueret dotem -- Egr. Secret.
Annono.

(*ee*) Ad verba *ſine licentia Patris, & Matris.*

Fabritius Caſtillionæus preces porrexit Senatui, ut cogeret quemdam Sillam Patrem
eidem tradere ejus Filiam in Uxorem, non obſtante diſſenſu etiam Matris. Refe-
127 rente Magnif. Senatore Marchione Erba decrevit Senatus die 18. Auguſti 1668. eſſe
rejiciendam hujuſmodi petitionem, & Caſtillionæum ſiſtere debere domi ſuæ ſub
præcepto aureorum bis mille -- Egr. Secret. Belcredio.

(*ff*) Ad verba *in ſubſidium duorum ex proximioribus Agnatis &c.*

Matrimonium clandeſtinum non eſt, ubi concurrat conſenſus Agnatorum proximio-
rum, licet diſſentiant Pater, Mater, & Fratres; & exquiſita voluntas Puellæ repo-
ſitæ in loco non ſuſpecto, libera ſit, nec gravis diſparitas ſit cum Sponſo. Ita re-
128 ferente Magnif. Senatore Gallia cenſuit Senatus die 19. Februarii 1661. in caſu
Vertuani Laudenſis -- Egr. Secret. Belcredio.
Octavius Scottus intendebat matrimonium contrahere cum Puella ætatis annorum
treſdecim, ſecuto jam inter ipſos Chyrographo promiſſorio, ſine tamen interventu
Matris dictæ Puellæ, nec Agnati proximioris, ſed alterius tantum remotioris. Ad
relationem Judicis ad ſignum Galli hujus Urbis, Senatus decrevit die 11. Auguſti
1671. eſſe tranſmittendum præceptum Scotto pro conſignando Chyrographo alteri
129 ex Egr. Secretariis ſub pœna ſcutorum bis mille -- Egr. Secret. Sadarino.
Quoad conſenſum Agnatorum, vel Cognatorum proximiorum, intelligendam eſſe
130 hanc Conſtitutionem, dummodo non ſint ſuſpecti de diſſenſu circa nuptias propter
ſpem ſucceſſionis, judicavit Senatus die 24. Januarii 1576.

(*gg*) Ad §. *Omnibus prohibitum eſt* verb. *ſub pœna &c.*

Pœnam arbitrariam ſolet Senatus graviorem, vel mitiorem imponere juxta pecu-
liares caſuum circumſtantias; hinc anno 1590. menſe Decembris damnavit Ro-
mulum Solam Reum de matrimonio clandeſtino cum Lucia Caſata, militare per
131 quadriennium apud Belgas, & ultra ejus arbitrio, ſolvere ſcuta quinque centum
Fabricæ Malæ-Manſionis, & amittere dotem, & alia ad normam hujus Conſti-
tutionis, & Mediatores quinquennio remigare debere, & perpetuo exulare.
Ad relationem Egr. Capitanei Juſtitiæ, Senatus die 14. Novembris 1613. condem-
navit Hieronymum Tonſum ob clandeſtinum matrimonium cum Clara de Gallis
ætatis annorum quatuordecim, media operâ Presbyteri Alexandri Tonſi Fratris,
132 & Parochi, ultra pœnam aureorum ducentum, ad remum per ſeptennium; ita
ut eo finito exularet ab hoc Dominio arbitrio Senatus, ſub pœna remi quin-
quennalis.
Prætori Laudæ Senatus reſcripſit die 18. Januarii 1614., ut Equitem Joannem
133 Baptiſtam Vignatum, alioſque Inquiſitos de clandeſtino matrimonio cum Hiero-
nyma Filia Capitanei Ricardi Squintani, in contumaciam damnaret in pœnam
vitæ, & confiſcationis bonorum.
Referente Magnif. Senatore Vicecomite, cenſuit Senatus die 31. Auguſti 1619. eſſe
134 procedendum ad ulteriora contra quemdam Inquiſitum de clandeſtino matrimonio,
non obſtante, quod Puella non adhuc cognita Monaſterium fuiſſet ingreſſa, &
matrimonium remanſiſſet diſſolutum.

(*hh*) Ad §. *Carnali copula cognoſcens Monialem.*

Condemnatus de uſu venereo cum Moniali profeſſa eſt incapax gratiæ apud S. E.
135 ex Ord. Reg. 9. Auguſti 1565., & frui nequit beneficio liberationis Banniti conceſſæ
vigore Prolamatum juxta declarationem Proclamatis 14. Auguſti 1698., 28. Sep-
tembris 1699., & 3. Septembris 1708.

(*ii*) Ad §. *Quicunque enſem, vel gladium &c.*

In hoc Dominio primus ponens manum ad arma, ultra pœnas ordinarias, puniri
debet duobus ictibus funis, aut mulctâ aureorum viginti quinque, etiam ſi non
vulneret, & ubi ſequatur vulnus, duplicatur dicta pœna, & in utroque caſu locus
eſt majori pœnæ arbitrio S. E. ſecundum caſus circumſtantias; in dictas autem
136 pœnas non incurrit ponens manum ad arma provocatus aut factis, aut atrocibus

Digitized by Google

injuriis, & tali caſu non punitur niſi de exceſſu, ut omiſſis antiquioribus, præſcribitur in Proclamate 5. Junii 1593., 8. Auguſti 1633.

In pœnam primæ evaginationis incurrunt etiam Socii primo ponentis manum ad arma.
137 Ita declaravit Senatus in Ord. 25. Junii 1555., & ubi plures evaginaverint enſem,
& ignoretur quis fuerit primus, locus non eſt pœnæ primæ evaginationis. Ita con-
138 ſultus Senatus a Prætore Alexandriæ, eidem reſcripſit die 30. Martii 1585.,
& de ratione, ibidem *in meis annotat.*

Pœna impoſita contra primum evaginantem enſem, habet locum tantum contra pri-
mum evaginantem in rixa, non vero contra vulnerantem nullis dictis. Ita refe-
139 rente Magnif. Com. Archinto declaravit Senatus die 1. Octobris 1665. in caſu
cujuſdam Vicomercati -- Egr. Secret. Maddio.

Ponens manum ad arma contra Mulieres non incurrit in pœnam primæ evaginatio-
140 nis, ut conſultus Senatus ab Egr. Prætore hujus Urbis reſpondit in Ord. 29. Au-
guſti 1550., & de ratione, ibi *in meis annotat.*

Item pœna primæ evaginationis non procedit in ponente manum ad arma in domo
141 privata. Ord. Senat. 13. Octobris 1555., fallit tamen in Caupona, aut in domo
142 privata, ubi ducantur Choreæ. Proclamata *ut ſupra*.

In caſu primæ evaginationis ſine vulnere procedi non poteſt per Capturam. Ita ſanxit
143 Senatus in Ord. 11. Maji 1554. ubi vide in *meis annotat.*; nec relatio fieri debet ad
144 Senatum; ſed remittitur ad Judices Ordinarios. Ord. Senat. 11. Auguſti 1616.
§. *idem de priori*.

(*ll*) Ad §. *Ubi autem fuſte, baculo, vel lapide &c.*

Percuſſiones cum baculo prohibent etiam Proclamata Gubernatorum hujus Dominii,
145 quorum diſpoſitionem non procedere in caſibus occurrentibus in itinere, extra loca
habitata, & inter Ruſticos, declaravit Senatus in Ord. 15. Martii 1576.

Si quis ex propoſito percutiat, vel percutere faciat baculo, vel virgis ad injuriam,
vel vindictam, in quocunque loco hujus Provinciæ, incurrit pœnam aureorum
146 ter centum, aut remi triennalis, & plus, aut minus, arbitrio S. E., aut Senatus,
& in eandem pœnam incidunt participes, & conſilium, aut auxilium dantes hujuſ-
modi percuſſionibus. Proclama 16. Julii 1648. n. 13.

Percutientes baculo, aut ſaxis in Eccleſia, etiam ſi non ſequatur ſanguinis effuſio,
147 puniri debent quatuor ictibus funis publicè, & majori, ſecundum caſuum circum-
ſtantias arbitrio S. E. ex Proclamate 10. Decembris 1742.

Quidam J. C., fracta pace, alium pariter J. C. in Foro exiſtentem parvo baculo
ſemel percuſſerat ſuper manu poſt mutuas ſalutationes; & quamvis ex diſpoſitio-
ne ſupra recenſiti Proclamatis impoſita ſit pœna pecuniaria ultra arbitrium, quod
capitalem pœnam non comprehendit pro percuſſionibus ex propoſito illatis; Sena-
148 tus tamen die 12. Auguſti 1620. referente Magnif. Senatore Bellono, attenta fa-
cti gravitate, conſideratiſque circumſtantiis, reſcripſit Prætori Derthonæ, ut dictum
Delinquentem citaret ſub pœna vitæ, & contumacem in eam damnaret -- Egr.
Secret. Beſutio; & ita in contumaciam fuit condemnatus --; & paulo poſt, con-
149 ſimilem declarationem fecit idem Senatus conra quemdam, qui ex cauſa Officii
Commiſſarium Aronæ apoſtate baculo percuſſerat Mediolani, decernendo Delin-
quentem citari debere ſub pœna furcarum, & contumacem in eam damnari.

(*mm*) Ad §. *Abutentes armis*.

Abuti armis eſt etiam educere Enſem contra aliquem; etiamſi vulnus, vel percuſ-
150 ſio non ſequatur. Ita referente Magnif. Senatore Brugora reſcripſit Senatus die
3. Septembris 1555. Prætori Leuci.

Abutentes armis incurrunt pœnam decemnalis remigii, vel relegationis, & majo-
rem etiam uſque ad mortem incluſive, & confiſcationis bonorum arbitrio S. E.,
151 & injungitur Senatui, ut in definiendis hiſce cauſis potius excedat conſuetum ri-
gorem, quam mitiget pœnas. Proclama Marchionis de Leganes 27. Octobris
1638. ab eodem confirmatum die 16. Februarii 1640.

Armorum abuſus non conſideratur, quando adeſt provocatio. Ita referente Magnif.
152 Marchione de Clericis declaravit Senatus die 2. Maji 1669. favore Maldomini --
Egr. Secret. Belcredio.

Pœna abuſus armorum impoſita a ſuperius recenſito Proclamate non incurritur, niſi
153 verè ſequatur exploſio. Ita referente Magnif. Senatore Florentia declaravit Sena-
tus die 14. Maji 1671. in caſu cujuſdam e loco Trivilii; nec etiamſi ſecuta fue-
rit

rit ſclopi exploſio, abſque tamen vulnere. Ita referente Magnif. Senatore de Pu-
154 teo cenſuit Senatus die 8. Auguſti 1669. in caſu gratiæ petitæ ab illo, qui ex-
ploſerat contra Parochum Vidigulphi -- Egr. Secret. Maddio.

(nn) Ad §. *Sodomitæ*.

Conſultus Senatus ab Egr. Capitaneo Juſtitiæ an in condemnantibus contra imputa-
tos de Sodomia veniat bonorum confiſcatio, reſpondit, attentâ præſertim obſer-
155 vantia hujus Dominii, non eſſe locum bonorum confiſcationi pro hujuſmodi de-
licto in Ord. 14. Julii 1543., quid autem ſit de jure communi habetur ibi in
meis annotat.

Quidam Juvenis ætatis annorum decem octo Reus confeſſus de activa Sodomia fuit
156 concrematus, & Patiens ætatis annorum novem fuit acriter fuſtigatus ex ſenten-
tia Senatus diei 20. Novembris 1664.

Sodomitam ætatis annorum viginti duorum Reum de Stupro cum duobus filiis æta-
tis annorum octo pluribus vicibus patrato, quamvis depoſuiſſet de duabus vici-
157 bus tantum, cenſuit Senatus die 17. Maji 1673., referente Magnif. Arconato,
eſſe plectendum pœnâ ordinariâ, & pueros debere eſſe præſentes executioni pœ-
næ, mox dimittendos -- Egr. Secret. Maddio.

Quidam Bergomenſis Reus de Sodomia erat in confeſſis tantum de obdormitione
cum pueris, & in reliquis erat negativus; contra ipſum aderat depoſitio trium
puerorum, qui in ejus faciem ſuſtinuerant delictum; aderant etiam plures ſcrip-
turæ repertæ penes Reum tractantes de hac materia. Referente Magnif. Com.
Siccoborella decrevit Senatus die 27. Julii 1679. Bergomenſem eſſe comburendum;
158 pueros autem præſentes eſſe debere executioni pœnæ, mox duos ætatis annorum
ſexdecim circiter remigare debere per decennium; alterum vero ætatis annorum
undecim tantum eſſe fuſtigandum intra Carceres, & conſignandum ejus Matri --
Egr. Secret. Coſſa.

Propoſita relatione definitiva per Vicarium Juſtitiæ hujus Urbis contra quemdam
nuncupatum *il Marangone* Reum criminis Sodomiæ, & alios complices, cenſuit
159 Senatus die 22. Aprilis 1692. dictum Sodomitam, denunciata morte, eſſe acriter
torquendum ſuper aliis, & complicibus, mox habito pro repetito, & confeſſo
tam quoad nominatos, quam quoad nominandos, eſſe ducendum ad locum con-
ſuetum ſupplicii, ibique laqueo prius ſuffocatum, eſſe igne comburendum; alios
160 vero complices detentos loris cedendos eſſe intra Carceres uſque ad ſanguinis
effuſionem, mox exulare debere a toto hoc Dominio ſub pœna remi arbitrio Se-
natus; reſpectu vero abſentium, citandos eſſe Agentes præceptis pœnalibus ex-
161 preſſo titulo generali Sodomiæ ſub pœna confeſſi, & convicti criminis, & quoad
Patientes curandam eſſe eorum detentionem, monendo exindè Senatum -- Egr. Se-
cret. Tatto -- In hoc caſu dictus Sodomita non erat confeſſus, & circa ejus cri-
men depoſuerant tantum Patientes, qui ſecundum aliquos non erant apti ad te-
ſtificandum tamquam Socii criminis; ſed prævaluit opinio, quod Patientium te-
ſtificatio ſatis probaret, ac eſſet attendenda, eâ maximè ratione, quia in hoc de-
licti genere Patientes eâdem pœnâ puniuntur, qua Agentes, & proindè habentur
tamquam Principales, & ſic Sodomita habitus fuit pro convicto.

Condemnatus de nefando hoc crimine non eſt capax gratiæ apud S. E. ex Ord. Reg.
162 9. Auguſti 1565.; nec frui poteſt beneficio liberationis Banniti conceſſæ vigore
Proclamatum juxta declarationem Proclamatis 14. Auguſti 1698., 28. Septembris
1699., & 3. Septembris 1708.

In caſu gratiæ petitæ a quodam Sodomita, referente Magnif. Senatore Faxardo,
163 decidit Senatus die 12. Junii 1673. hoc crimen in genere eſſe de exceptis, & in
eo tam Agentes, quam Patientes conſiderari tamquam Principales, cum dictus
Ordo Regius diei 9. Auguſti 1565. videatur loqui in rem, & non in perſonam --
Egr. Secret. Annono.

(oo) Ad §. *Si quis fecerit robariam*.

Licet regulariter in materia odioſa, & pœnali maſculinum non concipiat fœmini-
num, tamen in materia furti contrarium obſervavit Senatus, qui ad relationem
164 Egr. Prætoris hujus Urbis condemnavit die 16. Martii 1621. in pœnam furcarum
quamdam Mulierem Alexandrinam, quæ uti pediſſequa plura furta domeſtica com-
miſerat.

Auxilium in Robaria habetur pro Robaria. Ita referente Magnif. Senatore de Puteo

Digitized by Google

165 cenſuit Senatus die 23. Aprilis 1664. in caſu cujuſdam Ripæ -- Egr. Secret. Coſſa.
Pro lege ſancitum eſt in Ordine Senatus diei 2. Maji 1619. condemnatos ob furtum
166 pœnâ remi, vel fuſtigationis, ſtigmate ferro candenti in tergus inuſto notari debere, quod commiſſi criminis teſtimonium ſit, & index.

Latrones minoris ætatis, & Reos primi furti, publicè debere fuſtigari, mox in dorſo candenti ferro inuri ſtigma, ut dignoſcantur, banniendoſque a toto Dominio ſub
167 pœna remi ſanxit Senatus, referente Magnif. Senatore de la Hoz die 1. Februarii 1661. -- Egr. Secret. Annono.

Quidam Fur ætatis annorum ſexdecim fuit condemnatus ad triremes per quinquen-
168 nium ex ſententia Senatus diei 19. Auguſti 1670., referente Magnif. Com. Siccoborella -- Egr. Secret. Gradignano.

Quemdam Mazonum Januenſem, qui poſt commiſſam robariam in Agro Placentino per tres annos commoratus fuerat Papiæ, & erat confeſſus de dicta robaria, ac etiam inditiatus de delatione Cultri vetiti in Civitate Papiæ, referente Magnif.
169 Senatore Menochio, cenſuit Senatus die 5. Maji 1671. perpetuo remigare debere; & licet juxta opinionem Clari *pract. crim. quæſt.* 38. *ſub n.* 16. verſic. *certè in hoc Ducatu* pro furto commiſſo in alieno Territorio, & in hoc Dominium aſportato, de praxi Senatus ſit tantum locus pœnæ exilii, ut etiam judicavit an-
170 no 1621., referente Magnif. Senatore Meltio; nihilominus in hoc caſu extenſa fuit pœna ad perpetuum remigium ob prædictam delationem, & malam Rei qualitatem -- Egr. Secret. Belcredio.

Fures vulgo *Borſaruoli*, & Latrunculi ſe intrudentes in alienas Domos animo furandi, ultra pœnas a legibus, & Conſtitutionibus, & Edictis jam promulgatis impoſitas, pro prima vice fuſtigari debent per Urbem, & manu Carnificis ferro can-
171 denti in tergus notari, & gravius etiam puniri ſecundum circumſtantias ponderandas a Senatu; & ubi prædicti rurſus committant primæva delicta, denuo fuſtigari debent, & condemnari in pœnam abſciſſionis unius auris, banni, & etiam triremis juxta circumſtantias pariter ponderandas a Senatu. Proclama Comitis de Traun 7. Julii 1741.

Caſus furti ex ſe non eſt de exceptis, ſed gratiabilis, mos tamen invaluit apud Senatum, ut Furibus non fiat gratia in eorum odium; hinc referente Magnif. Se-
172 natore Cattaneo, cenſuit Senatus die 30. Martii 1621. caſum furti non dici gratiabilem, ut comprehendatur in Edicto Principis promittentis liberationem banniti in caſu gratiabili.

(*pp*) Ad verba *dimidium unius aurei*.

Valor rerum derobatarum, ubi aliundè probari non poſſit, ſtatur juramento derobati ex praxi inconcuſſa Senatus, omneſque Latrones tenentur in ſolidum, etiamſi ad
173 ſingulos eorum non pervenerit quantitas præſpripta ab hac Conſtitutione. Ita referente Magnif. Com. Loayſa decrevit Senatus die 11. Februarii 1667. -- Egr. Se-
174 cret. Maddio --; referente Magnif. de Puteo 18. Maji 1669. -- Egr. Secret. Sa-
175 darino --; & referente Magnif. Arconato die 22. Junii 1677. -- Egr. Secret. Maddio.

Commiſsâ robariâ excedente dimidium aurei a pluribus Sociis; etiamſi pars unicuique contingens non attingat dimidium unius aurei; nihilominus omnes puniri debent pœnâ ordinariâ; quia omnes tenentur in ſolidum per *text. in l.* 1. *C. de con-*
176 *dict. furtiva*; hinc Senatus anno 1612. condemnavit in pœnam Furcarum quemdam Villicum, qui cum aliis pluribus robariam aureorum duorum vel circa ad ſtratam commiſerat in præjudicium Olitorum Derthonenſium, dum revertebantur ab Oppido Novarum, ex quibus pecuniis aſſes triginta pervenerant ad ipſum Reum;
177 & anno 1615. fuit pariter furcis ſuſpenſus quidam ejus Socius nuncupatus *Baloſſinus* in contumaciam damnatus ratione ejuſdem delicti, mox captus elapſo tempore novarum defenſionum; & robariam in totum librarum trium ſufficere ad pœ-
178 nam ordinariam, etiamſi plures ſint Socii, cenſuit Senatus die 5. Aprilis 1661., referente Magnif. Com. Bracherio -- Egr. Secret. Sadarino.

(*qq*) Ad §. *Si vero* verſic. *A dicta ſumma infra puniatur &c.*

Imputatus de furto non poteſt liberari Mediolani, niſi exhibeantur atteſtationes utriuſ-
179 que Officii, quod alias non fuerit de furto delatus. Ord. Senat. 24. Januarii 1609.

Ultra prædictas atteſtationes, ut ſit locus liberationi Furis, requiritur remiſſio partis; quæ tamen non prodeſt pro furto in loco ſacro, etiamſi furtum non fiat, aut attente-
180 tur de re ſacra. Ita referente Egr. Capitaneo Juſtitiæ cenſuit Senatus die 6. Apri-

lis

Digitized by Google

lis 1628 in caſu Hieronymi Maſchii Cremonenſis capti in fraganti, Reique conſti-
tuti de furto pecuniarum patrato in Templo Sanctæ Mariæ ad Fontem extra Por-
tam Cumanam, quem, non obſtante remiſſione, condemnavit ad remum trienna-
lem -- Egr. Secret. Belingerio Proveria.

In caſibus, in quibus partis remiſſio prodeſt pro primo, vel ſecundo furto, ea habet
locum, etiamſi furtum ſit qualificatum, modo qualitas non ſit talis, quæ faciat
181 illud tranſire in aliam ſpeciem. Ita declaravit Senatus die 18. Decembris 1584.
in caſu cujuſdam Galli Famuli Hieronymi Cottonei, qui fractâ ſerâ Arcæ fura-
tus fuerat.

Dominicus Cattaneus querelatus de Scacho duorum anulorum valoris ſcutorum vi-
182 gintique, & hac de cauſa ad furcas damnatus, eadem die condemnationis, ante
tamen ejuſdem ſubſignationem, præſentavit remiſſionem; unde Senatus, relato ſta-
tu cauſæ per Judicem ad ſignum Galli hujus Urbis, cenſuit die 22. Auguſti 1585.
eſſe tollendam condemnationem attenta remiſſione.

In caſu Stephani de Vincentiis accuſati de duobus furtis, & ſecuta jam condemna-
183 tione in contumaciam admiſſi ad novas defenſiones, Senatus die 22. Decembris
1589. reſcripſit Prætori Laudæ, ut attenta remiſſione eum abſolveret.

Remiſſio pro tertio furto non prodeſt. Ita referente Magnif. de Puteo declaravit Se-
184 natus die 2. Auguſti 1662. --; & referente Magnif. Senatore Florentia, die 30.
Junii 1663. -- Egr. Secret. Annono.

Anno 1665. die 8. Octobris referente Magnif. Senatore Carillo, Senatus condemna-
185 vit quemdam Caſanovam Cremonenſem ad pœnam remigii triennalis ob furtum
ab eo Romæ commiſſum de Statuis argenteis in præjudicium Cauſidici Bonifacii
ad definitivam relationem Curiæ Cremonenſis, non obſtante, quod Romæ pro pri-
mo furto non irrogetur major pœna, quam Exilii, vel funis publici -- Egr. Se-
cret. Sadarino; & Judicem originis, & domicilii delinquentis poſſe procedere pro
186 delicto ab eo in aliena juriſdictione commiſſo declaravit Senatus etiam die 1. Ju-
nii 1668., referente Magnif. Senatore de Puteo -- Egr. Secret. Maddio.

Pœna robariæ commiſſæ in Civitate non attingentis aureos quinque, eſt remi quin-
quennalis juxta praxim Senatus, & attento arbitrio reſervato reputatur pœna or-
187 dinaria. Ita declaravit Senatus die 23. Aprilis 1664. -- Egr. Secret. Coſſa; & li-
cet non attingat aureos quinque, non tamen deſinit eſſe robariam, & ſemper pu-
188 nitur uti talis, nec tranſit in naturam furti. Ita referente Magnif. Senatore Ca-
rillo cenſuit Senatus die 23. Januarii 1666. -- Egr. Secret. Coſſa.

(rr) Ad §. *Et quia per Statuta*.

Per hanc Conſtitutionem non eſſe derogatum Statuto Mediolani *cap.* 375. *vol.* 2. diſ-
ponenti Communitatem teneri pro damno dato in ejus Territorio, ſive illud da-
189 tum ſit de die, vel de nocte, declaravit Senatus in Ord. 27. Julii 1595. in cauſa
vertente inter Bartholomæum Salam, & Communitatem Deſii pro incendio noctis
tempore poſito in bonis dicti Salæ ſitis in Territorio dictæ Communitatis; *contra-
rium vide ad ſequent. verſic.*

(ſſ) Ad verſic. *reſiſti non poteſt*.

Referente Magnif. Senatore Vicecomite Senatus die 3. Auguſti 1615. abſolvit Com-
190 munitatem Olevani a prætenſione contra ipſam promota a Hieronymo Olevano ob
incendium noctu immiſſum in ejus præjudicium.

(tt) Ad §. *Quicunque fecerit &c.*

Sub diſpoſitione hujus Conſtitutionis comprehendi etiam Librum privatum rationum
191 cenſuit Senatus die 16. Decembris 1544. contra Annibalem Anguiſſolam Cremo-
nenſem -- Egr. Secret. Petranigra.

(uu) Ad §. *Si quis falſum teſtimonium dixerit*.

Anno 1589. die 22. Decembris Senatus juſſit Franciſcum Baragonum Famulum Præ-
192 toris hujus Urbis imputatum de falſa relatione in cauſa capitali ad offenſam ipſius
Prætoris, publicè fuſtigari cum inſcriptione tituli delicti; perpetuo privari officio;
per triennium remigare debere.

Si quis falſum teſtimonium dixerit non immediatè circa delictum, ſed circa in-
dicium remotum, puta circa minas, adhuc eâdem pœnâ puniri debet. Ita re-
193 ferente Magnif. Senatore Cattaneo judicavit Senatus die 12. Julii 1625., non
obſtan-

Digitized by Google

obſtante contrario voto Collegii Fiſcalium contra Joannem Ambroſium Bruſatum.
Falſum teſtimonium dicens, vel ab alio dici curans, aut mandans, in cauſa, in qua
194 ingeratur pœna mortis naturalis, incapax ex gratiæ apud S. E. ex Ord. Reg. 9.
Auguſti 1565., & etiam beneficii liberationis Banniti conceſſæ vigore Proclamatum
juxta declarationem Proclamatis 14. Auguſti 1698., 28. Septembris 1699., & 3.
Septembris 1708.

(*xx*) Ad verſic. *modo pœna minor non ſit, &c.*

Hanc Conſtitutionem intelligendam eſſe, dummodo agatur de delicto corporali, cen-
195 ſuit Senatus die 7. Maji 1567. in quadam cauſa relata per Magiſtratum Annonæ,
& in alia Joannis Baptiſtæ Reynæ.

(*zz*) Ad §. *Ubi vero* verſic. *ut quis nocens abſolvatur.*

Anno 1589. die 4. Auguſti Senatus decrevit Antonium Mariam Rampinum ſeptua-
genarium, qui falſum teſtimonium dixerat ad defenſionem Felicis Alborani impu-
196 tati de vi illata Puellæ, eſſe publicè ducendum ad Oppidum Eumeniæ mitrâ ca-
piti impoſitâ ſuper Aſino ſedentem; deinde vero eſſe abſcindendam ei linguam.
Ad relationem Prætoris Vulpelini decrevit Senatus in ejus Ord. diei 29. Januarii
197 1593. publicè plecti duobus ictibus funis Paulinum Fighæum Reum confeſſum teſti-
monii ad defenſam falſò perhibiti pro quibuſdam inquiſitis de auxilio cooperati-
vo ad homicidium.

(*aaa*) Ad §. *Eiſdem pœnis teneantur, &c.*

Non poteſt procedi contra utentes falſis Teſtibus, vel illos producentes, antequam
198 ipſi declarati ſint falſi, quia qualitas ſine ſubjecto eſſe non poteſt. Ita declaravit
Senatus die 5. Julii 1588. favore Georgii Ferrarii, & Conſortum.

(*bbb*) Ad verba *reſpondere teneantur.*

Interrogatus an uti velit inſtrumento exhibito, & ſuſpecto de falſo, tenetur liberè
199 reſpondere. Ita referente Magnif. Marchione Erba decidit Senatus die 28. Maji
1668. in cauſa vertente inter Donnam Annam Gattinaram, & Marchionem Iſim-
bardum -- Egr. Secret. Maddio.

(*ccc*) Ad §. *Omnibus Civibus, &c.*

Non eſſe concedendam diſpenſationem contra diſpoſitionem hujus Conſtitutionis, niſi
ſumptis informationibus, & cum clauſula *ſine præjudicio Regis, & ejus Cameræ* de-
200 crevit Senatus anno 1554. menſe Auguſti in caſu petitæ diſpenſationis per Franciſ-
cum Siccum -- Egr. Secret. Patellano.
Subditis, ac Feudatariis hujus Dominii vetitum eſt ſub pœna mortis, & confiſcationis
201 bonorum ipſo facto incurrenda ſe transferre ſine expreſſa facultate S. E. ad habitan-
dum in alieno Dominio, ſive ad effectum quomodolibet inſerviendi extero Princi-
pi, ſive non, & eâdem pœnâ tenentur tractantes, ut quis ſubditus ſe abdicet ab
hoc Dominio, ac omnes participes hujuſmodi contraventionis. Proclama 15. Fe-
bruarii 1663., & 30. Junii 1673.

(*ddd*) Ad §. *Omnis, qui a Principe, &c.*

Dominicum Rubeum ſpontè confeſſum inſerviiſſe Venetis pro Milite, & allegantem
ignorantiam Proclamatum, & minorem ſe eſſe viginti annorum, cenſuit Senatus
202 die 3. Octobris 1619. eſſe ſuper ſcientia torquendum, & ubi nihil emergeret, tri-
bus ictibus funis publicè plectendum.

(*eee*) Ad §. *Imputatus audiendus non eſt, &c.*

Injuriator in Carcere detentus, relaxari non debet, niſi prius retractet injurias a ſe
203 dictas; Ita referente Magnif. Senatore de Magiſtris decrevit Senatus die 11. Sep-
tembris 1637. ſuper relatione tranſmiſſa per Prætorem Laudæ.
Injuria, ubi ſecuta ſit præſentibus aliis, retractari debet coram iiſdem. Ita in caſu
Hieronymi Tadini ex Conſiliariis Communitatis Caravagii injuriati a Joanne Bap-
204 tiſta Tadino in Conſilio ejuſdem Communitatis, reſcripſit Senatus Prætori Cara-
vagii in ejus Ord. 1. Decembris 1618. *impreſ. inferius in Addit. Ordin.*

(*fff*) Ad

Digitized by Google

(*ſſſ*) Ad §. *Si vero hujuſcemodi injuriam &c.* verb. *in aliquem Cauſidicum de Collegio.*

In cauſa Hieronymi Landulphi Cauſidici Papienſis, qui fuerat injuriâ affectus a
205 Heronymo Cane, declaravit Senatus die 20. Novembris 1589. hanc Conſtitutio-
nem non habere locum in defendentibus cauſam propriam.

Cauſidicus collegiatus Mediolani non poteſt aliquam remiſſionem facere de injuria
206 ſibi illata ex cauſa patrocinii ſine Collegii approbatione, & injuriator non poteſt
defendi ab aliquo Cauſidico Collegiato inconſultis Abbatibus ſub pœna ducatono-
rum decem. Ord. Reg. 17. Decembris 1520.

(*ggg*) Ad §. *Collegiis* verb. *vendere, nec alienare.*

Per hanc Conſtitutionem prohiberi etiam alienationem cum pacto redimendi ultra an-
207 num, decrevit Senatus die 26. Maji 1579. — Egr. Secret. Landriano.

Facta alienatione in Forenſem cum pacto redimendi, non incurritur pœna hujus
Conſtitutionis, niſi lapſo anno ad redimendum. Ita declaravit Senatus die 20.
208 Novembris 1613. favore Conſortum de Capellis; & ubi pendente anno ad redi-
mendum oriantur controverſiæ, ſuſpenſus remanet ejuſmodi terminus, donec illæ
209 fuerint terminatæ. Ita referente Magnif. Calliento declaravit Senatus die 23.
Octobris 1616. favore eorundem de Capellis.

Hæc prohibitio habet locum etiam in bonis Emphiteoticis. Ita referente Magnif.
Senatore de la Hoz declaravit Senatus die 12. Decembris 1661. in cauſa vertente
210 inter quamdam Valzaniam Taurinenſem, & quamdam de Calvis — Egr. Secret.
Annono.

Non ſolum vetitum eſt alienare bona in forenſes; verum etiam eiſdem locare bona,
quæ ſita ſint propè Confinia hujus Dominii, niſi præſtita fidejuſſione de non ex-
trahendis fructibus, & recognito Cataſtro Loci, ut conſtet an bona ſint deſcripta,
ſin minus deſcribenda ſunt cum ſuis cohærentiis. Ita referente Magnif. Com.
211 Loayſa decrevit Senatus die 9. Junii 1670. in caſu Statoris majoris Confalonerii
pro ejus bonis ſitis in Territorio Cavidi extra Seſiam locandis quibuſdam Pede-
montanis — Egr. Secret. Belcredio.

(*hhh*) Ad verba *aliquam rem immobilem.*

Sub hac prohibitione non comprenduntur bona mobilia. Ita audito Fiſco, cenſuit
212 Senatus in Ord. diei 26. Maji 1548. in caſu hæreditatis Joannis Scalchi; & die
213 1. Octobris 1571. favore Vincentii de Quadrio; & idem declaravit Magiſtratus
Extraord. Reddit. die 26. Februarii 1642. referente Spectab. Quæſtore Joanne Gui-
214 dobono Cavalchino, poſtea Senatore, favore Fratrum de Cuzaris Hebræorum oc-
caſione hæreditatis Victorii Pii eorum Fratris alias Hebræi, & poſtea ad Fidem
Catholicam converſi; & rurſus retento Ord. 26. Maji 1548. declaravit Senatus
215 die 12. Septembris 1759. referente Magnif. Regente Marchione Cavalli in cauſa
vertente inter Comites Variſios de Roſate, & Com. Don Alvarum Bolagno.

Ad verba *nec annuum redditum.*

Pecuniæ poſitæ ſuper Banco S. Ambroſii hujus Urbis non veniunt ſub nomine reddi-
216 tuum, nec cenſuum, ex ſententia Senatus diei 8. Auguſti 1647. lata in cauſa ver-
tente inter Lauram Scaccabarotiam, & Marchioniſſam Camillam Scaccabarotiam
Coriam.

Sub prohibitione annui redditus dicendum eſt non comprehendi Cenſum, quia licet
conſtituatur ſuper re ſtabili, non tamen transfertur Dominium aliquod, vel poſſeſ-
ſio ipſius rei Cenſui ſuppoſitæ, ſed hæc remanet penes Venditorem ipſius Cenſus,
qui propterea tenetur ad ſolutionem onerum, & collectarum. Hinc Senatus die
217 17. Decembris 1629. conceſſit facultatem Comiti Fabritio Sorbellono conſtituendi
annuum cenſum ſuper ſuis bonis, & illum vendendi Forenſi abſque obligatione
veniendi ad habitandum in hoc Dominio.

(*iii*) Ad verba *in perſonam huic Dominio non ſubditam.*

Decurionibus Civitatum hujus Dominii vetitum erat non ſubditum creare Civem
cum facultate acquirendi bona ſtabilia in hoc Dominio inconſulto Senatu ex ejus
Ord. 2. Januarii 1534.; nunc vero hoc ipſis permiſſum eſt, dummodo in conceſſio-
218 ne Civilitatis apponant clauſulam, quod ubi contingat creatos Cives acquirere

bona

bona ſtabilia, teneantur habitare in hoc Dominio ſub pœna nullitatis conceſſio-
nis, & quod ſi habitare deſierint, bona Fiſco applicata eſſe cenſeantur. Ord. Se-
nat. 29. Maji 1557. ubi notabilia ad hanc rem referuntur in *meis annotat.*

Hinc attenta dicta obligatione habitandi in hoc Dominio poſt bonorum acquiſitio-
nem, Magiſtratus Extraord. Reddit., referente Spectab. Queſtore Flameno poſtea Se-
219 natore, declaravit anno 1632. Franciſcum Vacaronum Montisferatenſem Civem
Alexandrinum ex privilegio eſſe capacem hæreditatis Antonii Lupani, licet antea
nec habitaſſet, nec poſſediſſet bona in hoc Dominio.

Non ſubditum poſſe alienare in alium non ſubditum declaravit Senatus anno 1561.
menſe Novembris contra Regium Fiſcum pro Domino Monaci Forenſe, decernen-
220 do poſſidere poſſe quoſdam redditus Camerales emptos a Joanne Baptiſta Grimaldo
pariter forenſe. Originarii abſentes ab hoc Dominio non reputantur Forenſes, nec
in ipſis habet locum prohibitio hujus Conſtitutionis. Ita cenſuit Senatus die 8.
221 Martii 1559. in cauſa Angeli de Opiciis; -- die 8. Novembris ejuſdem anni in
222 cauſa Fratrum de Cornaſetis; -- die 29. Octobris 1603. in caſu Catharinæ Boni-
223 pertæ Novarienſis; -- die 3. Decembris ejuſdem anni in cauſa Comitis Joſeph Tor-
224 nielli contra hæredes Comitis Proſperi Tornielli; -- & rurſus eodem anno 1603.
225 favore Julii Vergani, & Com. Franciſci Simonettæ; & in terminis Mulieris
Originariæ nuptæ extra hoc Dominium, quod poſſit acquirere in hoc Dominio,
226 declaravit Magiſtratus Extraord. Reddit. die 1. Julii 1564. pro Tamburtis.

Religioſi degentes, & Monaſteria, ac Loca Pia ſita in hoc Dominio antiquitus re-
putabantur capacia acquirendi bona immobilia, ſine diſpenſatione, quia conſide-
rabantur ſubdita ratione originis, vel domicilii, & plures eorum favore extant
deciſiones; expoſt vero contraria prævaluit opinio, diù ſervata ut impunè acqui-
rere non poſſint ſine diſpenſatione, aliter bona apprehenduntur per Fiſcum, ut
referente Magnif. Com. Burro decrevit Senatus die 3. Julii 1669. juxta votum
227 Egr. Advocati Fiſcalis Caſati in caſu Monaſterii S. Ulderici nuncupati *il Boc-
chetto* hujus Urbis; & anno 1674. menſe Martii in caſu Monaſterii S. Laurentii
228 Cremonæ; & eodem pariter anno ex ordine Magiſtratus Extraord. Reddit. appre-
229 henſa fuerunt bona in præjudicium Parochi Pelliæ loci Caddi Provinciæ Domus
Oſſulæ; -- in præſentiarum autem hujuſmodi diſpenſationes Religioſis, & Mona-
230 ſteriis amplius a Senatu concedi non poſſunt, & reſervatæ ſunt ipſimet Principi
ex Ord. Reg. menſis Maji 1761.

Anno 1673. die 30. Auguſti, datis literis Vicario Seprii, Senatus decrevit non eſſe
231 permittendas Confraternitatibus laicalibus acquiſitiones bonorum immobilium ſine
diſpenſatione -- Egr. Secret. Maddio.

Pro Eccleſiaſtico ſuccedente jure hæreditario ſufficit fidejuſſio in forma. Ita, refe-
232 rente Magnif. Senatore Com. Bracherio, cenſuit Senatus die 17. Auguſti 1662.
in caſu R. Quelles pro hæreditate J. C. Gualdanæ.

Elvetii poſſunt acquirere in hoc Dominio ſine diſpenſatione vigore fœderis cum ipſis
initi anno 1587., & confirmati anno 1634. *cap.* 1. *&* 3. in quibus permittuntur
quicunque contractus, & bonorum ſtabilium poſſeſſio viciſim inter Subditos utriuſ-
que Dominii; & ejuſmodi conventio executioni miſſa fuit a Superioritate Elveti-
ca, & declarata etiam die 2. Januarii 1660. favore omnium ſubditorum hujus Dominii
poſſidentium bona in Dominio Elvetico. Hinc vigore ejuſmodi conventionis Se-
233 natus, referente Magnif. Senatore de Puteo, decclaravit die 12. Decemb. 1664. capacem
acquirendi quemdam Cauponem ad ſignum Falconis hujus Urbis -- Egr. Secret. Maddio.

(*lll*) Ad verba *ſub pœna amiſſionis rei, &c.*

Pœna hic impoſita non habet locum in caſu alienationis inter vivos, niſi ſecuta
traditione, & per ultimam voluntatem, niſi adita hæreditate, & capta poſſeſſio-
ne; hinc mortuo Flaminio Sicco, hærede inſtituta Iſotta Brambata Bergomenſi
ejus Matre; cum prætenſa fuiſſet hæreditas a Fiſco vigore hujus Sanctionis tam-
234 quam alienata in Forenſem, deciſum fuit a Senatu anno 1580. menſe Auguſti
nullum ſpectare jus Fiſco, quia non adhuc adita erat hæreditas, nec capta
poſſeſſio.

Transferens bona in non ſubditum ſine diſpenſatione Senatus, ultra pœnam ab hac
Conſtitutione impoſitam, incurrit etiam illam ſcutorum quinque centum, vel re-
235 mi triennalis, ubi non ſit ſolvendo; exceptis tamen alienationibus, quæ fiunt
per ultimam voluntatem, vel ſucceſſionem ab inteſtato, quæ ſubjacent tantum
pœnæ hujus Conſtitutionis. Ord. Senat. 13. Novembris 1604. §. *Primo.*

(*mmm*) Ad

Digitized by Google

(*mmm*) Ad §. *Notarii* verſic. *Inſtrumenta rogare non audeant*.

Inſtrumenta alienationum, quæ fieri debent in non Subditum, mediante diſpenſatio-
236 ne, recipi debent a Notariis originariis, & Incolis hujus Dominii, neque ullo mo-
do, vel caſu ſuper hoc diſpenſari poteſt. Ord. *ut ſupra* §. *Secundo*.
In Inſtrumentis alienationum, & etiam Inveſtiturarum ſimplicium, vel emphyteuti-
carum, vetitum eſt exprimere bona illa, quæ propè fines hujus Dominii jacent,
237 eſſe ſita extra hoc Dominium ſub pœna nullitatis contractus, & ſcutorum quin-
gentorum, ac etiam alia corporali, arbitrio S. E., vel Senatus, niſi præcedat li-
centia Magiſtratus Extraord. Reddit. Ord. *ut ſupra* §. *Quarto*.

(*nnn*) Ad §. *Si contingat* verb. *diſpenſari*.

Diſpenſat Senatus poſſe non Subditum acquirere bona ſtabilia, cum conditione tamen,
ut veniat ad habitandum in hoc Dominio, & quoad implementum hujuſmodi condi-
238 tionis, prorogationes Forenſibus non conceduntur, nec licentiæ recedendi, poſt-
quam venerint, niſi ex cauſa urgenti, & re in Senatu propoſita. Ord. Senat. 11.
Auguſti *1616*. §. *Non concedantur prorogationes*.
Referente Magnif. Marchione Erba, Senatus die 10. Septembris *1669*. diſpenſavit poſ-
239 ſe Catharinam Mariam Zambellam acquirere in hoc Dominio, cum ageretur de
filia originem trahente ab hoc Dominio, & de bonis ſibi obventis ex hæreditate
Patris e loco Caſalis Majoris, cujus erat hæres univerſalis, & conceſſa fuit diſpen-
ſatio cum expreſſa conditione, ne poſſet petere diſpenſationem ab obligatione impo-
ſita habitandi in ipſo loco Caſalis Majoris -- Egr. Secret. Annono.
Feudatarius hujus Dominii, ſi ſit Exterus, acquirere non poteſt in hac Provincia
240 abſque obligatione habitandi. Ita referente Magnif. Senatore Stampa cenſuit Sena-
tus die 25. Junii *1670*. in caſu Marchionis Seraphini -- Egr. Secret. Annono.
Diſpenſatio ab obligatione habitandi in hoc Dominio, quæ apponitur Exteris acqui-
241 rere volentibus, referente Magnif. Com. Siccoborella, denegata fuit a Senatu die
8. Aprilis *1666*., omiſſis aliis caſibus, cuidam Januenſi acquirere volenti bona in
Provincia Alexandriæ, non obſtante exemplo in contrarium allegato diſpenſatio-
nis conceſſæ cuidam de Franchis -- Egr. Secret. Coſſa.
Conceditur autem diſpenſatio ab obligatione habitandi, ubi ita ſuadeant peculiares
rationes Regii ſervitii, cujus contemplatione, referente Magnif Com. Burro, Se-
242 natus die 10. Aprilis *1671*. conceſſit hujuſmodi diſpenſationem Chyliarchæ Sto-
calpher Valeſio -- Egr. Secret. Sadarino.
Diſpenſatio alienandi bona in non Subditum non conceditur pro bonis, quæ diſtent
243 a Confinibus minus quatuor milliaribus, & ſi fortè concedatur, cenſeri debet
ſubreptitia, irrita, & nulla. Ord. Senat. 13. Novembris 1604. §. *Quinto*.
Hinc, cum Moniales S. Rochi loci Rivaroli acquiſiviſſent bona immobilia cum diſ-
penſatione Senatus, ſed in precibus expreſſum non fuiſſet, bona non diſtare per
milliaria quatuor a Confinibus, referente Magnif. Com. Loayſa dictum fuit die
244 15. Februarii 1678. contractum eſſe nullum ſavore Capitanei Lopez; verum Mo-
niales eſſe excuſandas a pœna -- Egr. Secret. Coſſa.
Diſpenſatio acquirendi bona immobilia non conceditur regulariter Forenſibus, ubi
ipſa per milliaria quatuor non diſtent a Confinibus ad præſcriptum ſupra recenſiti
Ordinis anni 1604.; hinc referente Magnif. Senatore Stampa, Senatus diſpenſare
245 noluit die 3. Martii *1666*. poſſe Comitem Benalium Bergomenſem acquirere bona
ſtabilia ſita in Territorio Olginati exiſtentia intra quatuor milliaria, non obſtante
oblatione illa vendendi intra annum -- Egr. Secret. Coſſa; -- Referente Magnif.
Marchione Erba, denegavit die 15. Junii *1669*. diſpenſationem Nicorio Januenſi
246 quædam bona acquirere volenti in loco Putheoli Formigarii -- Egr. Secret. Belcre-
dio --; & demum omiſſis aliis caſibus, referente Magnif. Com. Loayſa, diſpen-
247 ſationem concedere noluit die 18. Julii *1667*. cuidam Placentino acquirere volenti
in Provincia Laudenſi, non obſtante oblatione cautionis de non aſportandis fructi-
bus, & de habitando in Dominio -- Egr. Secret. Sadarino.
Diſpenſatio autem acquirendi bona intra quatuor milliaria Exteris conceditur, ubi
non adſit periculum confuſionis Confinium; præſtita fidejuſſione de ſolvendis,
oneribus, habitandi, & non extrahendi fructus. Ita referente Magnif. Senatore
248 Cavalchino decrevit Senatus die 10. Octobris 1663. in caſu diſpenſationis conceſſæ
quibuſdam de Peregrinetis pro aquirendo in Territorio Caſalis Majoris -- Egr.

Digitized by Google

249 Secret. Coſſa -- die 17. Martii 1663. favore Pauli Camporæ Januenſis; & die
29. Maji 1677. pro Jo. Petro Zoja Vercellenſi.

Anno 1591. die 5. Decembris Senatus diſpenſavit poſſe Communitatem Pontis Curo-
250 ni facere quamdam alienationem in Carolum Spinulam Januenſem cum pacto re-
dimendi per quinquennium, modo, eo elapſo, & bonis non redemptis, teneretur
Emptor intra annum, vel venire ad habitandum in Dominio, vel ſubdito
vendere.

Bona alienata in non ſubditum cum diſpenſatione Senatus deſcribi non poſſunt in
251 Cataſtro Communitatis in caput Acquirentis, niſi reportata licentia a Magiſtratu
Extraord. Reddit. Ord. Senat. 13. Novembris 1604. §. *Tertio*.

(*ooo*) Ad verba *intra decem dies*.

Terminus dierum decem hic præſcriptus ad regiſtrandam diſpenſationem, non inci-
pit currere a die conceſſæ diſpenſationis, ſed a die purificati caſus. Ita declaravit
252 Senatus die 17. Novembris 1590. in cauſa vertente inter Joſeph Ciſnuſcalum, &
253 Regium Fiſcum -- Egr. Secret. Beſutio --; idem judicavit Magiſtratus Extraord.
Reddit. anno 1570. in cauſa Comitis Alphunſi Caprioli Brixienſis.

(*ppp*) Ad §. *Eo amplius ſancitum eſt*, *&c.*

Prohibitio hujus Conſtitutionis, licet generalis, non comprehendit ſucceſſionem Pa-
rentum, aut Filiorum, quia quoad ipſos in ea uti pœnali, & prohibitoria, ſpeci-
fica mentio fieri debet. Hinc Angelam Rapitiam nuptam extra hoc Dominium,
254 mortuo Patre ab inteſtato, Senatus die 8. Martii 1559. dixit non eſſe excluſam ab
hæreditate, modo veniret ad habitandum in Dominio --; & referente Magnif. Se-
255 natore Cattaneo die 8. Auguſti 1625. cenſuit favore Marchioniſſæ Juſtinæ Triul-
tiæ Uxoris March. Sigiſmondi Extenſis originarii Ferarienſis.

Cumque mortua dicta March. Juſtina opponeretur ab Eminentiſſimo Cardinali Triul-
tio March. Filippum Eſtenſem ejus filium uti forenſem eſſe incapacem ſuccedendi
in hæreditate materna, eoque interim defuncto Marchiones Eſtenſes ejus filios eſſe
256 pariter incapaces, Senatus ad relationem Magnif. Senatoris Galliæ die 22. Auguſti
1629. decidit favore dictorum March. Eſtenſium.

Rurſus idem declaravit Senatus anno 1634. favore eorundem Marchion. Eſtenſium
257 pro bonis ſubjectis Statuto Laudæ conſimili huic Conſtitutioni; die 24. Julii 1651.
258 favore Fratrum de Rotariis pro hæreditate eorum Aviæ paternæ contra Reg. Fiſ-
259 cum, & Fiſcum Dominicalem Paſturanæ; die 8. Septembris ejuſdem anni favore
Mariæ Pallavicinæ filiæ J. C. Fabritii ex Valletellina; & die 16. Septembris
260 1652. favore Ghulielmi & Fratrum de Ponte, declarando eos capaces hæreditatis
eorum Aviæ tam ab inteſtato, quam ex teſtamento.

Ex eadem ratione non procedere diſpoſitionem hujus Conſtitutionis in dote materna
261 cenſuit pariter Senatus ad favorem illorum de Colalto die 9., & 25. Junii 1561.

Hæres inſtituta fuit Iſotta Brambata Bergomenſis a Flaminio Sicco ejus Filio, quo
mortuo obtinuit a Senatu anno 1578. menſe Junii diſpenſationem, ut ſuccedere
poſſet in dicta hæreditate, quæ conceſſa fuit cum ſolita clauſula *ſalvo jure tertii*;
cum autem J. C. Socinus Siccus Frater defuncti Flaminii, tamquam hæres ab in-
teſtato ob incapacitatem hæredis ex teſtamento apprehendiſſet bona hæreditaria, &
vigore dictæ clauſulæ impugnaret executionem dictæ diſpenſationis, res delata fuit
262 ad Senatum, qui anno 1580. menſe Auguſti declaravit dictam diſpenſationem ſuum
ſortiri debere effectum etiam in præjudicium venientium ab inteſtato.

Anno 1659. 20. Novembris diſpenſavit Senatus cum conſuetis conditionibus poſſe
263 Julium Cæſarem Ricciardellum Nobilem Ariminenſem ſuccedere in bonis in hoc
Dominio ſitis uti hæredem ex teſtamento Comitis Hieronymi Figini Oddi Nobilis
Mediolanenſis Epiſcopi Aprutini -- Egr. Secret. Ivagnez.

De praxi diſpenſat Senatus poſſe Forenſem acquirere bona ſtabilia in hoc Dominio,
etiam ad effectum ſuccedendi ſive ex teſtamento, ſive ab inteſtato in hæreditati-
bus, & bonis in hoc Dominio ſitis, relictiſque a Subditis; idque etiam poſt adi-
tam defuncti hæreditatem per alium ejuſdem Dominii Subditum vel in remotiori,
vel in æquali gradu Agnatum, vel Cognatum defuncti cum clauſulis recenſitis in
264 Atteſtatione Senatus diei 25. Auguſti anni 1742. emanata ad preces Illuſtris Prin-
cipis Don Marci Antonii, & Comitis Don Rodulphi Fratrum de Raſinis, impreſſa
inter Ordines Senat. *pag.* 540. *la prima*, ibique vide *in meis annotat. alia ad ma-
teriam hujuſmodi diſpenſationum*.

In

Digitized by Google

In cauſa vertente inter Comites Variſios de Roſate, & Comitem Don Alvarum,
ejuſque filios, & Nepotes Bolagno Hiſpanos, referente Magnif. Regente Marchio-
ne Cavalli declaravit Senatus die 12. Septembris 1759. facultatem diſpenſandi ſibi
265 competenti, de qua in §. *Collegiis hoc tit.*, pro caſu teſtati ſubintelligi etiam in
hoc §. *Eo amplius* pro caſu inteſtati; & cenſuit dictis Hiſpanis non eſſe conceden-
dam diſpenſationem quoad bona immobilia hæreditatis Comitis Quæſtoris Bolagno
ab inteſtato defuncti -- Egr. Secret. Stampa.
Expoſt verò ſupervenit Ordo Regio-Cæſareus diei 3. Maji 1762. declarans Hiſpanos
cenſeri debere capaces acquiſitionum, & ſucceſſionum in hoc Dominio.

(qqq) Ad §. *Qui fallacibus* verſic. *item res vendentes &c.*

Genus hoc delicti non tollitur remiſſione, cum habeat admixtam falſitatem. Ita cen-
ſuit Senatus anno 1590. ad relationem Pro-Judicis ad ſignum Equi hujus Urbis Jo-
266 ſeph Archinti poſtea Senatoris in caſu cujuſdam nuncupati *il Stella*, qui fuit con-
demnatus in pœnam trium ictuum funis, & Exilii ab hoc Dominio ſub pœna re-
mi triennalis, non obſtante remiſſione.
Hoc genus Perſonarum bannitum eſt ab hoc Dominio ſub pœna remi quinquenna-
267 lis, & majoris, vel minoris arbitrio S. E. ex Proclamate 15. Januarii 1661.

(rrr) Ad §. *Prohibitum eſt omnibus* verb. *executiones*.

Impedientes, vel ab aliis impediri curantes, aut mandantes, executiones Reorum,
268 ubi de mortis, vel mutilationis membrorum pœna agitur, incapaces ſunt gratiæ
apud S. E. ex Ord. Reg. 9. Auguſti 1565.
Dubitatum fuit, an caſus oppoſitionis factæ Satellitibus cum vulneribus illatis ex cau-
ſa executionis civilis, eſſet excluſus a gratia ob relatum Ord. Reg., & Proclama
contra impedientes Juſtitiam anni 1647. Re autem in Senatu propoſita per Magnif.
269 Senatorem Carillum, dictum fuit die 21. Auguſti 1669. caſum non eſſe de exceptis
favore cujuſdam Merendæ, cum non militet diſpoſitio dicti Ord. Reg., & Procla-
matis, quæ in cauſis criminalibus tantum loquitur -- Egr. Secret. Belcredio.
Conſultus Senatus a Prætore Alexandriæ quomodo procedendum ſit contra prohiben-
270 tes executiones, quando non adeſt copia Teſtium, reſcripſit in Ord. 30. Martii
1585. procedendum eſſe, ſi adſit depoſitio unius Teſtis ultra Familiæ Satellitiæ re-
lationem.
Hanc Conſtitutionem habere locum etiam in executionibus conceſſis a Judicibus Ec-
271 cleſiaſticis declaravit Senatus die 9. Novembris 1548.

(ſſſ) Ad verſic. *ſub ea pœna corporali &c.*

Si quis captus aufugiat, vel ſe eximat e manibus Satellitum, non incurrit pœnam
272 hujus Conſtitutionis. Ita cenſuit Senatus die 2. Septembris 1573. annullando con-
demnationem factam a Prætore Caſtri-Leonis contra Guerrinum Manfredum.
Eximens ſe met ipſum, de æquitate in nullam incidit pœnam, & ubi uſus ſit armis,
ſine tamen vulnere, tunc tantum condemnatur in pœnam impoſitam in Proclamate
edito contra reſiſtentes Satellitibus. Ita ad relationem Egr. Vicarii Juſtitiæ decla-
273 ravit Senatus die 31. Octobris 1584. pro Ambroſio Ripa, qui adverſus Satellites
enſem evaginaverat --; & referente eodem Vicario idem cenſuit die 15. Septem-
274 bris 1588. in caſu Marci Antonii Clivati, mitigatâ etiam pœnâ ob ipſius minoritatem.
Si eximens ſit conjuncta Perſona, Minor, vel Mulier, de æquitate mitius punitur,
275 vel abſolvitur. Quamobrem Senatus die 3. Julii 1563. decrevit Mulierem quam-
dam, quæ Maritum capitaliter damnatum eripuerat e manibus Satellitum, neque
abſolvendam, neque condemnandam, ſed non eſſe moleſtandam, donec aliud fuiſ-
ſet ordinatum --; & cum Mater, & Uxor eripuiſſent e manibus Satellitium reſpe-
276 ctivè Filium, & Maritum, referente Magnif. Senatore Menochio ſanxit Senatus
die 5. Maji 1674. eſſe dimittendas, nec ulterius ea de cauſa moleſtandas -- Egr.
Secret. Sadarino.
Ubi ſe eximens vim fecerit cum armis præſente Judice punitur pœnâ arbitrariâ,
etiam mortis ſecundum caſuum circumſtantias. Hinc Senatus die 18. Aprilis 1622.
277 cenſuit furcis eſſe ſuſpendendum quemdam de loco Vilanterii, qui noctu contra
Familiam, cum qua incedebat Egr. Annibal a Tela Vicarius Juſtitiæ ſclopum ex-
ploſerat, ne detineretur --; & menſe Martii 1628., referente Magnif. Senatore
278 Vicecomite condemnavit Clementem Ponzonum Nobilem Cremonenſem in pœnam
remi ſeptemnalis, a qua ſe liberare poſſet ſolutione aureorum quingentorum, quia

Digitized by Google

noctu ſclopum rotatum exploſerat in Familiam, cum qua Julius Cæſar Calvinus Cremonæ Judex ſe contulerat ad domum ipſius Ponzoni pro ejuſdem detentione -- Egr. Secret. Landriano.

In puniendo eximentem e Familia, vel e Carcere, attenditur non ſolum delictum, de quo imputatus ſit exemptus, ſed etiam contemptus Judicis, & Juſtitiæ; hinc
279 Senatus die 9. Januarii 1590. quoſdam de Solario, qui exemerant e manibus Familiæ Camillum Barberium damnatum ad remum triennalem, condemnavit ad remum per decennium.

Eripiens e manibus Familiæ imputatum de crimine capitali, non incurrit confiſcationem bonorum, quia licet ablata ſit perſona, non tamen ablata ſunt bona. Ita
280 judicavit Senatus die 14. Martii 1562. datis literis Prætori Alexandriæ ad favorem Marci Antonii Trotti, qui eripuerat Sororium de homicidio imputatum.

Anno 1649. menſe Octobris cenſuit Senatus damnari debere in pœnam arbitrariam
281 Senatui Joannem Baptiſtam Suminum ob reſiſtentiam factam Juſtitiæ actu, quo Satellites eum detinere volebant, etiam illato vulnere Bernario Derthonæ.

Offendentes Satellites inſervientes Juſtitiæ, ac exequentes eorum Officium incurrunt
282 pœnam quinque centum aureorum, & majorem etiam, nempè triremis, & mortis arbitrio S. E. vel Senatus ex Proclamate 16. Julii 1648. n. 11.

(ttt) Ad §. *Quod ſi id fieret pro cauſa civili.*

Quidam Viganorius Modoetienſis valdè indiciatus, quod è manibus Satellitum eri-
283 puiſſet captum in via publica ob cauſam civilem, fuit punitus in aureis centum ex ſententia Senatus diei 26. Februarii 1643.

Executione reali prohibita a debitore, cum in ea interfuiſſent nullitates, & non vulnera; referente Magnif. Com. Siccoborella ſancitum fuit a Senatu die 11. Sep-
284 tembris 1670. eſſe circumſcribendam Inquiſitionem tranſmiſſam, nec eſſe ulterius procedendum contra quemdam Mellium e loco Collici -- Egr. Secret. Sadarino.

Relationes prohibitæ executionis in cauſa civili, ubi non adſit vulnus, vel aliud de-
285 lictum, fieri non debent ad Senatum, ſed remittuntur ad Judices Ordinarios. Ord. Senat. 11. Auguſti 1616. §. *Non audiantur.*

(uuu) Ad verſic. *modo in executionibus faciendis &c.*

Condemnationi de prohibita executione locus non eſt, ubi executio facta ſit ſine aſſiſtentia Antiani, vel Conſulis contra diſpoſitionem Conſtitutionum. Ita ad rela-
286 tionem Egr. Prætoris hujus Urbis, & audito Fiſco, decrevit Senatus favore Aloyſii Agazini in Ord. 10. Februarii 1583.

(xxx) Ad §. *Non fiant ligæ &c.*

Ut incurratur pœna prohibitæ unionis requiritur numerus decem perſonarum. Pro-
287 clama 16. Julii 1648. n. 15. ad evitandas autem pœnas prohibitæ unionis, impetratur a S. E., vel a Senatu Aſſiſtens Regius, cujus munus eſt advertere ne quid
288 fiat, vel tractetur contra perſonam Regis, vel ejus ſervitium ex Proclamate Excell. Comeſtabilis Caſtellæ 22. Octobris 1596.; in reliquis autem non debet ſe ingerere.
289 Ord. Senat. 27. Januarii 1672.; & in Congregationibus, ſive Capitulis ſedere de-
290 bet ad ſiniſtram manum inter Superiorem Eccleſiaſticum, & Priorem. Ord. Senat. 22. Martii 1672.

(zzz) Ad §. *Si quis auſus fuerit Doctori &c.*

Injuria facta Officiali remiſſione non tollitur; prodeſt tamen remiſſio in caſu decreti
291 gratioſi. Ita referente Magnif. Com. Bracherio, cenſuit Senatus die 18. Martii 1662. in caſu Prætoris Soreſinæ offenſi.

(aaaa) Ad §. *Si quis arma prohibita ferat.*

Quænam ſint Arma prohibita declarant quamplurima Gubernatorum hujus Dominii
292 Proclamata, & omiſſis antiquioribus videndum eſt Proclama 26. Auguſti 1715., 23. Septembris 1723., 22. Auguſti 1725., 17. Junii 1726., 7. Julii 1741.

Arma vetita deferentes; & larvati cum armis incedentes, quomodo puniri debeant.
293 Ord. Senat. 11. Februarii 1559. Proclama 29. Januarii 1675.; impunè tamen deferri
294 poſſunt arma vetita ad effectum capiendi Bannitum. Ord. Senat. 9. Januarii 1595.

Ut procedi poſſit pro delatione armorum prohibitorum, conſtare debet, ut in aliis delictis, de corpore delicti; corpus autem delicti in materia armorum vetitorum pro-

batur

Digitized by Google

295 batur etiam per Teſtes. Ita referente Magnif. Senatore Menochio, cenſuit Senatus
die 30. Aprilis 1671. in caſu cujuſdam, qui fuit condemnatus ad triremes -- Egr.
Secret. Gradignano.

Condemnatus pœnâ corporali pro delatione armorum vetitorum juxta formam Pro-
296 clamatum, non poteſt ulterius moleſtari pro arbitrio Gubernatori reſervato in Pro-
clamate. Ord. Senat. 1. Aprilis 1597.; & in condemnationibus, potiſſimum con-
297 tumacialibus causâ delationis Rotatorum breviorum imponi non poteſt pœna confiſ-
cationis bonorum. Ita omnibus Juſdicentibus mandavit Senatus in Ord. diei 5.
Aprilis 1650.

Veniens ex itinere cum armis in Urbe deferri vetitis moleſtari non debet. Ord. Se-
298 nat. 24. Januarii 1595.; reſpectu vero armorum ab igne, exonerari debent tam in
299 ingreſſu, quam receſſu ab Urbibus, aut Locis inſignibus hujus Dominii, ubi reſi-
dent Juſdicentes Regii. Proclama 26. Octobris 1638., 16. Februarii 1640., 23.
Septembris 1723.

Imputatus de delatione armorum prohibitorum poſt mortem Gubernatoris, & ante-
300 quam publicentur Cridæ confirmatoriæ in loco delationis, non eſt moleſtandus.
Ord. Senat. 27. Junii 1586.; finito autem tempore Gubernii extra caſum mortis,
tunc proclamata adhuc vigent per bimeſtre abſque alia confirmatione. Ita poſt va-
301 rios caſus, declaravit Senatus in eo cujuſdam Valeſani capti in loco Domus Oſſulæ
die 9. Julii 1670., referente Magnif. Senatore Menochio.

Proclamate Eminentiſſimi Cardinalis Infantis hujus Dominii Moderatoris diei 8.
Auguſti 1633. prohibita eſt delatio armorum utriuſque menſuræ ſuper tripudiis;
cumque dubitatum fuiſſet, an ejuſmodi prohibitio deberet intelligi reſtricta ad
302 Loca Inſignia tantum; Senatus in ejus Ord. 9. Novembris 1661. declaravit di-
ctam prohibitionem extendi ad quæcunque Loca indiſtinctè.

Delatio armorum ad licitum finem non eſt punibilis; hinc deferentes Sclopos, illoſ-
303 que explodentes in honorem Feſtivitatis alicujus Sancti non eſſe moleſtandos, ſan-
xit Senatus in Ord. 26. Martii 1677., 23. Auguſti 1685., & 9. Aprilis 1688.;
an autem momentanea armorum delatio punibilis ſit, vide *in meis annotat.* ad di-
ctum Ord. 26. Martii 1677.

Ad occurrendum fraudibus, quæ committi poſſunt ad evitandas pœnas vetitæ dela-
tionis armorum ſub prætextu facultatis illa deferendi, ſancitum eſt a Senatu in
Ord. 10. Januarii 1698. §. *Quinto*, ut Judices nullam habeant rationem faculta-
304 tum deferendi arma, niſi exhibitæ ſint in actu detentionis.

Si alicui rixoſo, a Principe, vel Senatu prohibeatur delatio armorum præſtita fide-
juſſione de non deferendo arma; delatio hujuſmodi non intelligitur prohibita in
itinere, & in Villis. Ita declaravit Senatus die 18. Junii 1619. favore cujuſdam
305 Fidejuſſoris, qui promiſerat ejus Principalem non delaturum arma pro executione
decreti Senatus.

Armati, qui confugiunt ad Eccleſiam, ibi poſſunt ſpoliari armis a Satellitibus. Ita
306 decrevit Senatus die 28. Aprilis 1663. cum voto Egr. Advocati Fiſcalis Villani re-
ferente Magnif. Senatore Florentia -- Egr. Secret. Coſſa.

Delatio autem armorum in Eccleſia facta ab habente facultatem ab Excellentiſſimo
Gubernatore conceſſam, non eſt punibilis, quando agitur de Perſona quietè vi-
vente, & quæ habuit hujuſmodi facultatem, ne offendatur. Ita referente Magnif.
307 Senatore Cavalchino cenſuit Senatus die 13. Martii 1664. in caſu Lupi Merca-
toris Buſti -- Egr. Secret. Coſſa.

Delationem Sclopi onuſti pulvere, licet ſine pila, eſſe punibilem declaravit Senatus die
308 3. Auguſti 1662. in caſu cujuſdam de Medicis Papienſis -- Egr. Secret. Annono.

(*bbbb*) Ad §. *Sancitum eſt* verb. *conducere Notarias*.

Cum locatâ Notario Marliano Actuariâ criminali in Prætorio, petita fuit a Sena-
tu illius approbatio; conſideratoque quod ille erat unus ex Notariis olim reformа-
tis, & Gener Syndici Fiſcalis, viſum fuit ſaltem ex vi rationis obſtare diſpoſi-
309 tionem hujus Conſtitutionis; ideoque Senatus decrevit die 18. Januarii 1646. de
alio eſſe providendum.

(*cccc*) Ad §. *Severè puniendi ſunt*, &c.

Relationes in cauſis Blaſphemiæ non debent tranſmitti ad Senatum, ſed remittuntur
310 ad Judices Ordinarios, ubi non agatur de Blaſphemia atroci, vel dubitetur an ſit
atrox. Ord Senat. 11. Auguſti 1616. §. *Idem in cauſa*.

Judices

Digitized by Google

Judices omnes in reſpectiva eorum juriſdictione ſummopere invigilare debent contra
Blaſphemos, etiam ſi non agatur de Blaſphemia hæreticali, & ubi emergant judi-
311 cia, curare debent eorum detentionem, celeriter proceſſum conſtruere, & relatio-
nem facere S. E., ut deliberare poſſit circa pœnam ipſis infligendam juxta caſuum
circumſtantias, & interim detentos relaxare non debent ſine peculiari ordine S. E.,
ut præſcribitur in Proclamate 21. Auguſti 1671., 23. Junii 1677., 10. Decem-
bris 1742.

(*dddd*) Ad §. *Eo amplius* verſic. *dignam pœnam*, *& majorem imponet*.

Conſultus Senatus ab Egr. Prætore hujus Urbis in quam pœnam condemnare deberet
in contumaciam plures de Blaſphemia delatos, decrevit, ultra pœnam ordinariam,
312 alias eſſe infligendas pœnas ſecundum caſuum circumſtantias, ut in Ord. 3. Janua-
rii 1551.

In cauſa cujuſdam Vergiati fuit dubitatum in Senatu, an dicere *el corpo di Dio*, ſit
313 Blaſphemia, & pro affirmativa fuit concluſum die 22. Decembris 1557.; & dictus
Vergiatus fuit condemnatus; & referente Magnif. Senatore Brugora idem fuit ju-
314 dicatum die 23. Decembris ejuſdem anni contra Baronem Fantonum.

Bartholomæus Pilotus Reus de atrocibus Blaſphemiis poſt conſignationem factam ab Offi-
315 cio S. Inquiſitionis fuit furcis ſuſpenſus ex ſententia Senatus diei 14. Decembris 1621.

Blaſphemus hæreticalis punitur a Senatu, cum agatur de delicto mixti Fori, & com-
prehenſo in hiſce Conſtitutionibus; hinc ad relationem diffinitivam Egr. Capitanei
316 Juſtitiæ Senatus condemnavit die 22. Maji 1663. quemdam de Longhis in pœnam
remi perpetui, quia erat etiam de aliis delictis impictus -- Egr. Secret. Sadarino --;
317 & referente Magnif. Senatore Stampa condemnavit Senatus die 2. Auguſti 1671.
quemdam de Alipheris Reum convictum de Blaſphemia hæreticali in pœnam trium
ictuum funis appenſo Cartello, & poſtea triremium per triennium -- Egr. Secret.
Maddio.

Si Blaſphemus hæreticalis, ſit etiam valdè ſuſpectus de hæreſi, petente Rev. Inquiſi-
tore conſignatur, ut reſpectu hujus capitis procedat deveniendo ad abjurationem,
ubi ſit de jure, ita tamen, ut fiat promiſſio de reconſignando Reo in Carceribus
318 laicis, ut Senatus uti poſſit jure ſuo, juxta ejuſdem decretum diei 13. Octobris
1673.; & die 8. Novembris ejuſdem anni propoſitæ fuerunt in Senatu a Magnif.
319 Senatore Stampa literæ Rev. Inquiſitoris Mediolani, quibus remittebat ad Sena-
tum cauſam quorundam de Loco Leſiæ, præter alia delicta Reorum, ut prætendeba-
tur de Blaſphemiis hæreticalibus eorum cauſâ jam expletâ in Tribunali Sanctiſſimæ
Inquiſitionis.

(*eeee*) Ad §. *Prohibitum eſt etiam* verb. *ludis prohibitis*.

Quinam ſint Ludi prohibiti, habetur in Ord. Senat. 23. Decembris 1614., ubi *in*
320 *meis annotat.* plura recenſentur notabilia ad materiam Ludi, & referuntur Procla-
mata identidem promulgata pro Ludis de novo excogitatis, & dignis prohibitione.

Ludum vulgò *Gelè* non eſſe de comprehenſis in prohibitione Proclamatum, referente
321 Magnif. Senatore de Puteo reſcripſit Senatus die 5. Martii 1674. Prætori Cano-
bii -- Egr. Secret. Oliverio.

Fraudatorem in Ludo eſſe capacem gratiæ; verum teneri præſtare fidejuſſionem de
322 benè vivendo, referente Magnif. Senatore de Puteo conſuluit Senatus die 14. No-
vembris 1668. Excellentiſſimo Gubernatori in caſu cujuſdam Bindellini -- Egr. Se-
cret. Maddio.

Fidejuſſor ex cauſa pecuniæ amiſſæ in Ludo prohibito, etiam nulla facta mentione,
& concepta obligatione in vim depoſiti, non tenetur ad ſolutionem ſummæ pro-
miſſæ. Ita decidit Senatus favore Alexandri Mercantoli contra hæredes Joannis
323 Baptiſtæ Polaſtri, referente Magnif. Senatore Don Sigiſmondo Calcho die 3. De-
cembris 1683. -- Egr. Secret. Tatto.

Leges non ſunt intelligendæ materialiter, ſed juxta laudabilem earum finem; hinc
324 ad preces Georgii Novariæ, & Conſortum, Senatus die 18. Auguſti 1592. man-
davit Vicario Marthеſanæ, ut eos ulterius non moleſtaret ex cauſa Ludi prohibiti
ſine pecuniis.

(*ffff*) Ad §. *Harum autem pœnarum*.

Pœnæ pecuniariæ ob Blaſphemias irrogatæ, per generalem criminum abolitionem re-

manet

Digitized by Google

325 manent condonatæ. Ita Judici Maleficiorum Papiæ reſcripſit Senatus in Ord. 10.
Maji 1554.

(*gggg*) Ad verſic. *Officio Sanitatis cedet*.

Ad hoc Officium tranſmitti debent etiam condemnationes, quæ irrogantur Reis de
326 Blaſphemia. Ita Egr. Capitaneo Juſtitiæ præcepit Senatus in ejus Ord. 22. Julii
1559.

(*hhhh*) Ad §. *Eruens oculum alicui*.

In cauſa Bartholomæi Roverii Senatus declaravit die 20. Octobris 1563. hanc Con-
327 ſtitutionem habere locum, etiamſi per vulnus quis viſivam virtutem perdiderit,
licet oculus non ſit erutus.

(*iiii*) Ad verſic. *vel faciem aliquo modo deturpans*.

Quidam Nobilis Adoleſcens ætatis annorum decem novem meretricio amore captus,
de mandato Meretricis aliam immaniter cum perpetua cicatrice in facie deturpa-
verat. Quærebatur an eſſet caſus gratiabilis? Dubium oriebatur ex Proclamate
contra Sicarios promulgato, in quo expreſſum erat, non convenire, ut dantes,
vel ſuſcipientes mandatum ad vulnerandum in faciem poſſent ſe per præſentationem
Bannitorum liberare, ut ſpes omnis debitas luendi pœnas illis adimeretur: verum
conſiderata ætate, amore, inculpatâ hactenus vitâ, & verbis Proclamatis ibi: *E*
328 *perchè a dette perſone vili s' apprezia il mandato*, cenſuit Senatus die 28. Junii
1642. caſum eſſe gratiabilem, & rationes eſſe reſcribendas Excellentiſſimo Gu-
bernatori.

(*llll*) Ad verſic. *vel membrum abſcindens*.

Referente Magnif. Com. Burro Senatus declaravit die 23. Junii 1673. non eſſe com-
329 prehenſum ſub diſpoſitione hujus Conſtitutionis caſum vulneris, ob quod digiti
non fuerunt abſciſſi a manu, ſed tantum remanſere ſine motu -- Egr. Secret.
Maddio.

(*mmmm*) Ad §. *Si quis cum duabus Mulieribus*, *&c.*

Anno 1531. die 2. Decembris Senatus damnavit in pœnam publicæ fuſtigationis, &
330 triennalis remigii quemdam Cumenſem, qui quatuor Mulieres eodem tempore in
Uxores duxerat; & anno 1570. die 13. Aprilis damnavit ad triremes biennales
331 Georgium de Tropia, qui duas Uxores duxerat, & juſſit ex ejus bonis dotari ſe-
cundam Uxorem.

(*nnnn*) Ad §. *Nullus Officialis*, *&c.*

Judices omnes cavere debent ne in cauſis referibilibus ſub aliquo prætextu deve-
332 niant ad ordinationes liberatorias inconſulto Senatu ſub pœnis contentis in Ord.
Senat. 24. Maji 1721., 7. Junii 1737., & 27. Martii 1741.
Relationes diffinitivæ delictorum fieri debent ad Senatum in quocunque caſu, in quo
333 inferatur pœna corporalis, vel arbitraria juxta Ordines Regios diei 28. Maji
1604.; & referente Magnif. Com. Bracherio ita eſſe ſervandum decrevit Senatus
334 die 18. Februarii 1660. in caſu Aſcanii Repoſſii è loco Serii, proceſſati in Officio
Seprii -- Egr. Secret. Annono.
In cauſis referibilibus fieri debent relationes ad Senatum, etiam ſi indicia ſint levia.
335 Ita referente Magnif. Senatore Patellano ordinavit Senatus die 14. Novembris
1663. in caſu Burræ e Caſali-Puſterlengorum -- Egr. Secret. Maddio.
Condemnationes pecuniariæ per Judices fieri nequeunt inconſulto Senatu, exceptis,
336 quæ in contumaciam fieri debent. Ord. Senat. 5. Septembris 1582.

DE MULCTIS.

MUlctæ, ſi ad inſtantiam Partis factæ fuerint, ad Cameram non tranſmittantur, niſi Parte inſtante. §. Omnique caſu irritæ ſint, caſu, quo inobediens antè earum tranſmiſſionem paruerit.

Non

Digitized by Google

Non poſſit appellari à mulcta, ſed à præcepto (*a*) comminante mulctam, modò id tempore debito fiat. §. Poſſit tamen à mulctis recurſus haberi ad Senatum, juxta aliarum Conſtitutionum formam.

AD TIT. DE MULCTIS.

Decis. et Annot.

UT ſit locus Mulctæ in hoc Dominio, ſufficit præceptum eſſe intimatum domi
habitationis illius, contra quem ad Mulctam procedi prætenditur. Ord. Senat.
1 diei 14. Januarii 1594.; hinc referente Magnif. Senatore Raudenſi, cenſuit Sena-
tus anno 1628. menſe Auguſti manum non eſſe apponendam condemnationi, ſeu
2 Mulctæ ſcutorum mille per Curiam Papienſem latæ contra Petrum Franciſcum
Scottum, quia non paruerat præcepto de ſiſtendo &c. intimato ad domum ſolitæ
habitationis ejus Patris tunc viventis, non obſtante, quod oppoſitum fuiſſet de
nullitate præcepti, quia non intimati perſonaliter.

Non ſufficeret tamen intimatio præcepti ad domum ſolitæ habitationis, ubi conſta-
ret, non datâ operâ, citandum eſſe abſentem. Ita ad relationem Egr. Capitanei
3 Juſtitiæ declaravit Senatus die 23. Julii 1619. decernendo eſſe circumſcribendam
condemnationem contra Joannem Pallavicinum latam juxta votum Curiæ, quia
ipſe probaverat de tempore factæ intimationis præcepti ad domum ſolitæ ejus ha-
bitationis abfuiſſe per menſem ante.

Non pariter locus eſt Mulctæ, ſi Reus citatus, ob abſentiam, vel infirmitatem,
comparere non potuit, & impedimentum per Conjunctum, vel aliam Perſonam
allegavit, & probare ſe obtulit. Ita referente Magnif. Senatore Villano poſtea
4 Regente, cenſuit Senatus die 11. Septembris 1631. circumſcribendo Mulctam au-
reorum decem mille latam contra Marchionem Mutium Pallavicinum per Magnif.
Prætorem Cremonæ.

Conſultus Senatus ab uno ex Syndicis Fiſcalibus Regiis, an præcepta Judicum, per
eorum mutationem, vel mortem, cenſeri debeant extincta, audito voto Collegii
5 Egregiorum Fiſcalium, cenſuit nequaquam eſſe extincta; & ita pro lege inpoſte-
rum eſſe ſervandum ſanxit in ejus Ord. 7. Aprilis 1642. — Egr. Secret. Com.
Majoragio.

Mulcta prius per Fiſcum exigi debet, quam fiat confiſcatio, ubi quis ob aliquam
6 cauſam in ære mulctatur, licet poſtea ſubſequatur pœna ordinaria Confiſcationis.
Ord. Senat. 26. Junii 1668.

Notula Mulctarum tranſmitti debet per Judices ad Magiſtratum Extraord. Reddit.
7 Ord. Senat. 4. Februarii 1610., 13. Januarii 1684., 28. Januarii 1722.; & omiſſis
pluribus aliis, 27. Auguſti 1729.

DE CUSTODIA REORUM.

DEtenti ex cauſa debiti (*a*) non poſſint retineri in aliis Carceribus Mediolani, quàm Malæ Manſionis (*b*), & in aliis Civitatibus in Carceribus Communitatum, niſi appareat, Carceratos aliter voluiſſe.

Nulli Officiales quicquàm extorquere poſſint directè, nec per indirectum, à Carceratis. §. Nec etiam Vicarii Generales durante eorum officio, tempore eorum ſyndicatus id facere poſſunt, ſub pœna quadrupli ipſo jure, & facto Fiſco applicanda, & Cuſtodibus, & Officialibus Carcerum iſtorum trium equulei.

Si aliqui in Carceribus Capitanei Juſtitiæ, vel aliis Carceribus pro impenſa tantùm retineantur, Mediolani ad Carceres Ma-

Digitized by Google

læ Manſionis tranſmittantur (*c*), & in aliis Civitatibus, ad Carceres Communis.

Nullus Cuſtos Carcerum (*d*), nec alius pro eis deputatus poſſit, nec valeat, accipere, conſequi, nec habere, directè, nec per indirectum, ab aliquo Carcerato pro introitu (*e*), exitu (*f*), conſignatione, clavibus, compedibus, cippo, ligatura, lecto, vel aliter qualitercunque, præter expenſas cibi, & potus (*g*), niſi tantummodo ſolidos quatuor Imperialium, & pro cuſtodia (*h*) cujuslibet diei denarios ſex, in quibus computetur dies conſignationis, ſalvò quòd Cuſtodes Carcerum Capitanei Juſtitiæ pro prædictis introitu, & exitu, duplum accipere poſſint. §. Contrafacientibus pœna eſt aureorum decem Fiſco applicanda pro quolibet, & qualibet vice, de qua contrafactione credatur ipſi Carcerato, cum uno teſte fide digno. §. Executio contra prædictos fieri poſſit per quemlibet Juſdicentem; & eam facere teneantur, ſub pœna aureorum decem, Fiſco applicanda, & ab eis durante officio auferenda.

Si Prætores, & Judices carceratam mulierem, etiam volentem, carnali copula cognoverint, incident in pœnam privationis officii, & graviorem, arbitrio Principis, vel Senatus. §. Cuſtodibus, & aliis Officialibus id facientibus, pœna eſt trium ictuum equulei, & alia gravior, arbitrio Principis, vel Senatus.

AD TIT. DE CUSTODIA REORUM.

Decis. et Annot.

Quidam Pinus Cuſtos Carcerum Leuci permiſerat claves Carcerum remanere penes Gallianum Fratrem Prætoris dicti loci, & aufugerat quidam Gallaſſus Reus atrocis criminis traductus ad illos Carceres ab illis Vallis-Saxinæ pro tutiori cuſtodia juxta demandata per Senatum. Allegabat Cuſtos claves tradidiſſe dicto Galliano ex ordine Prætoris; cum vero extarent indicia id contigiſſe inſcio Prætore; decrevit Senatus die 31. Maji 1642. Cuſtodem eſſe torquendum ſuper Reatu,
1 & a munere ſuſpendendum ejuſdem arbitrio.

AD CONSTITUTIONEM.

(*a*) Ad §. *Detenti ex cauſa debiti*.

Carceratis pro debito privato erogari debent alimenta a Creditoribus. Ord. Senat. 7.
2 Auguſti 1596., & etiam a Datiariis pro detentis ad eorum inſtantiam. Ord. Senat.
3 12. Aprilis 1554., & pro alimentis erogari debent ſolidi decem ſingulis diebus.
4 Ord. Senat. 30. Maji 1597., non præſtantibus autem Creditoribus alimenta rela-
5 xari debent, & quomodo. Ord. Senat. 25. Septembris 1597.

Debitor detentus, ubi obtulerit cedere bonis, & ad ceſſionem non fuerit admiſſus, ali debet a Creditore, etiam ſi agatur de credito in origine camerali. Ita, refe-
6 rente Magnif. Caſato, decrevit Senatus die 13. Julii 1672. in cauſa agitata inter Montium, & Lanfrancum -- Egr. Secret. Annono.

Creditor tenetur præſtare alimenta debitori in Carceribus Malæ Manſionis ad ejus inſtantiam detento, etiam ſi in ceſſione per ipſum facta omnium bonorum ad formam Statuti, non ceſſerit juribus reviſionis ſententiæ Senatus ſibi competentibus, quia agitur de jure interim infructifero; hinc referente Magnif. Senatore Comite
7 Areſio, cenſuit Senatus die 19. Junii 1679. teneri Creditorem præſtare alimenta, ſalvo jure ea recuperandi, ſi Debitor in judicio reviſionis obtinuerit — Egr. Secret. Coſſa.

Digitized by Google

(*b*) Ad verba *quem Malæ Manſionis*.

Detentus ex cauſa Scachi non poteſt traduci ad Carceres Malæ Manſionis, qui tan-
8 tum deſtinati ſunt pro Debitoribus ex cauſa civili. Ita referente Magnif. Com.
Burro, declaravit Senatus die 16. Novembris 1672. in caſu cujuſdam Capriæ --
Egr. Secret. Annono.

Carceratus antiquior in Mala Manſione, qui *Prætor* appellatur, non poteſt exigere
9 ultra ſolidos quinque ab ingredientibus Carceres. Ord. Senat. 26. Novembris 1541.
§. *Senatus*, 1. Octobris 1561. §. *Et quia*.

(*c*) Ad §. *Si aliqui* verb. *tranſmittantur*.

Si quis ſpoliet Carceratum, etiam dum traducitur ad Malam Manſionem, puniri de-
10 bet tribus ictibus funis. Ordines Senat. *ut ſupra*.

(*d*) Ad §. *Nullus Cuſtos Carcerum*.

Quænam capitula obſervare debeat Cuſtos Carcerum pro implemento ejus Officii, ha-
11 bentur in Ord. Senat. 23. Auguſti 1588., & 16. Februarii 1669.

(*e*) Ad verb. *pro introitu*.

Cuſtos ab ingredientibus ſive ſpontè, ſive aliter Carceres, non poteſt accipere niſi ſo-
12 lidos decem, dummodo pernoctent, ſecus nihil omnino accipere poteſt, neque a
traductis ad Rocchetam. Ord. Senat. 26. Novembris 1541. §. *Senatus*, 1. Octo-
bris 1561., 16. Februarii 1669., 19. Maji 1679.

(*f*) Ad verb. *exitu*.

Aliquando contingit Carceratos extrahi e Carceribus pro celebrando aliquo Inſtru-
13 mento, & tunc nihil ſolvi debet Cuſtodi. Ord. Senat. 13. Novembris 1679. §. *ad
decimum octavum*.

(*g*) Ad verb. *lecto*, & verba *cibi*, *&* *potus*.

Carcerati, ſi victum, vel lectum non habuerint a Cuſtode, non tenentur niſi ad ex-
14 penſam Cuſtodiæ. Ord. Senat. 20. Septembris 1585.; ubi autem ipſe Cuſtos ali-
15 menta ſubminiſtraverit, quid pro ipſis exigere poſſit a Carceratis, habetur in Ord.
Senat. 17. Auguſti 1553., 16. Februarii 1669.

Poſt abſolutionem, vel datas pœnas, retineri non poſſunt carcerati pro debito alimen-
16 torum. Ord. Senat. 26. Novembris 1541. §. *Senatus*, 1. Octobris 1561., 17. No-
vembris 1603., 16. Februarii 1669.

(*h*) Ad verb. *&* *pro cuſtodia*.

Pro ſimplici cuſtodia ſolvi debet a Carceratis ſolidum unum dietim. Ord. Senat. 19. Maji 1679.

DE JURE, ET PRIVILEGIO FISCI.

OMnia bona, & jura quorumcunque debitorum Fiſci, corumque fidejuſſorum, ſociorum, participum, & cujuslibet eorum, ſint inſolidum Fiſco obligata, & hypothecata, ac ſi obligatiò, & hypotheca fuiſſent legitimè contractæ, in eaque accedant ea omnia, quæ in obligatione generali non veniunt, habeatque Fiſcus facultatem præmiſſorum bona propria auctoritate, apprehendendi ſinè Judicis auctoritate. §. Non poſſit tamen Fiſcus, ſi ex eo jure ceſſo agat, uti niſi jure cedentis. §. Socii autem, & participes hi intelligantur, qui in vectigalibus, & eorum licitationibus quovis modò participaverint, aut ea vectigalia exercuerint, in toto, vel in parte, ad commodum, & incommodum proprium.

§. Nulla

Digitized by Google

§. Nulla ſacta excuſſione (*a*) immediate executio realis, & perſonalis fieri poſſit contra quemlibet præmiſſorum, & eorum bona inſolidum, ac ſi bona, eorumque poſſeſſio, tenutave, eſſent penes principales debitores.

Statutoque priùs termino competenti arbitrio Magiſtratus Ordinarii, principali debitori ad ſolvendum, ubi non ſolverit debitor, teneantur Quæſtores propria auctoritate, nulla ſacta excuſſione contra bona principalium debitorum, poſſeſſionem bonorum immobilium hujuſcemodi debitorum, ſociorum, & participum apprehendere, ſuperindèque publica documenta confici facere. §. Hiſque confectis, bona ipſa, & jura ad Cridas ponere, juxtà formam aliarum Conſtitutionum de bonis Fiſci ad Cridas ponendis diſponentium, & juxta earum formam (ut vulgò dicunt) liquidationes facere. A ſententiiſque ſuperindè per eos proferendis appellari, querelari, (*b*) nec etiam ſupplicari poſſit, nec in integrum reſtitutio peti. §. Licitum tamen ſemper debitori erit, vel illi cujus bona erunt, nedùm in termino per Edictum ad contradicendum, ſtatuto, ſed in tempore ad liquidationem faciendam ex Conſtitutionibus dato, ſoluto debito Fiſco, unà cum expenſis ſactis occaſione apprehenſionis bonorum, ea bona redimere, & eo caſu bona cum fructibus per Fiſcum relaxentur. §. Neceſſe habet Fiſcus poſt ſactas liquidationes, ſi bona apprehenſa fuerint majoris pretii, & debitum excedentia, ſacta eorum extimatione, ea, quæ ſupererunt, domino relaxare, unà cum fructibus. §. Si autem bona mobilia, vel ſemoventia, aut ea, quæ ſervando ſervari non poſſunt, hujuſcemodi debitorum, nomine Fiſci capta, vel pignorata fuerint, Quæſtores, quorum juſſu id factum fuerit, per Edictum omnes moneant, ut prætendentes jus in ipſis, vel ſuper ipſis bonis, infra terminum, per eos, inſpecta qualitate ſacti, limitandum (modò menſem non excedat) compareant, & in ſcriptis jura deducant, ſuperque deductis ſummariè, ſimpliciter, & de plano, ſine ſtrepitu, & figura judicii, ſola ſacti veritate attenta, juſtitiam faciant, ut ſupra. §. Nemine autem comparente, bona licitentur (*c*), pluſque offerenti dentur, pretio Theſaurario perſolvendo, & debitori computando. §. Bonis autem fidejuſſoris, vel alicujus pro debito alterius, in toto, vel pro parte, nomine Fiſci ſubhaſtatis, ipſo jure hujus Sanctionis virtute intelligatur datus regreſſus contra principalem, vel illum, pro quo bona ſubhaſtata fuerunt, tam quo ad capturam perſonæ, quàm quo ad bona, ac ſi contra eum, & bona ſua, à Fiſco ſolemnem ceſſionem haberet. Et quilibet Judex in præmiſſis jus faciat ſummariè, ſimpliciter, & de plano, ſine ſtrepitu, & figura judicii, ſola veritate inſpecta, uſque quo integrè eidem ſatisſactum erit, tam de quantitate pretii bonorum ſubhaſtatorum, quàm damnorum, intereſſe, & expenſarum. §. Bonaque illius intelligantur eſſe, & ſint ei obligata ſicut Fiſco, qui ſubhaſtavit. §. Prædicta autem omnia fieri poſſe ſancitum eſt quolibet die, etiam feriato, exceptis iis, qui in honorem Dei, & Sanctorum introducti ſunt. Et hoc amplius, ubi periculum eſt in mora, apprehenſiones, capturas perſona-

 rum

rum, ſequeſtrationes, conteſtationes, & depoſita, de bonis debitorum Fiſci fieri poſſe cautum eſt, etiam dictis diebus feriatis in honorem Dei.

Hi verò, qui in terminis in memorato Edicto annotatis comparuerint, teneantur ad omnem Fiſcalium petitionem, libros rationum ſuarum, vel eorum, in quorum locum ſucceſſerunt, in termino per Quæſtores ſtatuendo exhibere. Quòd ſi non exhibuerint, vel legitimam cauſam non adduxerint, quare non exhibeant, vel per Fiſcum verificatum fuerit, Inſtrumenta producta eſſe ultra veram ſortem, vel Inſtrumenta, aut jura producta eſſe fictitia, aut ſimulata, vel falſa, hi ipſo jure, & facto, ab omni jure cadant, ratione dictorum bonorum eis competente.

Id etiam ampliùs, comparentes præmiſſi, & jura producentes, ſervare habent, ut poſt primam comparitionem jurent in hanc formam (*d*), per ſe, vel ad id ſpeciale mandatum habentes: Quòd in veritate ipſam comparitionem, ac jurium productionem non fecerunt, nec faciunt per malitiam, nec in fraudem, ſed credentes juſtam fovere cauſam, & quòd Inſtrumenta, & jura producta ſunt vera, nec ficta, nec ſimulata, & quòd eorum cauſâ ſunt veri creditores, in toto, vel pro parte, partem exprimendo. §. Quo juramento ommiſſo, comparitiones, & jurium productiones non valeant, & pro infectis habeantur. §. Falſum autem ſcienter in prædictis jurantes, non ſolùm à jure ſuper dictis bonis competente, cadant; ſed & ipſo jure, & facto, abſque aliquo proceſſu condemnentur in quadruplum valoris, ſeu extimationis eorum bonorum, quæ indebitè obtenturi fuiſſent, cujus pœnæ dimidia Fiſco, reliqua Accuſatori cedat, habeanturque ſemper perjuri, & falſarii. §. Sancitumque eſt, ne poſt dictam apprehenſionem bonorum, de dictis bonis, aut eorum parte, aliqui contractus, diſtractus, inſtrumenta, vel quicquam aliud fieri poſſit, ſivè ad poſſeſſionem, ſivè ad proprietatem, pertineat, in præjudicium Fiſci, vel habentium datum à Fiſco. Quod ſi ſecus factum fuerit, ſit ipſo jure irritum, & inane.

Jus tertii (*e*) ſublatum eſſe non intelligatur per donationes, abſolutiones, & quaſvis conceſſiones, per Principem, tàm factas, quàm faciendas, quibuſvis verbis conceptas.

Abſolutiones, liberationes, & abolitiones (*f*) per Principem, tàm factæ, quàm faciendæ, de quibuſvis rebus, creditis, vel bonis, ad Fiſcum ſpectantibus, non comprehendant credita, quæ Fiſcus haberet, cum aliquibus Theſaurariis, Datiariis, Gabellatoribus Salis, nec quæ contra alias perſonas, ſivè ſingulares, vel Univerſitates, haberet, occaſione bonorum, & rerum ad Fiſcum ſpectantium: ſed tantùm comprehendant debita ex cauſa mulctarum, vel condemnationum pecuniariarum occaſione, & pro delicto factarum, & hoc niſi de hujuſcemodi re, vel credito, in eis fiat ſpecialis, & expreſſa mentio, cum hujus Sanctionis particulari derogatione.

Nemini liceat capere, vel accipere indebitè pecuniam, vel

rem

Digitized by Google

rem Principi, vel Fiſco pertinentem, nec acceptam retinere, etiam ſi licitè accepta foret, tamen reſtituenda, ſub pœna quadrupli (g), in quam pœnam contrafaciens ipſo jure incurrat. §. Hæc tamen Conſtitutio non comprehendit perſonas ad id de publico deputatas.

Si quis unam, vel plures donationes fecerit bonorum ſuorum, vel partis eorum, quæ non ſit minor dimidia, cujuſcunque qualitatis exiſtat, & poſt eam intra duos annos animo deliberato delictum perpetraverit, ex quo donantis bona confiſcanda venirent, hujuſcemodi donatio nullius ſit valoris, & momenti, & pro nulla, & irrita habeatur, ad hunc dumtaxat effectum, ut bona donata ità in confiſcationem veniant (h), ac ſi nulla facta fuiſſet donatio.

Nobiles quantumcunque privilegiati, & exempti, etiam habentes merum, & mixtum imperium, non ſint impedimento Officialibus Principis proſequentibus, Rebelles, Bannitos, vel condemnatos, aut delinquentes, comprehenſos in Conſtitutione Majoris Magiſtratus, vel debitores Fiſci, & eorum bona; quinimò eis auxilium, & favorem præſtent, ac patientiam, & liberam facultatem ingrediendi eorum Terras pro hujuſcemodi hominibus detinendis, & eorum bonis capiendis, ſub pœna indignationis Principis.

Literæ Donorum (i), Remiſſionum, (l) Indulgentiarum, Privilegiorum, Ordinationum, Edictorum, & gratiarum (m) per Principem concedendæ, Senatui præſentari debent intrà annum à die earum conceſſionis, & per Senatum approbandæ (n), aut limitandæ, aut reſtringendæ, prout è re Principis, aut publica, eſſe cognoverit, quas ſi non approbaverit, nullæ ſint, & inanes, ac ſi à Principe nunquam conceſſæ fuiſſent.

Literæ gratiæ non concedantur, niſi facta condemnatione (o), vel niſi exprimant delictum cum qualitatibus ei adjunctis; hujuſcemodique confeſſio habeat eundem effectum, ac ſi condemnatio ſequuta eſſet. §. Non noceat tamen confitenti, niſi gratia obtenta ſit. §. Et poſtquam literæ gratiæ conceſſæ erunt, impetrantes antè earum approbationem detineri poſſunt, & debent, & in eos agi, ac ſi gratias non impetraſſent. §. Quod ſi intra annum approbationis detineantur ad corporalem punitionem deveniri non poſſit, Senatu inconſulto.

Donationes, ſeu adminiſtrationes bonorum per Principem factæ, vel faciendæ, antè condemnationem imputati, ſint ipſo jure nullæ. §. Poſt condemnationem, antè eorum bonorum liquidationem executioni non mittantur, nec effectum habeant, niſi fierent ipſi condemnato jam gratiam aſſecuto, vel ejus ab inteſtato hæredibus.

Nullus Familiaris, Officialis, aut Stipendiarius Principis, nulluſve Pater, Filius, Frater, vel Fratris Filius, Socer, Gener, Aſcendens, aut Deſcendens cujuslibet eorum, directè, vel per indirectum, conducat, vel conduci faciat, aliqua vectigalia Principis, eo inconſulto, & ſinè ejus ſpeciali licentia, ſub pœna confiſcationis bonorum, & indignationis Principis. §. Quilibet accuſare poſſit, dimi-

Digitized by Google

dimidium confiſcationis habebit, etiam ſi fuerit particeps, & ſecretò tenebitur, ita tamen ſi prius habita notitia non fuerit.

Habentes immunitates, & exemptiones, ſi eis aliquo modo abutantur in fraudem Fiſci, ipſo jure, & facto immunitatibus, & exemptionibus, priventur, privatique eſſe intelligantur. Contractuſque ſuperinde facti, ſint nullius valoris, & momenti.

Bona eorum, qui ob demerita notoria per manus Juſtitiæ necantur, propter quæ, ſi ſequeretur ſententia, veniret bonorum confiſcatio, non minùs intelligantur, & ſint confiſcata (*p*), quàm ſi condemnatio præceſſiſſet.

Omnium, qui in contumaciam, vel convicti (*q*), condemnati erunt ad mortem, etiam ſi ultimo ſupplicio vitâ privati fuerint, ex eo, quòd commiſerint, vel commiti mandaverint, aliquod ex his criminalibus, ſcilicet, Læſæ Majeſtatis, fabricationis falſæ Monetæ, Veneficii, Homicidii, Aſſaſſinamenti, Raptus Virginum, aut mulierum honeſtè viventium, tam Religioſarum, quàm non, Robariæ, Incendii Domus habitatæ, Falſificationis, aut falsò mutationis Sigilli Principis, Cancellariæ, aut Curiæ ejuſdem. Item falſi circa Inſtrumenta, & Scripturas Principis, invaſionis hoſtili more in Dominium noſtrum, & in vias publicas, & etiam alia delicta committentium, in quibus tamen de jure communi, municipali, (*r*) vel ex præſentibus Conſtitutionibus, imponatur pœna confiſcationis bonorum (*ſ*), bona, & jura ipſorum omnium malefactorum, verè, vel fictè, ubique ſita, vel reperta, Fiſco publicentur, & ipſo jure, & facto (*t*), publicata, incorporata (*u*), & confiſcata Fiſco (*x*), pariterque apprehenſa ſint (*z*), & eſſe intelligantur, à die commiſſi criminis (*aa*), etiam ſi per ignorantiam, vel negligentiam, aut impoſſibilitatem Officialium, vel aliter, verè, & actu, non fuerint apprehenſa, jure tamen legitimæ (*bb*) aſcendentium, & deſcendentium reſervato. Salvo quòd in crimine Læſæ Majeſtatis diſponatur de legitima, prout Jure communi cautum eſt. §. Nec opponi poſſit, quòd non appareat de aliqua apprehenſione, nec incorporatione, nec de aliquo proceſſu, & quolibet tempore executio, & apprehenſio fieri poſſint, nulla præſcriptione admiſſa, nec obſtante. §. Nec poſſint de hujuſmodi bonis applicatis Cameræ fieri aliqui contractus, vel diſtractus (*cc*), aut aliquod Inſtrumentum, nec aliquid aliud, quod proprietatem, vel poſſeſſionem reſpiciat, in præjudicium Fiſci, vel habentis datum à Fiſco. Quòd ſi ſecus factum fuerit, ipſo jure, & facto, ſit irritum, & inane. §. Hæc tamen Conſtitutio non comprehendit contractus ex cauſa oneroſa factos bona fide poſt annum, à die commiſſi criminis numerandum, & hoc quando crimen occultum eſſet.

Ubi Subditus Feudatarii delictum, ex quo confiſcatio bonorum veniat, committat in juriſdictione Principis immediata, vel ubicunque in immediatè Subditum Principis, bona ipſius ubicunque ſita ſint in Dominio noſtro mediatè, vel immediatè (*dd*), Fiſco Principis applicentur. §. Ubi verò extra Dominium, vel etiam in

juriſ-

juriſdictione ipſius, vel alterius Feudatarii in non immediatè Subditum Principis, & in caſibus non comprehenſis in Conſtitutione de Majori Magiſtratu, tunc bona illius ipſis Feudatariis applicentur, in quorum juriſdictione ſita reperientur, & iſto caſu Judex Feudatarii, ad quem ſpectat, de delicto cognoſcat. §. Quæ verò reperientur ſita in immediata juriſdictione Principis, ejus Fiſco applicentur.

Et quia cautum eſt in pluribus caſibus, quòd quicunque Fiſco detulerit (*ee*), vel notificaverit, bona, vel jura, ad Fiſcum ſpectantia, de quibus non habeat notitiam Fiſcus, quòd quandam portionem habeat in notificationis præmium, idque non ad omnes caſus extenditur; ideò ſancitum eſt, quòd in omnibus aliis caſibus, in quibus ſpecialiter per alias Conſtitutiones non ſit proviſum, quicumque, & quacunque cauſa notificaverit Fiſco, bona, vel jura Fiſco ſpectantia, de quibus Fiſcus notitiam non habeat, idque faciat ultra (*ff*) ſex menſes à die, quo acquiſitum ſit jus Fiſco, tertiam partem eorum bonorum, & jurium notificatorum habebit, & ſecretò, ſi voluerit, tenebitur.

Nulla præſcriptio contra Fiſcum allegari poſſit, niſi præſcriptio tanti temporis, cujus initii non ſit memoria in contrarium; quæ etiam in juriſdictionalibus admittatur.

Communitatibus, Univerſitatibus, Collegiis, & denique omnibus perſonis prohibitum eſt, ne ædificent, ſeu de novo conſtruant aliqua Fortalitia in hoc Dominio, nec ea, quæ non ſunt Fortalitia, reducant in Fortalitium ſine Principis ſpeciali licentia, ſub pœna contrafacienti confiſcationis bonorum, etiam graviori, arbitrio Principis. §. Fortalitia incœpta, vel finita contra hujus Conſtitutionis formam, & omnia eiſdem adhærentia in Fiſcum perveniant. §. Officialibus neceſſitas imponitur contrafacientes in ſua juriſdictione intra menſem notificandi, ſub pœna privationis officii, ac etiam aureorum quingentorùm Fiſco applicanda, & alia graviori, arbitrio Principis.

Omnibus, & ſingulis cujuſcunque ſtatus, & conditionis exiſtant, hac Conſtitutione interdictum eſt, ne audeant, vel præſumant, quovis modo, directè, nec per indirectum, palàm, vel occultè, ſub aliquove prætenſo colore vendere, vel donare, pignori dare, vel in ſolutum, nec ex cauſa dotis transferre, nec alio quovis modo, tàm inter vivos, quàm in ultima voluntate, etiam ex cauſa dotis, vel alia quavis privilegiata, transferre, vel quovis modo alienare, infeudare, vel ad longum tempus locare, vel concedere, nec ex aliqua legitimatione incapacium, & inhabilium, quovis modo relinquere, dare, vel legare, aliqua Caſtra, vel Fortalitia, ſeu loca pro veris Fortalitiis habita, & ædificata, vel aliquam partem eorum feudalia, vel allodialia, in quavis parte hujus Dominii exiſtentia in quempiam Subditum, vel non Subditum ſine Principis expreſſa licentia. §. Si quis contra hanc Conſtitutionem fecerit, alienans, & transferens, ut ſupra, pretium, ſi quod habuit,

Digitized by Google

buit, & rem amittat, tàm ipſe, quàm emptor, & venditor, & uterque in aureis mille pro ſingulo eorum Fiſco applicandis, puniatur, & ulteriùs contractus, & omnes alienationes, & quilibet translationis actus irriti ſint, & inanes. §. Nolumus tamen aliquem incidere in pœnas prædictas, qui alienaret, vel transferret in eos, qui vocati eſſent ex privilegiis, vel inveſtituris, aut aliàs ab inteſtato ſucceſſuri eſſent. §. Hæc Conſtitutio non pertinet ad habentes Caſtra, & Fortalitia, quin ea poſſint ab inteſtato filiis legitimis, & aliis de agnatione propria, ſecundùm formam Juris relinquere, dum tamen extra propriam agnationem nullo modo ſine licentia Principis transferantur. §. Erunt propterea diligentes Magiſtratus ad notificandum contrafacientes huic Sanctioni intra menſem, ſub pœna privationis officii, & aureorum ducentum Fiſco applicandâ.

AD TIT. DE JURE, ET PRIVILEGIO FISCI.

Decis. et Annot.

EXpenſæ Judicis, & Familiæ pro conſtructione proceſſus præferuntur etiam Fiſco.
1 Ita ad literas Prætoris Alexandriæ declaravit Senatus die 7. Maji 1664. in caſu
quorundam de Pechiis de Paſturana, referente Magnif. Senatore Anulpho — Egr.
Secret. Belcredio.

AD CONSTITUTIONEM.

(a) Ad §. *Nulla facta excuſſione &c.*

Anno 1614. die 26. Novembris cenſuit Senatus quemdam Berettam debitorem Puri-
2 celli ex cauſa Bolini non eſſe in caſu fruendi beneficio Statuti de ſexagenaria ætate.

(b) Ad §. *His confectis* verb. *appellari*, *querelari &c.*

Condemnatis hæredibus Thomæ Maximi in ingenti ſumma verſus Fiſcum, dictorum
hæredum hæredes in judicio reſtitutionis in integrum coram Delegatis Regiis obti-
nuerunt ſententiam contra Fiſcum, a qua nundum intimata appellavit Fiſcus.
Lapſis inde annis ferè quinquaginta, ipſi hæredum hæredes petierunt coram Magi-
ſtratu Ordinar. Reddit. executionem ſententiæ. Oppoſuit Fiſcus durare tempus ad
appellandum, cum nundum facta fuiſſet intimatio, quæ in hoc Dominio de forma
requiritur. Reſpondebatur inter Fiſcum, & Privatum non dari appellationem, &
in appellatione interpoſita per Fiſcum non fuiſſe reſervatum jus latius appellandi.
Replicabatur demum pro Fiſco de jure communi Fiſcum appellare; Conſtitutio-
3 nem autem procedere ſolum coram Magiſtratu, & loqui in eo tantum caſu. Om-
nibus in Magiſtratu relatis, ac perpenſis deciſum fuit die 15. Julii 1635. non mi-
litare exceptionem Fiſci.

(c) Ad §. *Nemine autem comparente, bona licitentur.*

Cum Fiſcus ſubjeciſſet haſtæ bona cujuſdam Rolandi debitoris, inter quæ aderant
bona per eundem Rolandum acquiſita ab Equite Abdua pretio nundum integrè ſo-
luto, & cum pacto ne tranſirent in alienam obligationem, donec pretium integra-
liter foret ſolutum, contradixit dictus Eques vigore recenſiti pacti; Magiſtratus ve-
4 ro die 23. Auguſti 1634. declaravit bona eſſe relaxanda veluti nullâ hypotecâ ver-
ſus Fiſcum affecta, & licere Fiſco avocare ab Equite Abdua pretium exactum, &
etiam bona fide conſumptum.

(d) Ad §. *Id etiam amplius* verſic. *jurent in hanc formam.*

Omiſsâ per Cauſidicum formâ hic præſcriptâ, & lapſo tempore ad contradicendum, non amplius admittitur Clientulus ad contradicendum, ſed ipſi ſalvum remanet jus

contra

Digitized by Google

5 contra Cauſidicum pro reintegratione. Ita decrevit Senatus die 10. Julii 1634.
ſuper precibus Margaritæ Villæ, & reſponſo Agentium hujus Civitatis.

Ubi in Juramento non malitioſè, ſed per incuriam omiſſa ſint aliqua verba ab hac
Conſtitutione præſcripta, diſpenſatio ab Excellentiſſimo Gubernatore conceditur,
6 ut iterum jurari poſſit, quemadmodum pluries decrevit, & ſignanter die 2. Junii
1608. favore Margaritæ Crenolſæ in cauſa contradictionis factæ coram Magiſtratu
Ordinar. Reddit. adverſus apprehenſionem bonorum debitorum Fiſci --; die 2. Auguſti
7 1609. favore Magdalenæ Zucolæ --; & Senatus die 23. Octobris 1623. cum voto
8 Fiſci pro Angela Donata, quæ contradixerat, & erraverat in Juramento in cauſa
confiſcationis Antonii Franciſci Seroni.

(*e*) Ad §. *Jus tertii &c.*

Reſtitutio a Principe Bannito conceſſa etiam quoad bona, non trahitur ad bona in
alium tranſlata, niſi acquirens ex condemnatione non adhuc adeptus eſſet poſſeſſio-
9 nem, quia tunc res diceretur adhuc integra, & juxta hanc DD. opinionem judi-
cavit Magiſtratus Extraord. Reddit. die 30. Junii 1593.

(*f*) Ad §. *Abſolutiones*, *liberationes*, *& abolitiones*.

Dubitatum fuit in Magiſtratu Extraord. Reddit. an Decretum Gratioſum compre-
hendat Fidejuſſores de præſentando Reum, & die 8. Februarii 1634. deciſum fuit
10 non comprehendere, quia dictum Decretum prodeſt tantum pro pœnis delictorum,
non vero pro condemnationibus procedentibus ex contractu, & ſtipulatione pro-
miſſionis, & fidejuſſionis de conſignando, juxta declarationem Senatus in ejus Ord.
diei 11. Januarii 1605.

(*g*) Ad §. *Nemini liceat* verb. *ſub pæna quadrupli*.

A ſententia Magiſtratus in pœnam pecuniariam condemnante poteſt haberi recurſus ad
11 Senatum. Ita referente Magnif. Senatore Trotto, poſtea Senatus Præſide, decidit
Senatus die 15. Maji 1614. in cauſa Doctoris Teſſeræ.

(*h*) Ad §. *Si quis* verb. *in confiſcationem veniant*.

In confiſcatione non veniunt bona donata, etiam ſi illa poſſideat Donator de tempore
patrati delicti, dummodo in Inſtrumento donationis declaraverit illa poſſidere nomine
12 Donatarii. Ita conſultus Senatus ab Egr. Vicario Juſtitiæ hujus Urbis in caſu
Fratrum de Marniis reſpondit in Ord. 15. Octobris 1603.

(*i*) Ad §. *Literæ donorum*.

Bartholomeus Figinus obtinuerat conceſſionem futuræ ſucceſſionis in Officio Oſtiarii
a S. R. M. die 18. Martii *1676*.; quæ fuit interinata die *19*. Junii *1679*., &
Protaſius Leſma ſimilem habebat conceſſionem obtentam die 18. Maji *1676*., &
interinatam die 12. Novembris ejuſdem anni. Purificato caſu ſuccedendi in Officio,
orta eſt quæſtio an deberet attendi tempus conceſſionis, vel interinationis?
13 Et relata cauſa per Magnif. Senatorem Trottum, cenſuit Senatus die 22. Auguſti
1685. debere attendi tempus conceſſionis; ideoque Bartholomæum Figinum eſſe
præferendum.

*Aliam ſimilem deciſionem vide ſupra ad tit. de Senator. §. cognoſcet etiam Senatus
num.* 180.

(*l*) Ad verb. *remiſſionum*.

Ut ſit locus gratiæ pro delicto regulariter requiritur remiſſio partis offenſæ; ſunt
tamen aliqui caſus, in quibus non eſt neceſſaria remiſſio, & inter eos connume-
ratur ſimplex inſultus, etiam factus cum exploſione Sclopi, ſine tamen animo
14 deliberato. Ita declaravit Senatus die 7. Octobris *1616*. in caſu liberationis Au-
guſtini Corbettæ, factæ ſine remiſſione Julii Cæſaris Ayroldi.

(*m*) Ad verb. *gratiarum*.

Dubitatum fuit, an ſi poſt gratiam ſuperveniat pœna remi pro qua ſecundum Ordines
non conceditur gratia, habeat nec ne locum gratia? Et facta conſultatione Excell.
Gubernatori, per Senatum fuit reſponſum affirmativè die 22. Aprilis 1670.

Plures deciſiones circa caſus gratiabiles referuntur in Tit. de Senator. a num. 218. *ad
num.* 280.

(*n*) Ad verba *per Senatum approbanda*.

Hujuſmodi approbatio in ſcriptis non eſt neceſſaria, ſi gratia facta fuerit ab Excellentiſſimo Gubernatore præſente in pleno Senatu relationi generali, quia antequam
16 fiat, habetur oretenus votum ſingulorum Ampliſſimorum Patrum, & ita declaravit Senatus die 2. Maji 1615., conſulente Egr. Capitaneo Juſtitiæ in cauſa Franciſci de Meſſis.

(*o*) Ad §. *Literæ gratiæ* verb. *niſi facta condemnatione*.

In caſibus gratiarum, ubi delicto pecuniaria pœna infligi poteſt, in eam Rei damnari
17 debent, antequam gratiæ pro pœna corporali capaces fiant. Ord. Senat. 26. Junii 1668.

(*p*) Ad §. *Bona eorum* verſic. *& ſint confiſcata*.

In caſu Petri Martyris Montii in carceribus defuncti ante condemnationem, acriter diſceptatum fuit inter illius hæredes, & Reg. Fiſcum, num illius bona cenſeri deberent confiſcata, & remiſsâ per Excellentiſſimum Principem ad Senatum hac
18 controverſiâ, deciſum fuit non eſſe locum prætenſæ per Fiſcum confiſcationi, ſed bona defuncti ſpectare ad illius proximiores, hiſque liberè eſſe relaxanda, ut in Ord. 2. Auguſti 1552., & de ratione ibi *in meis annot.*; & rurſus fuit deciſum, ut in *append. annot.* ad mox recenſitum Ord. *inferius impreſ.* ibique pariter *in meis annot.*

(*q*) Ad §. *Omnium* verb. *vel convicti*.

Anno 1628. die 16. Novembris, referente Magnif. Senatore Vicecomite, Senatus
19 condemnavit in pœnam ultimi ſupplicii Paulum de Villa Mutinenſem, qui ictu Sclopi brevioris menſuræ occidit in hac Civitate Julium de Argentis, quamvis non eſſet convictus, neque confeſſus; gravabatur enim ſolum teſtimonio unius, qui viderat illum ingredientem domum occiſi, & audierat ſtrepitum Sclopi exonerati, & mox repertus Julius ictu Sclopi occiſus; gravabatur quoque depoſitionibus aliorum, qui viderant eundem fugientem cum Sclopo præ manibus.

(*r*) Ad verba *de jure communi, vel municipali*.

Conqueſtus fuit Reg. Fiſcus coram Senatu de ſententia per Magnif. Prætorem Cremonæ lata contra Adam Tinctum Cremonenſem Reum de Uxoricidio commiſſo in Agro Brixienſi, & condemnatum in pœnam amputationis capitis, ex eo quia non fuit etiam condemnatus in pœnam confiſcationis bonorum, licet allegaretur ex Statuto Brixiæ confiſcationes in hujuſmodi caſibus non fieri; viſo autem per Senatum dicto Statuto, viſiſque copiis actorum publicorum autenticis, ex maleficio
20 Brixiæ productis obſervantiam dicti Statuti comprobantibus, decretum fuit perſiſtendum eſſe in ſententia per præfatum Magnif. Prætorem Cremonæ lata, ut in Ord. 19. Decembris 1558.

(*ſ*) Ad verſic. *imponatur pœna confiſcationis bonorum*.

Artifices diſcedentes ab hoc Dominio ſine licentia S. E., vel Senatus, ut alibi artem
21 ſuam exerceant, incurrunt pœnam confiſcationis bonorum ex Ord. Senat. 5. Maji 1554., & etiam mortis ex Proclamate 15. Februarii 1663., & 30. Junii 1673.

Inferens ſibi mortem ex morbo, vel inſania, non punitur pœnâ confiſcationis bono-
Facto verbo in Magiſtratu per Judicem Datiorum præſente Fiſco de actitatis in
cauſa contra Jo. Baptiſtam Peregum, & Franciſcum Comparium ob fraudationem
Datii ripæ nonnullarum mercium aurearum, & argentearum ex hac Civitate ex-
tractarum, & ad Civitatem Januæ tranſmiſſarum, ac contra nonnullos illius Ci-
vitatis Mercatores; & conſideratis exceptionibus dictorum Pereghi, & Comparii
præcipuè innixis diſpoſitione d. §. *porrecta &c.*, & reſponſis per Datiarios, & Fiſ-
35 cum allatis; cenſuit Magiſtratus die 19. Auguſti 1650. teneri dictos Pereghum,
& Comparium ſolvere Datium ripæ non ſolum pro mercibus eis inventionatis,
ſed etiam pro aliis mercibus, de quibus contra ipſos excitata fuere gravamina ex
ordine ejuſdem Magiſtratus, & Egr. Judicis ob illarum extractionem abſque dicti
Datii ſolutione, merceſque detentas cecidiſſe in commiſſum.

Digitized by Google

(*l*) Ad §. *Omnibus Juſdicentibus prohibitum eſt*.

36 Cauſa criminalis proveniens ex cauſa Datii Bollini remiſſa fuit ad Magiſtratum Ordinar. Reddit. a Senatu Ordine 1. Junii 1646. *impreſ. inferius in Addit. Ordin.*, & obſervantia hujus Conſtitutionis præſcribitur etiam in Ord. Senat. 6. Julii 1677., & 12. Auguſti 1682., & in Ord. Magiſtrat. 28. Januarii 1672. pro executione decreti S. E.

(*m*) Ad §. *Conceſſâ licentiâ*.

37 Referente Magnif. Senatore Brugora declaravit Senatus anno 1569. cauſas Gualdorum non habere inſtantiam juxta §. *Porrecta* ſupra *hoc eod. Tit.*

(*n*) Ad §. *Sancitum eſt* verba *ſolvatur*.

38 Datium mercium exigi debet a Conductoribus Impreſiæ Mercaturæ juxta taxam in Dato expreſſam, & non aliter. Ita declaravit Magiſtratus Ordinar. Reddit. die 19. Februarii 1671. juxta votum Egr. Advocati Fiſcalis Marchionis de Roſales.

DE ONERIBUS.

Acquirentes bona (*a*) quocunque titulo, etiam ſi eſſet ex cauſa dotis, vel privilegiata, & ſivè ex ſucceſſione univerſali, ſivè particulari, etiam ſi hi acquirentes immunes, & exempti eſſent, teneantur ad ſolutionem omnium onerum, his modo, forma, prout tenebatur ille, cujus erant bona, & eo loco, ubi ſolvi conſuetum fuerat, pro hujuſcemodi bonis acquiſitis onera quælibet ſuſtinere; quia volumus, bona cum onere ſuo transfire debere. Nolumuſque per dictas immunitates, nec exemptiones, afferri præjudicium tertio, vel Communitatibus, & locis, cum quibus onera ſuſtinebant. §. Eoque amplius ſancitum eſt (*b*), quòd inter alienantes, & acquirentes, conventiones aliquæ fieri non poſſint, effectu quòd alienans non obſtante alienatione teneatur, vel ad tempus, vel in perpetuum, pro bonis alienatis onera ſuſtinere, & ipſos acquirentes ab eis oneribus indemnes conſervare ſub pœna confiſcationis eorum bonorum, & pretii Fiſco applicandi; & ulteriùs hæ conventiones non valeant, ſintque irritæ, & inanes. §. Notariis autem contra formam præſentis Conſtitutionis Inſtrumenta rogantibus, pœna eſt ſuſpenſionis officii per triennium, & ulteriùs graviori pœna punientur, arbitrio Senatus.

Communitates, Collegiave, immunitatem aliquam (*c*) quovis modo concedere non poſſunt, Principe, vel Senatu inconſulto ſub pœna quadrupli æſtimationis ipſius immunitatis, & alia graviori, arbitrio Principis, vel Senatus imponenda: ipſaque conceſſio nulla ſit, & pro non facta habeatur. §. Notarii Inſtrumenta rogantes contra hanc Sanctionem, pœnâ, qua ſupra, puniantur.

Quicunque (*d*) Civis (*e*), etiam originarius, vel ex privilegio etiam in Civitate cenſitus, qui habitat cum Familia, vel majori parte Familiæ à Feſto Sancti Martini cujuslibet anni, uſque ad Calendas Maji ſequentes, vel aliqua parte ipſius temporis, quæ minor diebus viginti continuis non exiſtat, in aliqua Terra, Burgo,

gò, Loco, Villa, Capſina, Hoſpitio, Molendino, mediatè, vel immediatè ſuppoſito, ſivè ibi laborari fecerit terras (ut vulgò dicitur) ad manus ſuas, & ſivè ibi fecerit aliquod exercitium, ſivè non, teneatur pro toto illo anno ad onus Salis, & ad omnia alia quæcunque onera, pari modo, & in omnibus, & per omnia, prout rurales faciunt, & cum ipſis ruralibus.

Onera (*f*) imponenda per Principem (*g*), vel Communia debito modo (*h*) inter habiles ad ſolvendum dividi debent. Qua diviſione facta, ſi unus contingentem portionem ſuam ſolverit (*i*), non poſſit pro reſiduo debiti oneris impoſiti moleſtari, nec etiam cogi ad contributionem alicujus occurrentis impenſæ ex cauſa dicti oneris, ſed ea impenſa cedat damno non ſolventium. §. Hoc tamen (*l*) ad onus Salis non pertinet.

Oneribus taxarum Equorum (*m*), & Hoſpitationis Militum (*n*), unuſquiſque, nemine prorſus excepto, pro rata, & debita portione, contribuere teneatur, etiam ſi exemptus, ſeparatuſve eſſet, aut alio modo privilegiatus (*o*) foret, & quacunque dignitate fulgeat. His tamen exceptis (*p*), qui à Principe ſpeciales literas cum ſpeciali derogatione hujus Sanctionis habuerint, vel quorum privilegia ex uſu longiſſimi temporis (*q*) hæc comprehendere interpretata fuerint. §. Quo caſu intelligatur (*r*) facta detractio taxarum ad commodum illius Communitatis.

Teneantur etiam dictis oneribus taxarum pro rata, & debita portione, contribuere univerſa Loca hujus Dominii, tàm unita cum Civitatibus, quàm ſeparata, & in alios quacunque dignitate fulgentes translata; etiam quòd in ea translatione quantumcunque latam conceſſionem, & exemptionem à quocunque onere, à Principe haberent, quia ab eis oneribus nullus penitus exceptus, vel reſervatus eſſe intelligatur. §. Et in tantùm prædicta loca teneantur, etiam quòd hinc retrò ea, nec ſimilia onera ſolviſſent, vel quòd eſſent in poſſeſſione libertatis non ſolvendi, nec ſuſtinendi onera.

AD TIT. DE ONERIBUS.

DECIS. ET ANNOT.

QUæ ſervanda ſint a Communitatibus in eligendis Regentibus, Deputatis, ac
1 Conſulibus pro earum adminiſtratione, in uniendis Conſiliis pro tractandis
earum negotiis; in eligendis Exactoribus pro ſolvendis oneribus Regiæ Cameræ,
nec non in repartiendis oneribus, habentur in Proclamate 26. Junii 1663., & 27.
2 Julii 1723., & in Ord. Magiſtrat. Ordinar. Reddit. 10. Januarii 1627., nunc
autem ſervanda ſunt ordinata a Reg. Juncta Præfectorum novo Cenſui in reſpe-
ctivis Reformationibus pro adminiſtratione Civitatum, & Provinciarum hujus Do-
minii.

In renovatione Conſilii Communitatum, quæ ſingulo anno fieri debet, remanere de-
3 bent quatuor ex antiquioribus Conſiliariis. Ita decrevit Senatus die 15. Februarii
1669. pro Communitate Mazentæ -- Egr. Secret. Maddio.

Conſiliarii Communitatum non poſſunt eſſe ii, qui vel debitores ſunt, vel rationes
non reddiderint adminiſtrationis, nec eorum Filii, aut Fratres in communione
4 viventes. Ita ad preces Syndicorum Communitatis Burgi Legnani, & Nobilium

ejuſdem Burgi decrevit Senatus in Ord. 13. Novembris 1603.; & rurſus die 27.
5 Januarii 1666. -- Egr. Secret. Belcredio --; & præſcribitur in Proclamate Excel-
lentiſſimi Gubernatoris Comitis Colloredi 27. Julii 1723. §. *A quelli poi*.

Item eſſe nequeunt Eccleſiaſtici, nec intervenire Conſiliis, ut reſcripſit Senatus Præ-
6 tori Lumelli die 4. Februarii 1665. in caſu Communitatis Lumelli cum ejus Præ-
poſito -- Egr. Secret. Annono --; etiamſi Eccleſiaſtici poſſideant bona in Commu-
7 nitate, pro quibus ſolvant onera. Ita referente Magnif. Senatore Conturbio ſanxit
Senatus die 29. Octobris 1666. in caſu Communitatis Inzani Derthonenſis -- Egr.
Secret. Belcredio.

Adſcriptus Militiæ non poteſt intervenire Conſilio Civitatis, vel Communitatis ad
8 normam Ordinum, & Proclamatis diei 26. Junii 1663.; & ita etiam ordinavit
Senatus die 16. Septembris 1669., referente Magnif. Marchione Erba in caſu J. C.
Berettæ Auditoris Generalis Alexandriæ -- Egr. Secret. Maddio --; ex juſta autem
cauſa, & præviis informationibus poſſe admitti quemdam Salvaticum è loco Va-
9 lentiæ Militem Catafractum, referente Magnif. Senatore Puteo, conſuluit Sena-
tus Excellentiſſimo Gubernatori die 12. Novembris 1670. cum clauſula, quod Fo-
rum detractare non poſſet -- Egr. Secret. Gradignano.

Syndici Nobiles, ſive Delegati, qui juxta Proclamatum diſpoſitionem eliguntur a
Majoribus Eſtimatis Civilibus pro recto Communitatis regimine, ſunt removibi-
les a munere Syndici ad arbitrium eorundem Eſtimatorum Civilium, non obſtante
10 conſuetudine in contrarium. Ita referente Spectab. Quæſtore Comite Pertuſato
cenſuit Magiſtratus die 29. Januarii 1756. favore Eſtimatorum Civilium Commu-
nitatis Corbettæ contra Syndicos Nobiles J. C. C. Com. Antonium Burrum, &
Com. Carolum Brentanum prætendentes perſeverare in munere Syndici eorum vi-
ta naturali durante juxta allegatam ab ipſis conſuetudinem.

Ab hac Magiſtrali ſententia præfati Comites Burrus, & Brentanus appellationem in-
terpoſuerunt ad Senatum, qui audito Fiſco, dedit literas Magiſtratui, ut referret
occurentia in hac cauſa, & habita Magiſtratus informatione, ad relationem Ma-
11 gnifici Senatoris de Rido de Silva decrevit die 15. Septembris 1756. ſervandos eſſe
Ordines tam reſpectu Conſilii Communitatis Corbettæ, quam reſpectu eorum, qui
intereſſe debent Conſilio Communitatis pro intereſſe Civilium.

Facultatem eligendi Conſiliarios in Communitate Gambolati Senatus denegavit die
12 27. Januarii 1666. Marchioni Littæ Feudatario -- Egr. Secret. Belcredio.

In Conſiliis Communitatum ubi aliquis Deputatus recuſet votum ſuum palam pro-
ferre, deveniendum eſt ad ſuffragia ſecreta. Ita referente Magnif. Com. Sicco-
13 borella decrevit Senatus die 30. Aprilis 1668. in caſu controverſiæ vertentis inter
Communitatem Caſtri Novi Scripiæ, & Frambaleam -- Egr. Secret. Annono.

Civitatum, & Communitatum Conſilia non poſſunt convocari ſine licentia Præto-
14 ris. Ita referente Magnif. Senatore Orrigono declaravit Senatus die 9. Martii
1661., & Prætorem debere intervenire etiam in Communi ſeparato occaſione Con-
ſiliorum, & Impoſitionum Onerum, quin gravet ultra Ordines, referente Magnif.
15 Senatore de la Hoz, reſcripſit Senatus die 5. Aprilis 1661. Prætori Aſſii -- Egr.
Secret. Sadarino --; quando autem Conſilium Communitatis ſive generale, ſive
16 ordinarium convocari poſſit abſque interventu Prætoris, ſeu ejus Locum-Tenen-
tis, habetur in Ord. Senat. 11. Aprilis 1720. pag. 550.

Communitates non tenentur aliquid ſolvere Prætori ob titulum ejus acceſſus pro
interveniendo Conſiliis, vel aſſiſtendo aliis functionibus. Ita referente Magnif.
17 Com. Burro decrevit Senatus die 20. Aprilis 1673. in caſu Prætoris Caſei cum
Communitate Torelli -- Egr. Secret. Oliverio.

Non poſſunt Communitates conſtituere Procuratores cum libera facultate deputandi
Conſules, & ſimilia agendi, potiſſimum ſi agatur de Procuratoribus Nobilibus.
18 Ita referente Magnif. Com. Loayſa declaravit Senatus die 23. Aprilis 1664. in
caſu Comitis Arſaghi -- Egr. Secret. Coſſa.

Pro impoſitione onerum facta a Communitate non ſervatâ normâ Proclamatum, lo-
cus non eſt condemnationi contra ipſam, ſi facta ſit præſente Prætore, quia ipſi
19 incumbit curare obſervantiam Ordinum, & Proclamatum. Ita referente Magnif.
Senatore Arconato cenſuit Senatus die 6. Maji 1671. in caſu Communitatis Bi-
gnuſſetti Derthonenſis -- Egr. Secret. Belcredio.

Capſinæ ſeparatæ ab earum Communitatibus Dominantibus, & quotam cenſus Salis
peculiarem, & ſeparatam habentes, uniri debent cum Communitatibus Dominan-
20 tibus pro repartu cenſus Salis, & Menſualis. Ita ad preces Syndicorum Genera-
lium

Digitized by Google

lium Ducatus decrevit Senatus in Ord. 10. Novembris 1580. *in Addit. Ordin. inferius impreſ.*

Communitates nihil agere poſſunt cum non ſuppoſitis Regiæ juriſdictioni ſine diſ-
21 penſatione Senatus; nec poſſunt bona in non Subditum alienata, deſcribere in
Cataſtro in caput acquirentis ſine licentia Magiſtratus Extraord. Reddit. Ord. Senat. 13. Novembris 1604.

Non debent admittere Prætores feudales, niſi prius ab ipſis adimpletis conditionibus
22 præſcriptis in Ord. Senat. 9. Januarii 1610., & 15. Februarii 1663., & moleſtari
23 non poſſunt ex cauſa debiti ſportularii contracti per ipſos Prætores. Ord. Invictiſſimi Imperatoris Caroli VI. dat. Mediolani 29. Octobris 1711., & Ord. Senat. 5. Decembris ejuſdem anni.

Tenentur pro Conſulibus denuncias delictorum non deferentibus, ſed hac de cauſa
24 moleſtari non poſſunt inconſulto Senatu. Ord. ejuſdem 10. Julii 1687. §. *cenſuit, il primo*.

Minoribus æquiparantur Communitates ad *text. in l. Reſpublica. C. quibus ex cauſis majores &c.*; hinc gaudent privilegio *l. un. C. quando Imperator &c.* pro avocan-
25 dis ad Senatum earum cauſis non reſpicientibus onera. Ita referente Magnif. Senatore Arconato cenſuit Senatus die 31. Auguſti *1676*. pro Communitate Silavegnæ -- Egr. Secret. Oliverio.

Obligatio Communitatis ſuſtinetur etiam ſine diſpenſatione Senatus, quando conſtat de probabili cauſa neceſſitatis contractæ obligationis. Ita referente Magnif. Sena-
26 tore Cantono cenſuit Senatus anno 1642. in cauſa inter Eliſabet Fiſrengam, &
Julium Cæſarem de Cacciis. Item quando obligatio utilis eſt Communitati. Ita
27 referente Magnif. Senatore Com. Puſterla declaravit Senatus die 25. Junii 1677. in cauſa vertente inter Franciſcum Roncadellum Cremonenſem, & Comitatum Cremonæ.

In rebus Communitatis, quæ communes eſſe dicuntur pluribus uti univerſis, non uti ſingulis, attenditur, quod fit a majori parte, nec poteſt a minori parte impugnari ad *text. in l. quod major. ff. ad municipal.*; ſive verſemur in actibus neceſſariis, ſive voluntariis. Ita declaravit Magiſtratus Ordinar. Reddit. die 13. Au-
28 guſti 1691. pro quodam Vaccano; & interpoſita per Adverſantem appellatio ab
29 hac ſententia, fuit rejecta quoad ſuſpenſivum a Senatu die 6. Martii 1692., referente Magnif. Senatore Don Sigiſmundo Calcho.

Devoluto ad Reg. Cameram Feudo, ſi Communitas, ante novam infeudationem, ſe liberet a præſtatione Imbotatus, & ſe redimat, ac redeat in Demanium Principis mediante pecuniaria ſumma; quoad hujuſmodi impenſam, reſpectu Imbotatus quilibet de Communitate, & etiam Forenſis poſſidens ibi bona, pro rata tenetur concurrere ad ſolutionem ratæ partis capitalis ſoluti pro extinctione Imbotatus; reſpectu vero pretii ſoluti pro redemptione Feudi, bona civilia non tenentur concurrere; cætera vero bona, & Coloni omnes etiam civilium, aliæque Perſonæ habitantes in loco pro earum perſonis tenentur concurrere ad ratam
30 dicti pretii ſoluti, & dependentium. Ita decidit Magiſtratus Ordinar. Reddit. die
12. Auguſti 1650. in caſu Communitatis Merati; & rurſus referente Spectab.
31 Quæſtore Don Valeriano Serponto die 18. Decembris 1686. in cauſa vertente inter Communitatem Cirnuſculi, & Spectab. Quæſtorem Marchionem Don Ferdinandum Rovidium.

Reformatio Extimi Communitatum peti poteſt ſingulo decennio, pro quo ſolet Magiſtratus Delegare, qui in illius formatione invigilet, & juſtitiam faciat; appellatio autem a ſententia hujuſmodi Delegati lata ſuper ipſa reformatione Extimi admittitur quoad utrumque effectum. Ita referente Spectab. Quæſtore Pu-
32 teobonello cenſuit Magiſtratus Ord. Reddit. die 25. Auguſti 1691. favore Marchioniſſæ Mariæ Spinulæ, & Marchionis Joſeph ejus Filii contra Agentes Communitatis Caſalis Nucetæ.

Ex generali Regio Indulto promulgato die 20. Novembris 1702. remiſſa ſunt quæ-
33 cunque debita Civitatum, Provinciarum, & Communitatum hujus Dominii tam Cameralia, quam ex cauſa Onerum, & Annatarum; item debita per Communitates contracta verſus Reg. Cameram ex cauſa Confiſcationum, Condemnationum pecuniariarum, & Devolutionum.

Quid ſervandum ſit a Communitatibus circa compenſationes faciendas hoſpitantibus
34 Milites, & quid ſit compenſandum pro Bobus, & Curribus ſubminiſtratis pro ſervitio Militum, habetur in Ord. Magiſtratus Ordin. Reddit. 6. Septembris 1703.

Com-

Digitized by Google

Communitates, quæ ſervare debeant iu electione Exactoris Onerum, quæve ab ipſo
35 præſtanda ſint pro implemento ejus Officii, habentur in Ord. Magiſtrat. Ordin.
Reddit. 12. Januarii 1575., 10. Januarii 1607., & in Proclamate 30. Auguſti
1633., & 27. Julii 1723.

Miles non poteſt eſſe Exactor Onerum Communitatis. Ita referente Magnif. Sena-
36 tore Patellano decrevit Senatus die 14. Novembris 1664. in caſu Locum-Te-
nentis Puricelli -- Egr. Secret. Annono; & Milites non poſſe loco Satellitum ſe
ingerere in exactione onerum juxta diſpoſitionem Regiorum Ordinum, referente
37 Magnif. Marchione Erba, conſuluit Senatus die 12. Novembris 1672. Excellen-
tiſſimo Gubernatori -- Egr. Secret. Oliverio.

Exactor onerum Communitatis, qui pecunias in proprios uſus convertit, & remanſit
debitor ingentis ſummæ, & rejecta appellatione a Senatu quoad ſuſpenſivum,
tranſmiſit expoſt inhibitionem nomine Uxoris, poteſt detineri etiam domi propriæ.
38 Ita referente Magnif. Com. Loayſa decrevit Senatus die 9. Julii 1664. in caſu
Franciſci Mayni Exactoris Communitatis Lonati Putheoli -- Egr. Secret. Annono.

Cum Exactor onerum, qui Communitati ſemel rationes reddiderat, mox pulſatus
ab uno de Communitate ad denuo illas reddendas ſub titulo errorum, & fraudum
interpoſuiſſet appellationem a Delegato Magiſtratus ad Senatum; referente Magnif.
39 Com. Loayſa, rejecta fuit appellatio a Senatu, & Decretum die 20. Julii 1668.
ut rationes iterum redderet Communitati in caſu Sicolæ è loco Pallantiæ -- Egr.
Secret. Sadarino.

Boves aratorios pignorari non poſſe neque pro debito ex cauſa onerum juxta diſpo-
40 ſitionem Conſtitutionum hujus Dominii pluries ſanxit Senatus, nempe Ord. 11.
Aprilis, & 11. Septembris 1632., 21. Martii 1634., 19. Novembris 1637.;
verum in ſubſidium poſſe pignorari ſolum quibuſdam menſibus, ſcilicet a die 15.
Februarii, & per totum Martium; a die 15. Junii, & per totum menſem Julii,
& a die 15. Septembris uſque ad diem S. Martini, declaravit Magiſtratus Ordinar.
41 Reddit die 24. Martii 1565., & ubi pro illis ſubrogetur pignus mortuum æqualis
42 valoris, relaxari debent. Ita decrevit idem Magiſtratus die 10. Decembris 1703.,
43 & idem diſponitur *in cap.* 27. Inſtructionis pro Exactoribus tranſmiſſæ anno 1754.
Communitatibus a Tribunali reformationis Eſtimi.

Fiſci jus pro oneribus Cameralibus transfuſum eſt in Exactores etiam ex ſpeciali
Ordine Excellentiſſimi Gubernatoris Ducis de Aburquerque diei 12. Octobris 1567.;
44 quod tamen procedit durante Exactoris Inveſtitura, & pro ſubſequenti anno,
quo elapſo ceſſat Fiſcale privilegium executivitatis, & creditum Exactoris evadit
privatum. Proclama 27. Julii 1723.

Pro debito ex cauſa onerum vendi non poſſunt Arbores a cima exiſtentes ſuper
fundo Debitoris; vendi autem poſſunt ligna cædua infructifera. Ita cenſuit Ma-
45 giſtratus Ordinar. Reddit. ad preces Communitatis Linaroli Principatus Papiæ
datis literis Judici Prætorio Papiæ die 12. Februarii 1641.

AD CONSTITUTIONEM.

(a) Ad §. *Acquirentes bona &c.*

Si aliqua Perſona Eccleſiaſtica alienet bona antiqua, & immunia ab oneribus, & ex
pretio illorum alia emat ſita in diverſo Territorio non immunia, fit ſubrogatio
46 immunitatis. Ita declaravit Magiſtratus Ordinar. Reddit. die 10. Maji 1608.
favore Hoſpitalis Magni Cremonæ contra ejus Comitatum, a quo interpoſita appel-
47 latione, ſententia Magiſtratus fuit confirmata a Senatu anno 1611.; & idem fuit
deciſum ab eodem Senatu die 9. Martii 1623. favore Ven. Monaſterii Sancti Petri
48 Cœleſtini hujus Urbis pro ejus bonis nuncupatis *della Coſta* ſitis in Territorio
Lambrati, ſubrogatis aliis bonis nuncupatis *della Vittoria* ſitis in Territorio Sancti
Juliani.

Rurſus declaravit præfatus Magiſtratus anno 1637. in cauſa vertente inter Fratres
49 de Truſſis, & Communitatem S. Baſſiani decernendo immunitatem competentem
dictis Fratribus ſuper bonis ab ipſis venditis eſſe translatam ſuper bonis ex eorun-
dem pretio emptis addita ratione, quia ex ejuſmodi immunitatis translatione non
augebatur patrimonium dictorum Fratrum, & per conſequens nullum Fiſco affere-
batur præjudicium; & die 5. Septembris 1661. favore Ven. Monaſterii S. Eraſmi
50 hujus Urbis pro ejuſdem bonis ſitis in Territorio Cavaglioni, pro rata tamen pretii,

quo

Digitized by Google

quo empta fuerunt, retracti ex venditione ejuſdem bonorum ſitorum in Territoriis Can-
turii, & Oreni antiquorum, & immunium ſacta Ven. Monaſterio S. Ambroſii Canturii.
51 Idem demum declaravit Senatus in Ord. 12. Auguſti 1657. *in Addit. Ordinum infe-
rius impreſſa.
Laici acquirentes bona Eccleſiaſtica antiqua immunia, tenentur indiſtinctè ad illorum
onera, quia immunitas ab oneribus pro bonis Eccleſiaſticis non eſt realis. Ita con-
52 ſulente Magiſtratu, cenſuit Senatus die 19. Auguſti 1652. in cauſa Eminentiſſimi
Cardinalis Montalti pro Abbatia S. Lanfranchi cum Civitate Papiæ, & anno 1661.
53 menſe Aprilis in cauſa Abbatiæ S. Chriſtinæ pro Almo Collegio Germanico de
Urbe cum eadem Civitate Papiæ.
Cenſuarius tenetur ad onera realia pro bonis, ſuper quibus conſtitutus eſt annus cenſus.
54 Ita declaravit Senatus die 9. Aprilis 1603. favore Caroli Milliavaccæ contra Cau-
ſidicum Joannem Jacobum Peronum -- Egr. Secret. Ghilino.

(*b*) Ad §. *Eoque amplius ſanctitum eſt &c.*

Ad preces Joannis Antonii Raynoldi, & Conſortum, Senatus die 12. Auguſti 1592.
55 diſpenſavit poſſe iniri conventionem circa ſolutionem onerum non obſtante hac
prohibitione, dummodo fieret abſque præjudicio Fiſci, & Communitatis.
Conſulente Magiſtratu Extraord. Reddit. utrum conſtituens Cenſum ſuper bonis cum
conditione, ut ipſe teneatur nihilominus ad onerum ſolutionem, incurrat pœnam
56 hujus Conſtitutionis? Senatus reſpondit die 25. Junii 1598. caſum hunc non eſſe
comprehenſum ſub hac Sanctione in cauſa Conſortum de Cavalchinis.
Si fiat venditio bonorum ſtabilium habita fide de pretio, & convento intereſſe pretii
non ſoluti præſtando ab Emptore non habita conſideratione ad onera ipſorum bono-
57 rum, hæc ſolvi debent ab ipſo Venditore ad ratam pretii, cujus intereſſe percepit.
Ita declaravit Senatus die 17. Julii 1604. in cauſa Garofoli contra Maldonatos.

(*c*) Ad §. *Communitates*, verb. *immunitatem aliquam*.

Etiam ante has Conſtitutiones novit Senatus ex hujuſmodi immunitatum conceſſione
plura damna inferri Fiſco, Communitatibus, & Privatis; ideoque Communitatibus
58 prohibuit eas concedere ſub pœna nullitatis in Ord. 26. Aprilis 1532., *ubi in meis
annotat.* plures ad materiam hujus §. referuntur deciſiones.
Anno 1595. die 11. Auguſti Senatus diſpenſavit poſſe Communitatem Roſati immu-
59 nem præſervare Hieronymum Pelizonum Notarium per decennium ab effectuali
Militum hoſpitatione.
Communitates non poſſunt facere alienationes cum pacto, quod Emptor non teneatur
60 ad onera, vel quod bona alienata demantur ab Eſtimo ſub pœna nullitatis contra-
ctus ipſo jure. Ord. Senat. 13. Novemb. 1626.
Non poſſunt pariter aliis cedere pro minori pretio earum jura, & credita ex cauſa
61 Peræquationum, quas Equalantias vocant. Ord. S. E. 29. Maji 1619., & Magi-
ſtratus Ordinar. Reddit. 4. Junii ejuſdem anni.
Referente Magnif. Marchione Erba decrevit Senatus die 26. Februarii 1679. hanc
62 Conſtitutionem eſſe inconcuſſè ſervandam, denegata petita diſpenſatione, ut Mo-
lendina Buſti Arſicii vendi poſſent immunia ab oneribus.
Communitati Felizani, referente Magnif. Senatore Patellano, Senatus die 12. Maji
63 1661. conceſſit facultatem tranſigendi cum hæredibus Platoni debitoris pro oneri-
bus decurſis -- Egr. Secret. Arbona.
Poteſt Communitas remittere onera præterita, ut bona inculta colantur. Ita referente
64 Magnif. Com. Siccoborella declaravit Senatus die 23. Junii 1666. -- Egr. Secret.
Annono.
Non ſolum immunitatem pro oneribus decurſis; verum etiam pro decurrendis per
annos octo reſpectu bonorum in parte incultorum, quæ dantur in ſolutum pro
65 extinctione Cenſus, poſſe concedi per Communitatem cenſuit Senatus die 27. Maji
1671. referente Magnif. Senatore Carillo in caſu Communitatis Salarum pro bonis
ab eadem in ſolutum datis RR. PP. S. Dominici Valentiæ -- Egr. Secret. Annono.

(*d*) Ad §. & verb. *Quicunque*.

Milites præſidiarii reſidentes in aliqua Civitate tenentur ſolvere onera tam ordinaria,
quam extraordinaria pro eorum bonis cenſitis in Eſtimo Reali illius Civitatis,
prout ſolvunt alii Cives in ea habitantes. Ita declaravit Excellentiſſimus hujus
66 Dominii Gubernator cum voto Conſilii Secreti die 13. Decembris 1597. favore
Ci-

Digitized by Google

Civitatis Alexandriæ, & Magiſtratus Ordinar. Reddit. die 3. Septembris 1621.
favore ejuſdem Civitatis.

Capitaneus, & Officiales deputati pro impedienda coacervatione bladorum, & eorum
67 extractione ab hoc Dominio, quos *devetus* vocant, tenentur ad onera tam realia,
quam perſonalia in loco, ubi habitant. Ita præſcribitur in Ord. Reg. 16. Fe-
bruarii 1648.

Actuarii, aliique muneri publico, & Fiſco inſervientes in loco, ubi ſunt originarii,
68 tenentur ſolvere onera perſonalia. Ita pluries, & ſignanter die 29. Januarii 1652.
declaravit Magiſtratus Ordinar. Reddit., ubi vero non ſint originarii, ſed habi-
taverint per decennium, ex quo videtur inducta oppidaneitas, tenentur pariter ad
dicta onera, ut re plenè diſcuſſa, & auditis partibus decidit idem Magiſtratus
69 die 7. Maji 1653. favore Communitatis Gallarati contra Actuarios Carolum An-
tonium Gerardum, & Cæſarem Pelegarum.

Phyſicus habitans, & exercens artem ſuam in aliquo loco ſine ſalario de publico te-
netur ſolvere onera perſonalia a Communitate impoſita habitantibus. Ita judica-
70 vit die 18. Decembris 1758. Comes Don Ludovicus Gambarana Lector primarius
juris civilis in Regia Ticinenſi Univerſitate uti a Magiſtratu Delegatus in cauſis
onerum pro Papienſi Provincia favore Communitatis Caſorati contra Phyſicum
71 Davidem Orlandum, & hæc ſententia in gradu appellationis fuit confirmata ab
eodem Magiſtratu die 18. Auguſti 1759.

(e) Ad verb. *Civis*.

Obſervantia hujus Conſtitutionis præcipitur in Ord. Reg. 4. Martii 1589., & in
72 Ord. Magiſtratus Ordinar. Reddit. 11. Decembris 1590. *impreſ. inter Ord. Senat.*;
item in Proclamate 29. Julii 1591., 5. Septembris 1609., & 29. Martii 1643.

Per hujuſmodi onerum ſolutionem non eximuntur Cives a juriſdictione Majoris Ma-
73 giſtratus, cui jam ſuberant; nec Nobiles amittunt prærogativas, & honores com-
petentes nobilitati juxta declarationem ſupra recenſiti Ord. Magiſtratus 11. Decem-
bris 1590.

Famuli quoque Civium, & Nobilium habitantium Ruri ultra tempus ab hac Con-
ſtitutione præſcriptum tenentur ad onera perſonalia ex Proclamate 29. Julii 1591.,
74 & ita declaravit præfatus Magiſtratus die 9. Julii 1592. in caſu controverſiæ ver-
tentis inter Communitatem Somaliæ, & Camillum, & Horatium Fratres de Ca-
vatiis Comites Somaliæ.

Cives habitantes in Urbe non tenentur concurrere ad onera localia perſonalia ne-
75 que pro bonis ruralibus. Ita declaravit Magiſtratus Ordinar. Reddit. die 10. De-
cembris 1637. favore Fratrum de Bellonis contra Communitatem Valentiæ.

(f) Ad §. *Onera*.

Dominus directus fundi in Emphyteuſim conceſſi, tenetur, ubi in Inveſtitura aliter
non ſit conventum, ad onera pro tot perticis, quæ reddant fictum correſponden-
tem Canoni percipiendo ab ipſo Domino directo, & pro reliquis tenetur Domi-
76 nus utilis Dominii. Ita decrevit Magiſtratus Ordinar. Reddit. die 16. Maji 1594.,
& 11. Junii 1603. ad preces Spectab. Queſtoris Philippi Pirovani.

77 Onera ſolvenda pro bonis feudalibus quæ ſint, habetur in Ord. Senat. 16. Julii 1563.

Bona apprehenſa a Reg. Camera tenentur ad onera tam ordinaria, quam extraordi-
78 ria, & ſolvi debent ex fictis, & fructibus eorundem bonorum. Ord. Magiſtrat.
Ordinar. Reddit. 22. Junii 1633., Ord. Reg. 26. Februarii 1643.; etiamſi pendeat
79 contentio, an dicta bona poſſint, nec ne confiſcari; nam nihilominus tenentur ad
onera pro toto tempore, quo vigebit controverſia. Ord. S. E. 31. Maji 1636.

Compenſatio alicujus crediti liquidi contra Communitatem non admittitur pro de-
80 bito onerum cameralium. Ita decrevit præfatus Magiſtratus die 23. Februarii
1629. ſuper precibus Communitatis Caravagii.

Menſuales onerum impoſitiones ſolvi debent in pecunia numerata, & non in no-
minibus debitorum, & ſolutiones imputandæ ſunt in cauſam onerum menſualium
de tempore, quo factæ fuerunt, & non in cauſam onerum anteriorum, quando
ſolutiones factæ fuerunt cum expreſſione, quod cederent in cauſam onerum cur-
rentium, & reſpectu onerum anteriorum penderet judicialis controverſia coram
Tribunali; & demum Theſaurario onerum debentur conventæ proviſiones non
ſolum pro retardatis ſolutionibus; verum etiam pro parcellis, pro quibus depo-
ſita fuerunt nomina debitorum, ſalvo jure deponenti dictas proviſiones conſe-
quendi

Digitized by Google

quendi a reſpectivis ejuſdem debitoribus moroſis. Ita referente Magnif. Senatore
81 Com. Bolano cenſuit Senatus die 16. Decembris 1709. in cauſa vertente inter
Congregationem Intereſſatorum Mediolanenſium, & Civitatem Novariæ per ap-
pellationem a Magiſtrali ſententia interpoſitam devoluta ad Senatum.

Conductores Bonorum Eccleſiaſticorum antiquorum, ultra onus perſonale, ſolvere
debere etiam colonicam pro portione fructuum ad ipſos ſpectantium, ſanxit Se-
82 natus die 24. Maji 1673. favore Ducatus Mediolani; & ubi, latâ a Magiſtratu
ſententiâ in poſſeſſorio exactionis hujuſmodi oneris, interpoſita ſit appellatio; hanc
83 eſſe rejiciendam quoad utrumque effectum decrevit Senatus die 21. Maji 1718. re-
ferente Magnif. Com. Giulino in controverſia vertente inter Communitatem Vi-
gnati, & Ven. Capitulum S. Stephani hujus Urbis – Egr. Secret. Ceſato.

Colonica nunc ſolvenda eſt pro omnibus Bonis Eccleſiaſticis antiquis hujus Domi-
84 nii, ſcilicet ab Eccleſiis poſſeſſis ante annum 1575. vigore Concordati cum S.
Sede Apoſtolica diei 10. Decembris 1757. & ſolvi debet juxta formam præſcriptam
in ſententia diei 20. Decembris dicti anni 1757. Regiæ Junctæ Præfectorum novo
Cenſui *inferius impreſſa*.

(g) Ad verba *imponenda per principem*.

Onera Subditis imponere ſpectat ad Principem; hinc Civitatibus, & Communitati-
bus hujus Dominii vetitum eſt onera de nuovo imponi ſine licentia S. R. M. ex
85 Ord. Reg. Vormatiæ 6. Auguſti 1545. §. & vogliamo, *impreſ. inter Ord. Senat.*,
quomodo autem hoc debeat intelligi traditur ibi *in meis annot.*

(*h*) Ad verba *debito modo*.

Annui redditus Communitatum in primis impendi debent in ſolvendis expenſis lo-
86 calibus, & deinde quod ſupererit, in ſolvendis oneribus cameralibus. Ita decla-
ravit Magiſtrat. Ordinar. Reddit. die 20. Aprilis 1589., & die 23. Junii 1620.

Onus Salis, *cenſus* nuncupati, pro duabus partibus ex tribus diſtribui debet æquali-
87 ter ſuper omnibus Buccis utriuſque ſexus ab annis ſeptem ſupra, & reliquum ſuper
Æſtimo dando Bonis. Ord. Senat. 21. Februarii 1562. §. *Quod omnes*.

Onera vero ſpectantia ad Æſtimum reale, & perſonale diſtribui debent pro duabus
88 tertiis partibus ſuper bonis, & pro alia tertia parte ſuper Capitibus maſculinis ab
annis quatuordecim uſque ad ſeptuaginta; & idem ſervandum pro aliis oneribus.
Ord. Senat. *ut ſupra*. §. *Deinde*.

Onus taxarum Equorum repartiri debet ſuper Capitibus maſculinis habitantium in
89 Communitatibus ab annis quatuordecim ſupra juxta ordinationem diei 19. Auguſti
1624. factam ab Horatio Albano altero ex Syndicis Generalibus Ducatus Mediolani
Delegato a præfato Magiſtratu.

Pariter onus Equalantiarum hoſpitationis Militum, & expenſarum dependentium, re-
90 partiendum eſt ſuper Capitibus maſculinis ab annis decem octo ſupra, & Capitibus
mortuis bonorum civilium, & ruralium; ſcilicet rurali pro toto, & civilium
pro medietate tantum ad normam Ord. Magiſtratus prædicti 12. Auguſti 1616.

In præſentiarum bonorum civilium, & ruralium differentia ſublata eſt, diverſæ onerum
91 ſpecis abolitæ ſunt; & quomodo onera repartienda ſint, præſcribitur in ſupra recenſita
ſententia Reg. Junctæ Præfectorum novo Cenſui diei 20. Decemb. 1757. *inferius impreſſa*.

(*i*) Ad verſic. *ſi unus contingentem portionem ſuam ſolverit*.

Diſpoſitio hujus Conſtitutionis ſervari debet etiam ex Ord. Reg. 8. Novembris 1617.,
92 & eam exequi pluries Senatus juſſit, & ſignanter Ord. 28. Maji 1622., 5. Fe-
bruarii 1627., & 17. Octobris 1629., & pariter obſervari fecit Magiſtratus Or-
dinar. Reddit. Ordine 31. Julii 1638.

Cum Chriſtophorus Grugnus, qui fuerat Commiſſarius onerum menſualium Civitatis Papiæ, Creditor evaderet librarum 4758. ex cauſa dictorum onerum decurſorum ſuper bonis deſcriptis in Cataſtro ſub nomine Franciſci Beccariæ a Monte, quorum bonorum partem poſſidebat Joannes Caymus Salernus, excitavit anno 1687. eumdem Caymum Salernum ad ſolvendum integrum debitum ſupra recenſitum.

Pro reparanda hac moleſtia, recurſum habuit Salernus ad Magiſtratum Ordinar. Reddit., coram quo, introductâ cauſâ, allegabat ſe non eſſe poſſeſſorem totius Æſtimi deſcripti in caput quondam Franciſci Beccariæ, ſed ſolum partis; ideoque teneri ad onera ſolum pro rata parte ab eo poſſeſſa, maximè cum bona dicti Beccariæ ſita eſſent in diverſis Territoriis.

Digitized by Google

In contrarium autem allegabat Grugnus, omnia bona ejuſdem Franciſci Beccariæ ſita quidem eſſe in diverſis Territoriis, ſed in eadem Provincia, ſcilicet in Principatu Papiæ, & in eodem Cataſtro eſſe deſcripta; ac in ſolidum obligata, & per conſequens ei competere actionem inſoliditatis contra bona poſſeſſa a dicto Caymo Salerno pro toto credito.

Anno 1688. die 3. Auguſti declaravit Magiſtratus licere dicto Chriſtophoro Grugno
93 uti juribus ſuis contra bona poſſeſſa a dicto Caymo Salerno juxta petita, reſervato tamen eidem jure pro debita reintegratione, & coadæquatione contra reliquos reſpectivos poſſeſſores hujuſmodi bonorum provenientium a ſupradicto Beccaria, & in ejus caput in Cataſtro deſcriptorum.

Appellavit Salernus ad Senatum, & per Magnif. Senatorem de Leyza relata fuit
94 cauſa die 23. Aprilis 1692. in Senatu, qui perpenſis hinc inde deductis, & memor, quod alias in cauſa conſimili nihil fuerat deciſum, quidquam declarare noluit ſuper hujuſmodi articulo, ne in hac materia aliquod fieret exemplum, ſed injunxit Magnifico Relatori ut ſtuderet Partes amicabiliter componere.

(*l*) Ad §. *Hoc tamen &c.*

Hoc onus *Cenſus Salis* nuncupatur, & ejus originem, ac augmentum latè recenſet Somal. *Allegiam. tit. Cenſo del Sale pag. mihi* 83.

Diſpoſitionem hujus Conſtitutionis ſervari juſſit etiam Senatus in Ord. 28. Maji 1622.
95 decernendo ne quidam Mercatores Cremonenſes, qui ſuam onerum portionem ſolverant, moleſtarentur pro debito eorum Civitatis, expreſsè tamen exceptis taxis Equorum, & onere Salis.

(*m*) Ad §. *Oneribus taxarum Equorum*.

Originem, & augmentum hujus oneris tradunt Oppizon. *de onerib. par.* 1. *pag.* 59.
96 *n.* 170. *& ſeqq.*, & laudatus Somal. *Allegiam. tit. Taſſa de Cavalli pag. mihi* 123., & etiam de ipſis habetur *in meis annot. ad Ord. Senat.* 26. *Octobris* 1542. *in Appendice Annotat. ad Ord. Senat. inferius impreſſa*.

(*n*) Ad verba *& hoſpitationis Militum*.

Doctores Collegiati hujus Dominii immunes ſunt ab actuali hoſpitatione Militum.
97 Ord. Senat. 12. Maji 1608. *in Addit. Ordin. inferius impreſſa*; tenentur tamen concurrere ad illius impenſam ſicut cæteri Cives. Ord. Senat. 16. Martii 1612. *impr. ut ſupra*.

Doctores Collegiati Mediolani immunes ſunt ab hoſpitatione prædicta etiam pro Do-
98 mibus a Nobili eorum habitationis Ruri ſitis, ſed pro hoſpitatione ſpectante ad eorum Æſtimum tenentur Domus eorum Maſſariorum, & Fictabilium. Ord. Ma-
99 giſtrat. 9. Auguſti 1610.; & hoc procedit etiam quoad alios Doctores Collegiatos aliarum Civitatum hujus Dominii ex Ord. S. E. 11. Septembris 1618.

Buccæ habitantium in Communitate non tenentur concurrere ad expenſas actualis
100 hoſpitationis Militum, aut ab ea dependentium. Ita declaravit præfatus Magiſtratus die 24. Januarii 1617. ad preces Communitatis Mottæ Vicecomitum.

Bona civilia gravari non poſſunt pro impenſis factis cauſâ Guaſtadorum, ductionum rerum bellicarum, militiæ forenſis, aut ſimilium non procedentium ab actuali
101 hoſpitatione Militum. Ita declaravit die 14. Januarii 1637. J. C. Pernigottus Judex Prætorius Papiæ uti Delegatus a Magiſtratu favore Ambroſii Oppizzoni
102 contra Communitatem Roncari Principatus Papiæ; quæ ſententia in gradu appellationis fuit confirmata a Senatu die 21. Julii 1638.

Ad expenſas hoſpitationis Militum tenentur concurrere etiam Nemora. Ita decrevit
103 Magiſtratus die 11. Decembris 1626. favore Communitatis de Samarate.

(*o*) Ad verba *aut alio modo privilegiatus*.

Privilegiati titulo gratuito dicuntur etiam privilegiati ob benemerita. Ita declaravit
104 Senatus die 22. Februarii 1561. ad preces Civitatis Cremonæ.

Nemo immunis ab Oneribus præſervari poteſt, niſi privilegium immunitatis habeat
105 ſibi conceſſum a Principe. Ord. Reg. 6. Aprilis 1572., utque admittatur, quid continere debeat, declaratur in Ord. Senat. 26. Octobris 1542.

Privilegia exemptionum ab oneribus conceſſa titulo lucrativo non comprehendunt hoſpitationes, & ſtipendia Militum, menſuale, & alia onera extraordinaria. Ita
106 declaratum fuit Ordine S. E. diei 22. Martii 1560., & Literis Regiis 13. Octobris

Digitized by Google

bris ejuſdem anni; cumque petita fuiſſet a Senatu interinatio privilegii ampliſſi-
mæ exemptionis ab oneribus titulo lucrativo a Ducibus Mediolani conceſſæ No-
bili Familiæ de Trottis pro ejus bonis ſitis in Territorio Communitatis Caſtellatii
Agri Alexandrini, & confirmati ab Hiſpaniarum Rege die 15. Februarii 1561.,
107 Senatus habita conſideratione ad ſupra recenſitas declarationes decrevit die 6. No-
vembris 1563. illud eſſe interinandum exceptis onere menſualis, & aliis impo-
nendis tempore belli, & pro tuitione hujus Dominii.

(p) Ad verba *his tamen exceptis*.

Si quis habeat privilegium exemptionis ab his oneribus cum clauſula, quod exten-
datur etiam ad bona acquirenda, non attenditur hæc clauſula, & privilegium ad-
108 mittitur ſolum pro bonis poſſeſſis de tempore obtenti privilegii. Ita declaravit
Senatus die 6. Junii 1564. in cauſa immunitatis RR. PP. Cartuſienſium Papiæ --
109 Egr. Secret. Beſutio; & die 10. ejuſdem menſis, & anni in cauſa Hæredum, &
& Succeſſorum Ambroſii de Alzate.
Idem judicavit Magiſtratus Ordinar. Reddit. die 21. Maji 1661. in cauſa vertente
110 inter Ven. Hoſpitale Cremonæ, & ejuſdem Comitatum, decernendo dictum Hoſ-
pitale teneri ad omnia onera, prout tenentur alii Comitatenſes, non obſtante pri-
vilegio exemptionis comprehenſivo onerum etiam pro bonis in futurum acquiren-
111 dis; quæ Magiſtralis ſententia fuit exinde duabus aliis deciſionibus confirmata, ſub
die nempe 23. Junii, & 14. Septembris dicti anni 1661., quas prævia Magiſtrali
112 Conſultatione diei 6. Februarii 1662. approbavit Senatus die 28. Aprilis ejuſdem
anni.
Immunitas ab oneribus non extenditur ad onera impoſita poſt conceſſionem, etiam
ſi acquiſita ſit titulo oneroſo. Ita referentibus Magnificis Senatoribus Daneſio Fi-
liodono, & Ludovico Mazenta Delegatis pro recognoſcendis immunitatum pri-
113 vilegiis, cenſuit Senatus die 20. Februarii 1565. in caſu immunitatis conceſſæ Joan-
114 ni Petro de Homate -- Egr. Secret. Beſutio --; die 23. Februarii ejuſdem anni pro
immunitate obtenta a Joanne Antonio Latuada -- Egr. eod. Secret. -- ; & die 9.
115 Aprilis ejuſdem anni in caſu immunitatis conceſſæ Boniforto Barziziæ -- Egr. Se-
cret. Crucejo --; & ita ſervandum eſſe quoad ejuſmodi immunitates juſſit Invictiſ-
116 ſimus Imperator Carolus VI. Ordine 28. Junii 1713.
Lectores, & Bidelli generales Gymnaſii Ticinenſis immunes ſunt ab omnibus oneri-
bus patrimonialibus, & extraordinariis, etiam impoſitis ex cauſa belli, vigore pri-
117 vilegii conceſſi a Philippo II. Hiſpaniarum Rege die 23. Julii 1555., & a Senatu
approbati Ord. diei 31. Januarii 1556. *in Addit. Ordin. inferius impreſ.*
Immunitas ab oneribus quamvis ampliſſima, & concepta verbis aptis comprehendere
etiam onera ex cauſa belli, nihilominus non debet extendi ad onera ex cauſa belli,
pro defenſione Status. Ita referente Magnif. Regente Don Joſeph Hualte decidit
118 Senatus die 15. Februarii 1721. in cauſa acerrimè agitata inter Reg. Fiſcum, &
Epiſcopum Novariæ pro ejuſdem Juriſdictione in Riparia Ortæ, decernendo com-
petere Riparienſibus, quoad loca diſputabilia, immunitatem ab oneribus exceptâ
cauſâ belli pro tuitione Status Mediolani habito reſpectu ad ſterilitatem loci.

(q) Ad verba *longiſſimi temporis*.

Cum Ducatus Mediolani, & Provincia Comenſis eſſent uſque ab anno 1493. in poſ-
ſeſſione non ſolvendi onus taxarum Equorum, ſervata ipſis eſt eadem exemptio in
generali reformatione Cenſus hujus Dominii ordinata ab Imperatore Carolo V.
annis 1546. & 1548., & publicata anno 1599.
Occaſione autem noviſſimæ generalis reformationis ejuſdem Cenſus demandatæ ab
olim Invictiſſimo Imperatore Carolo VI. literis diei 7. Septembris 1718., & pro-
ſecutæ ex Ordine Regio diei 18. Julii 1749. inſteterunt Provinciæ Cremonenſis,
Papienſis, Laudenſis, & Caſalis Majoris coram Reg. Juncta Præfectorum novo Cen-
ſui, ut declararetur teneri in poſterum etiam Ducatum Mediolani, & Provinciam
Comenſem concurrere ad ſolutionem hujus oneris, a quo ſervabantur immunes, &
119 ponderatis hinc inde deductis, decretum fuit die 27. Auguſti 1757. manutenendum
eſſe Mediolanenſem Ducatum, & Comenſem Provinciam in poſſeſſione ejuſmodi
exemptionis -- Egr. Secret. Tarantula.
Reviſionem petierunt dictæ Provinciæ ab hac ſententia, & pro nova cognitione hu-
jus cauſæ deputata eſt nova Juncta Adminiſtrorum, coram qua factis ab utraque

parte novis opportunis incumbentiis, & ſacta relatione per Magnif. Regentem
Com. Don Emanuelem Amor de Soria præſente etiam Excellentiſſimo Plenipoten-
120 tiario Com. Don Joſeph de Firmian, ſancitum fuit die 19. Julii 1759. perſiſten-
dum eſſe in jam ordinatis favore Ducatus Mediolani, & Comenſis Provinciæ --
Egr. Secret. Chreizer.

(r) Ad §. *Quo caſu intelligatur &c.*

Hanc ſanctionem ſervari juſſit Senatus die 17. Auguſti 1576. in cauſa exemptionis,
121 & immunitatis conceſſæ Ven. Collegio Guaſtallæ hujus Urbis.

DE AQUIS, ET FLUMINIBUS.

OMnibus interdictum eſt, ne directè, vel per indirectum utantur Aquis Foſſarum manufactarum navigabilium (vulgò *Navilia* appellant) nec etiam Fluminum regalium, ſivè navigabilium, ſivè innavigabilium, vel aliis Aquis, ad uſum Principis, vel aliàs publicum deſtinatis, ubilibet exiſtentibus, & tàm in locis mediatè, quàm immediatè Principi ſubjectis, niſi titulum habeant, & oſtendant per literas Principis continentes locum aquæ ducendæ, ipſiuſque quantitatem, & ad quem uſum, nulla præſcriptione admiſſa, niſi ea: quæ ſit tanti temporis, cujus initii in contrarium memoria non exiſtat (a). §. Extrahens aquam contra formam hujus Conſtitutionis, incidat in pœnam aureorum decem pro qualibet uncia, & qualibet vice, niſi fuerit in quaſi poſſeſſione pacifica aquam extrahendi, per triennium. §. Iſque contrafeciſſe intelligatur, ad cujus commodum compertum fuerit aquas decurrere. Eoque caſu dominus pro familia teneatur; ſalvo tamen jure domino contrarium probandi.

Quicunque repertus fuerit tranſire aquæductum, ſive rugiam Principis, ſeu Fiſci, alibi quàm per pontes, & loca conſueta, ipſo jure, & facto puniatur, ſi pedes fuerit, in ſolidis viginti pro qualibet vice, ſi eques, in quadraginta: ſi cum plauſtro, & bobus, in aureo uno: ſi fuerint animalia de per ſe, in ſolidis decem pro quolibet. §. Qui verò ripam, vel aggeres eorum aquæductuum, vel canale dejecerint, aut fregerint, vel cavum, aut clauſam, vel aliud impedimentum fecerint, vel fieri mandaverint; ipſo jure, & facto incurrant pœnam aureorum decem pro quolibet, & qualibet vice, innovataque reficere, & in priſtinum reſtituere propriis expenſis teneantur. §. Domini proprietatum, & Conductores, pro Famulis, Partiariis, Colonis, vel Inquilinis, & aliis, qui prædicta fecerint, teneantur, ac ſi mandaſſent. §. Pœna in tres partes dividatur Campario, ſeu Accuſatori una, reliquæ Fiſco cedant. §. Campario, ſeu Accuſatori, cum juramento pro iis, qui pedibus tranſeunt, credatur. Pro aliis verò, cum juramento, & uno Teſte fide digno. Salvo tamen iis jure contrarium probandi. §. Contrafacientes, ſi inhabiles fuerint ad ſolvendum pœnam, puniantur aliqua pœna corporali, arbitrio Quæſtorum Extraordinariorum imponendâ.

§. Dan-

Digitized by Google

§. Dantes verò alibi damnum in Agris, & bonis Fiſci, in duplum puniantur ejus, quod per Ordines, & Statuta Locorum, cautum eſt, credaturque Campariis, & Accuſatoribus cum juramento.

Omnibus habentibus jus, & facultatem aquæ ducendæ, tam ex Fontanilibus, quam ex Fluminibus (*b*), & aliter quomodocunque, liceat aquam ducere (*c*) per Agros, & Poſſeſſiones cujuslibet Perſonæ, Communis, vel Univerſitatis hujus Dominii, etiam ſecùs vias publicas, foſſas, cluſas, & alia neceſſaria faciendo, ad minus damnum, & incommodum Partium, ipſis tamen aquam ducentibus perpriùs ſolventibus pretium terræ (*d*), quæ in his occupanda erit, quartamque partem ultra æſtimationem veri pretii, & damnum, ſi quod inferri continget, arbitrio duorum Virorum in ſimilibus Peritorum, qui tamen reſpectu damni, illud pluſquàm in duplum veræ æſtimationis æſtimare non poſſunt. §. Eoque ampliùs præmiſſi aquam ducentes facere, & manutenere pontes tenentur, aggereſque (& vulgò dicunt *ſoratoria*,) aliaque neceſſaria, prout expediens fuerit, ita quòd ex aqua ducenda, prædia aliorum, maximè pluviarum tempore non inundent, nec exinde aliquod damnum privatis, vel viis publicis inferatur. §. Poſſuntque duci aquæ, & ſubtus, & ſupra Rugias aliorum, modò tamen fiant ædificia (*e*) de lapidibus, & cæmento, & modo quòd ducentes aquas ſub alienis aquis ita fiſtulas ſtruant (*f*), ne aquæ ſuperiores in inferiores decidant. Aquæductumque firmum, & ſtabilem, manuteneant, ita quòd ſuperiùs ducens nullum damnum ſentiat, nec ultra ſolitum alveus elevetur, ſed aquæ conſuetum decurſum habeant.

AD TIT. DE AQUIS ET FLUMINIBUS.

DECIS., ET ANNOT.

FLumen non navigabile, nec aliud navigabile faciens, licet perpetuò fluat, ex
eo quod uſui publico deſerviat, ſimpliciter publicum dicitur, & de jure gentium
cuique licet aquam derivare ad proprium commodum, nec Princeps poteſt prohi-
bere illius uſum etiam ratione proprii commodi, ſed tantum ſubſiſtente causâ
1 publicæ utilitatis. Ita declaravit Magiſtratus Extraordinar. Reddit. die 6. Aprilis
2 1601. decernendo ejuſmodi Flumen ad Fiſcum non pertinere, & de hac ſententia
certiorem fecit Senatum, qui eam approbavit.
Inter Flumina juris Regiæ Cameræ decurrentia in hoc Dominio, unum eſt Flu-
men derivans a Reali Flumine Abduæ, nuncupatum *Mutia*, quod prætendente
Civitate Laudæ eſſe proprii juris, & contrarium tuente Reg. Fiſco, declaratum
3 fuit a Delegatis Cæſareis, eſſe juris Regiæ Cameræ, ut conſtat ex eorum ſen-
tentia diei 10. Julii 1550. penes Benal. *Relat. iſtor. del Magiſtrato cap.* 12.
Ortis exindè controverſiis inter Affictuarios Regiæ Cameræ, & Utentes dicti Flu-
minis Mutiæ circa uſum aquarum, plures facti ſunt Ordines a Magiſtratu Extra-
4 ord. Reddit. pro moderatione Buccarum prædicti Fluminis die 3. Martii 1574.
5 reformati ab eodem Magiſtratu die 3. Octobris 1578., qui poſtea die 19. Decem-
bris 1585. præſcripſit etiam normam pro menſuratione dictarum aquarum, ut vi-
dere eſt penes laudatum Benal. *ubi ſupra pag.* 99. *& ſeqq.*
Ultra hoc Flumen adſunt inpræſentiarum in hoc Dominio tria Navigia juris Regiæ
6 Cameræ, nempè Navigium Magnum, Marteſanæ, & Bereguardi, quorum origi-
nem, ac Buccas pro extractione aquarum ad uſum Particularium refert Benal. *ubi
ſupra cap.* 13. 14. 16.
Conceſſiones aquarum, quæ effectum ſortitæ ſunt ante promulgationem harum Conſti-
tutionum, tranſmiſſibiles ſunt ad quoſcunque etiam extraneos, juxta tamen tenorem
7 ipſarum conceſſionum, ut declaravit Senatus in Ord. 25. Septembris 1555. ibique
remiſſivè *in meis annotat.*

AD

Digitized by Google

AD CONSTITUTIONEM.

(*a*) Ad §. *Omnibus interdictum eſt* verſic. *cujus initii in contrarium memoria non extet*.

Circa immemorabilem præſcriptionem, an & quando eadem obſtet Fiſco in materia
8 aquarum, ponderandi ſunt Ordines Senatus diei 26. Octobris 1542., & 30. Octobris 1550., & utrobique conſideranda ſunt tradita *in meis Annotat.* cum pluribus rebus judicatis ibidem recenſitis.

(*b*) Ad §. *Omnibus habentibus* verb. *ex Fluminibus*.

Dominus Territorii poteſt conſtruere Molendinum ſuper Flumine publico intra ejus Territorium decurrente, dummodo ſtatim aquæ revertantur in ipſum Flumen; nec poteſt aquas divertere in præjudicium alterius habentis jus illis utendi pro uſu Molendini, & irrigatione ejus bonorum. Ita referente Magnif. Senatore Simone Boſſio poſtea Præſide Magiſtratus Extraordin. Reddit. cenſuit Senatus die 16. Ja-
9 nuarii 1593. in cauſa vertente inter Marchionem Cæſarem Malaſpinam, & Communitatem Viqueriæ, decernendo licere Marchioni Cæſari Malaſpinæ aquas ex Flumine Stafulæ intra terram Godiaſſii, & Salſi extrahere pro uſu Molendini de novo conſtructi, modo ſtatim in ipſum Flumen revertantur; pro irrigatione vero prædiorum non licere aquas extrahere, niſi quatenus ſufficiant etiam Molendinis inferioribus, & irrigationi prædiorum juxta ſolitum.

(*c*) Ad verſic. *liceat aquam ducere*.

Hanc Conſtitutionem habere locum etiam in aquis ſcolaticiis declaravit Senatus in
10 Ord. 3. Martii 1554.; & idem decrevit die 21. Martii 1588. favore Camilli Sor-
11 mani datis literis Egr. Capitaneo Juſtitiæ; & die 11. Maji 1593. ad preces Cæſa-
12 ris Meltii datis litteris Prætori Laudæ.

An facultas ducendi aquam competat non ſolum ipſius aquæ Domino, verum etiam Conductori, & Colono; & an pro aquis locandis porrecta mercede aliis prædiorum
13 Poſſeſſoribus? Vide deciſionem Senatus relatam *in meis annotat.* ad dictum Ord. 3. Martii 1554.

Aquam ducere volenti nemo tenetur dare proprios Cavos, ſed de novo fieri debent ad
14 normam hujus Conſtitutionis. Ita referente Magnif. Senatore Cavalchino cenſuit Senatus die 12. Maji 1662. in caſu cujuſdam de Craſſis -- Egr. Secret. Arbona.

Ducere intendens aquam ex Fonte noviter conſtructo tranſeundo per Campos ad Oryzam ſatos, ne Cavus novus emungat aquas tertii, tenetur facere contrafoſſa ſuis expenſis, & ſolvere pretium ad normam hujus Sanctionis, facta etiam prius libellatione, an aqua Fontis deſervire poſſit bonis aquam conducentis, ne fraus fiat.
15 Ita referente Magnif. Senatore Caſato decrevit Senatus die 12. Maji 1673. in cauſa vertente inter Egr. Advocatum Fiſcalem Marchionem Boſſium, & Minorem Vinearcam -- Egr. Secret. Maddio.

(*d*) Ad verſic. *ſolventibus pretium terræ*.

In æſtimatione ſitus terræ occupandæ per novos Cavos, computari debere etiam
16 Foſſata, declaravit Senatus die 15. Aprilis 1570.

Onera ſpectantia terræ vendendæ pro conſtruendis novis Cavis ſolvi debent ab ipſo
17 Venditore, non vero ab Emptore. Ita cenſuit Senatus die 31. Maji 1608. favore Marchionis Languſchi.

(*e*) Ad §. *Poſſuntque* verſic. *modo tamen fiant ædificia &c.*

Aqua duci debet per ædificia de lapidibus, & cæmento, nec juvat exceptio, ſive poſſeſſio, quod alias ducta fuerit per ædificium de lignamine. Ita referente Magnif.
18 Senatore Com. Archinto declaravit Senatus die 9. Auguſti 1662. in caſu J. C. Bignarolæ cum RR. PP. S. Barnabæ -- Egr. Secret. Sadarino.

(*f*) §. Ad verſic. *ita fiſtulas ſtruant &c.*

Fiſtula ſuperiorem aquam debet attingere, ne aqua inferius regurgitet, ſed liberè,
19 ut prius, tranſire poſſit. Ita decrevit Senatus anno 1601. menſe Maji in cauſa vertente inter Ven. Hoſpitale Majus hujus Urbis, & Fratres Cribellos, referente Egr. Capitaneo Juſtitiæ.

DE

Digitized by Google

DE VIIS PUBLICIS MUNIENDIS, ET PONTIBUS MANUTENENDIS.

BOno publico conducit, ut Viæ publicæ Viatoribus commodè ſternantur; parique modo, ut Pontes manuteneantur, ideò ſancitum eſt, omnes cujuſcumque gradus, & conditionis ſint, qui vel de jure, aut conſuetudine tenentur, cogi debere pro rata portione ad reparationem Viarum, & refectionem, & manutentionem Pontium (*a*), omni privilegio, immunitate, & exemptione ceſſantibus.

Quia oriebatur controverſia inter Dominos directi domorum Civitatum hujus Dominii, & Emphyteotas, quiſnam eorum ad impenſam aptationis Viæ è fronte Domorum exiſtentis, teneretur: ad eam tollendam hæc Conſtitutio pertinet, ut cùm id fieri contingat, Dominus directi pro tertia parte, & pro aliis duabus partibus Emphyteota, impenſam ſolvant.

Ad tollendas extorſiones, quas faciebant Judices, & Officiales Viarum hujus Dominii, ſancitum eſt, per eos Judices, & Officiales fieri non poſſe aliquas condemnationes contra Communia, & Homines vicorum hujus Dominii, niſi prius legitimè citati fuerint. Et ſi contingat, eos Homines, vel Communia, condemnari, executiones fieri non poſſint, niſi prius condemnatis iterum citatis, qui, ſi probare voluerint, ſe temporibus debitis Vias pro ſua contingenti portione aptaſſe, admittantur eorum defenſiones, & probationes, ſi Mediolani id actum ſit, coram Vicario Proviſionum (*b*) ipſius Urbis; in aliis autem Civitatibus, coram Prætore, ubi id munus aptandarum Viarum ei competat, ſin minus coram Referendario. Et ſi probatum fuerit Vias debitis temporibus aptatas, vel non egere reparatione, condemnatio per Judicem, ſeu Officiales facta, annulletur, & pro nulla, & irrita habeatur, iſque, qui condemnaverit, condemnatus ſit, & eſſe intelligatur in ſumma in ejuſcemodi condemnatione contenta. Quæ pœna, Communitatibus Civitatum, ubi agi contigerit, applicetur, ultra expenſarum refectionem, ad quam omnino Judices, & Officiales, erga condemnatos teneantur. §. Eo amplius ſancitum eſt, quòd ſi comperiatur ipſos Judices, vel Officiales, compoſitiones cum aliquibus iniſſe ante ſequutam condemnationem, non aptatis Viis, priventur officio, & alia corporali pœna, arbitrio Senatus, puniantur, & pecuniæ compoſitionis applicentur Communitati. Et ſi ille, qui compoſitionem fecerit, primò notificaverit, pecuniæ datæ pro compoſitione reſtituantur, & nihilominus Viæ, pro quibus hæ compoſitiones factæ ſunt, reficiendæ, & aptandæ erunt. §. Poſt ſequutam autem condemnationem compoſitiones fieri non prohibentur, modò Mediolani Vicarius, & Syndici Communis, in aliis Civitatibus Prætores interveniant. §. Judices, & Officiales pecunias ex quibuſcunque condemnationibus, & compoſitionibus, modo quo ſupra faciendis, exactas

ctas conſignare teneantur Theſaurariis Communitatum, qui poſtea eis Judicibus ſalarium juxta Ordines perſolvent, ſub pœna Judicibus contrafacientibus amiſſionis ſalarii trium menſium, pro qualibet vice, pro duabus partibus Communitati, pro tertia Accuſatori applicanda. §. Hique Judices ſingulo menſe, & in fine menſis condemnationes, quas facient, tranſmittere tenentur, Mediolani, Vicario Proviſionum, in aliis Civitatibus, Prætori earum, ſub pœna, qua ſupra.

AD TIT. DE VIIS PUBLICIS MUNIENDIS, ET PONTIBUS MANUTENENDIS.

Decis. et Annot.

Excellentiſſimus hujus Dominii Gubernator non poteſt erigere aliquod Tribunal
1 pro aptatione, ac reparatione Viarum. Ord. Reg. 21. Octobris 1580.

Judices Viarum ſemel quotannis elapſo menſe Maji viſitare debent Vias Regias, & publicas, non autem vicinales, quidve pro hiſce viſitationibus exigere poſſint a reſpectivis Provinciis, & Communitatibus, & quæ obſervare debeant pro recto implemento
2 eorum muneris, habentur in Ord. Magiſtratus Extraordinar. Reddit. 30. Julii 1590., & in Proclamate 4. Aprilis ejuſdem anni, 11. Maji 1675., & 6. Septembris 1679.

Aptationes, & refectiones Viarum ſpectantes ad Communitates poni debent ad haſtam,
3 & deliberari utiliorem oblationem facienti. Ord. Magiſtrat. & Proclamata *ut ſupra*.

Judices feudales non poſſunt ſe ingerere circa aptationem, ac refectionem Viarum
4 publicarum. Ord. Senat. 15. Junii 1650.

Ad tollendas Latronum latebras, tenentur Domini Nemorum exiſtentium propè Vias publicas, ea extirpari facere pro diſtantia brachiorum ſaltem ſexaginta ab ipſis Viis
5 ſub pœna aureorum ducentum, & majori S. E. arbitrio; & Dominis negligentibus, tenentur ſub eadem pœna hoc exequi facere ipſæ Communitates, in quarum Territoriis ſita ſunt dicta Nemora, ut præſcribitur in Proclamate 14. Auguſti 1698., 28. Septembris 1699., 17. Februarii 1750.

Hanc providentiam pro Viatorum ſecuritate valdè opportunam exequi curavit etiam Senatus; undè Nemora prope Vias publicas eſſe incidenda per ſpatium centum
6 paſſuum pluries decrevit; nempe die 22. Septembris 1662. pro Via publica, quæ conducit ad Oppidum Trivilii datis literis pro executione ejuſdem Prætori -- Egr. Secret. Annono; die 9. Martii 1663. pro via Pombii, datis literis Prætori Novariæ -- Egr. Secret. Coſſa; & anno 1664. menſe Aprilis ad literas Prætoris Derthonæ -- Egr. Secret. Gradignano.

Anno 1609. die 26. Februarii declaravit Senatus onus reficiendarum, ſeu aptandarum
7 Viarum adhærentium Eccleſiis, & earum Cæmeteriis ſpectare ad Vicinos illius Parochiæ, in qua ſitæ ſunt.

Aptationem Viarum hujus Urbis nimis neceſſariam eſſe publico commodo novit Senatus; quamobrem pro conſueta ejus vigilantia quandoque ab ipſo electus fuit alter
8 ex Ampliſſimis Patribus, ut egentibus dictis Viis refectione excitaret Judicem, ad quem ſpectat, ad illam curandam, & alias impertiretur providentias juxta caſuum occurentias, ut ex Ord. Senat. 27. Maji 1639., & 28. Februarii 1674.

AD CONSTITUTIONEM.

(*a*) Ad §. *Bono publico* verb. *manutentionem Pontium*.

Non ſolum manuteneri, & refici debent Pontes jam exiſtentes, ſed etiam de novo fieri debent, ubi opus ſit, & conſtrui debent ex lapidibus, & calce, & debent eſſe
9 latitudinis ſaltem brachiorum ſeptem, nec poteſt allegari aliqua præſcriptio in contrarium, ſic diſponente Proclamate 4. Aprilis 1590., 11. Maji 1675., & 6. Septembris 1679.

(*b*) Ad §. *Ad tollendas* verb. *coram Vicario Proviſionum*.

Magnif. Senator Camillus Trottus Delegatus declaravit anno 1596. die 10. Decembris in

10 in cauſa vertente inter Joannem Baptiſtam de Geremnulphis, & Syndicos Civitatis
Mediolani non eſſe locum appellationi, & nullitatis dictioni ab ordinationibus per
Judicem Stratarum factis contra dictum de Geremnulphis, & favore dictorum Syndicorum,
reſervato tantum ipſi recurſum ad Vicarium Proviſionum, non retardata
tamen executione ordinatorum reſpectu Foſſati per Geremnulphum reſtricti juxta
ejus confeſſionem.
In caſu autem expurgationis Fontanilis, ſeu Rivi in Strata Viarenæ hujus Urbis,
11 referente Magnif. Senatore Marchione Arconato cenſuit Senatus die 28. Martii
1670. cauſas refectionis Viarum publicarum Civitatis, & Ducatus Mediolani debere
cognoſci in prima iſtantia a Judice Viarum, in judicio vero appellationis a Vicario
12 Proviſionum juxta Conſtitutiones, & deinde devolvi ad Senatum -- Egr. Secret.
Annono.
Ad excludendam oblivionis excuſationem renovatur identidem ex ordine Judicis Stratarum
hujus Urbis publicatio Proclamatis de tollendis offendiculis in viis publicis,
& ſignanter de obturandis noctu foraminibus vulgo *Caſſette* ante Apothecas.
Exiſtentibus Judice Stratarum Marchione Don Federico Fagnano, & ejus Auditore
J. C. C. Comite Roſati Don Antonio Variſiio Viris morum probitate, omnique
virtutum genere ornatis, conqueſtus eſt apud præfatum Judicem Bartholomæus
de Regibus de omiſſa noctu obturatione dictorum foraminum ante apothecam
Caroli Gatti, ob quam ejus Equus offenſo pede in uno foramine, ibique fracto
mortuus eſt. De ejuſmodi omiſſione informationes ſumpſit præfatus Judex, ſibique
conſtito de contraventione dicti Proclamatis condemnavit dictum Gattum in pœnam
in eo impoſitam. Ab hujuſmodi condemnatione appellavit Gattus ad Senatum
tranſmiſſo Judici præcepto ne pendente appellatione ad ulteriora procederet;
quamobrem noſcens Judex hunc procedendi modum eſſe læſivum ejus juriſdictionis
exaravit Senatui conſultationem ſuper incompetentia interpoſitæ appellationis,
quæ datur tantum inter partes, & partes; non vero inter partem, & Judicem
procedentem ex Officio. Facto autem verbo in Senato per Magnif. Senatorem Caſtillionæum
de peractis diligentiis ſuper hac re ſibi injunctis decreto diei 19. Auguſti
13 1761. dictum fuit die 25. Septembris ejuſdem anni reſpondendum Judici Stratarum,
ut utatur juribus ſuis quoad contraventionem non obſtante præcepto appellatorio.
Quando ab ordinatione ſuper refectione Viarum lata a Judice Stratarum interponitur
14 appellatio; hanc eſſe admittendam ſolum quoad devolutivum decrevit Senatus anno
1593., & noviſſimè die 1. Septembris 1755. in caſu appellationis interpoſitæ a
15 Sententia Magiſtratus lata die 18. Martii 1755. in cauſa vertente inter Communitatem
Landriani, & Conſortes Comites Bologninos.

DE ÆDIFICIIS PRIVATIS.

QUicunque in aliqua ex Civitatibus (*a*) hujus Dominii lautè ædificare voluerit, & domum, aream, locumve alium privatum contiguum habuerit, qui novo ædificio quoquomodo uſui ad ejus lautitiam eſſe poſſit; teneatur, & debeat is, cujus domus, area, locuſve, cujuſvis fuerit, ea vendere ædificare volenti (*b*), ſi tamen is ultra juſtum pretium (*c*) quartum plus exponere, & dare ſit paratus. §. Eo quoque caſu Juſdicentes venditionem faciant, & poſſeſſionem tradant, conſulto tamen Principe, vel Senatu.

Poſſidens, & tenens tertiam partem, vel minorem alicujus domus, ſeu ſediminis, & in ea ſeu eo habitare nolens, teneatur, & debeat ipſam tertiam partem, vel minorem, conſortibus ſuis, vel alias duas, vel plures partes habitantibus locare pro tanta penſione, quam ab alio percipere poſſet, ſeu pro portione per duos amicos communes, vel duos vicinos taxanda. Quod ſi id facere recuſaverit, Judex facto perprius per conſortem eas partes habentem, &

Digitized by Google

poſſidentem, depoſito penſionis taxatæ pro anno uno, citata parte eum inducat ad tenutam bonorum. Quod depoſitum de anno in annum, donec habitaverit, reiterandum eſt. §. Per hoc tamen non intelligatur, nec ſit factum in reliquis præjudicium Domino.

Cautum eſt, ne quis in poſterum poſſit in ulla Civitatum hujus Dominii, Vico, & Suburbiis ejuſdem, ædificia, quæ ſe protendant extra muros domorum in vias publicas facere, nec erigere. Quòd ſi contrafactum fuerit, ædificium perpriùs deſtruatur, & ædificans pœnâ aureorum vigintiquinque plectatur, Communitatibus Civitatum applicandâ.

AD TIT. DE ÆDIFICIIS PRIVATIS.

Decis. et Annot.

AD augendum hujus Urbis Metropolis decorem, civiumque commodum, terræ
1 ſpatia intra mœnia incluſa vendi debent ædificare volentibus, ubi ipſi Domini
ædificare nolint. Ord. Senat. 20. Martii 1559.

AD CONSTITUTIONEM.

(a) Ad §. *Quicunque in aliqua ex Civitatibus.*

Diſpoſitio hujus Conſtitutionis non tenet pro Oppido. Ita referente Magnif. Mar-
2 chione de Roſales decidit Senatus die 25. Junii 1728. favore Fratrum de Frantiis
contra Joannem Baptiſtam Vianum lautè ædificare volentem in Oppido Pallantiæ.

(b) Ad verſic. *Vendere ædificare volenti.*

Si Dominus domus velit ipſe eam lautè ædificare, non poteſt cogi eandem domum
3 vendere alteri lautè pariter ædificare volenti. Ita referente Magnif. Senatore
Caſato cenſuit Senatus anno 1673. favore Magnif. Senatoris Com. Siccoborellæ
contra J. C. C. Joannem Gluſſianum prætendentem vigore hujus Conſtitutionis
cogere præfatum Magnif. Siccoborellam ad vendendam domum, quam ipſe lautè
ædificare volebat.

Diſpoſitioni hujus Sanctionis ſubjacet etiam domus obnoxia fideicommiſſo tranſver-
ſali, & pretium implicatur ad beneficium ejuſdem fideicommiſſi, quin tamen in
caſu evictionis detur regreſſus ad domum venditam. Ita referente Magnif. Sena-
4 tore Com. Barbovio declaravit Senatus die 21. Julii 1692. favore Marchionis
Fabritii Boſſii contra Com. Don Ubertum Stampam -- Egr. Secret. Ceſato.

In cauſa vertente inter Spectab. Quæſtorem Marchionem Flaminium Cribellum,
& alios litis Conſortes, referente Magnif. Com. Puſterla cenſuit Senatus die 23.
5 Auguſti 1692. licere Spectab. Quæſtori Marchioni Cribello uti beneficio hujus
Conſtitutionis, non obſtante aſſerto fideicommiſſo, & ideo procedendum ad ulteriora pro perfectione contractus venditionis aſſertæ domus pretio liquidato de conſenſu Partium per Ingegnierium Collegiatum Franciſcum Blancum, & ſupradictum pretium liquidatum ſuccedere debere loco rei pro cautione quorumcunque tam Creditorum, quam Vocatorum in dicto fideicommiſſo, liquidandorum, & declarandorum coram Senatu; teneri autem dictum Emptorum retinere penes ſe ſupradictum pretium per alium annum, & interim erogare ejus interuſuria in rationem librarum quatuor pro ſingulo centenario, quo elapſo licere eidem Emptori deponere dictum pretium una cum ejus dependentibus penes Egr. Theſaurarium Senatus relaxandum quibus de jure.

(c) Ad verba *juſtum pretium.*

Vigente controverſia inter Petrum Paulum Fontanam, & alios Vicinos Sacello
ſacri Fontis Divi Barnabæ hujus Urbis circa juſtum valorem domus locatæ ſub
annua penſione librarum quinque centum, & a binis Peritis æſtimatæ in ſumma
6 librarum viginti duarum mille, referente Magnif. Senatore Bellono decrevit Se-

natus

natus die 28. Junii 1624., ut denuo fieret æſtimatio a Perito confidente, habita ratione tam materialium, quam redditus ipſius domus.

Cum vero tertius Peritus non obſervando ordinata per Senatum, domus controverſæ pretium auxiſſet uſque ad ſummam librarum viginti trium mille, referente
7 Magnif. Senatore Corio, cenſuit Senatus die 5. Decembris 1624. pretium dictæ domus eſſe conſtituendum in libris ſexdecim mille -- Egr. Secret. Sacco.

DE IMMUNITATE, ET JURE DUODECIM LIBERORUM.

QUicunque *(a)* numerum duodecim Liberorum habuerit *(b)*, ita quòd in eis duodecimus ſi in utero Matris fuerit, etiam comprehendatur, inter quos tamen non comprehendantur illegitimè nati (præter legitimatos per ſubſequens matrimonium) nec Nepotes *(c)*, ſerventur immunes *(d)* quoad vixerint *(e)*, etiam ſi exinde filii ipſi decederent antè Patris mortem, ab omnibus oneribus extraordinariis *(f)*, & item ab Imbotaturis *(g)*, pro omnibus fructibus natis ſuper bonis propriis *(h)*, cujuſcunque quantitatis fuerint. Et ubi ex fructibus propriis non habeant, & aliundè pro uſu ſuo quæſiverint, immunes ſerventur uſque ad ſummam modiorum trium Frumenti, & metretarum ſex Vini pro qualibet perſona Parentum, & Filiorum. §. Hæc immunitas etiam poſt mortem Patris perſeveret, ubi & donec ipſi omnes duodecim liberi ſuperſtites fuerint *(i)*, & in communione vivant *(l)*. §. Pro mercatura autem *(m)* nullam habeant exemptionem.

AD TIT. DE IMMUNITATE, ET JURE DUODECIM LIBERORUM.

DECIS. ET ANNOT.

ANtequam quis admittatur ad beneficium hujus Immunitatis, decernitur a Senatu, ſumi debere informationes, pro quibus citari debet Fiſcus Majoris, non vero
1 Minoris Magiſtratus. Ita referente Magnif. Marchione Erba decrevit Senatus die 17. Auguſti 1668. in caſu Davidis Magnocaballi -- Egr. Secret. Belcredio.

Citato Fiſco Majoris Magiſtratus, informationes admittuntur, etiam ſi ille non
2 fuerit præſens tempore, quo ſumptæ ſunt. Ita referente Magnif. Senatore Stampa cenſuit Senatus die 10. Aprilis 1671. favore cujuſdam de loco Binaſchi -- Egr. Secret. Sadarino.

Informationes autem petentium hanc immunitatem non expediuntur, niſi lectis in
3 Senatu ipſis informationibus. Ord. Senat. 15. Januarii 1580. §. *Informationes*, renov. die 11. Auguſti 1616. §. *eod.*

AD CONSTITUTIONEM.

(a) Ad §. *Quicunque*.

Gaſpar Cella natus ex Patre Originario hujus Dominii plura poſſidebat bona ſita in eodem Dominio, ſed commoratus Florentiæ cum Uxore pariter Florentina, ac majori parte Familiæ, ibi ſuſcepit duodecim liberos, & poſtea petiit immunitatem pro bonis in hoc Dominio ſitis.

Contradictum fuit per Civitatem, & Ducatum Mediolani, & alias Communitates, in quibus ſita erant bona, & ſignanter oppoſitum fuit, eum habendum eſſe tam-

quam forenſem; ideoque incapacem hujus immunitatis, licet Florentiæ degeret
cauſâ mercaturæ.

Acriter per ſexennium agitatâ hac cauſâ, & demum in Senatu relatâ die 10. Aprilis
4 1647. deciſum fuit, Gaſparem Cellam eſſe in caſu fruendi hac immunitate uti
filium Originarii, licet alibi habitantem cauſâ mercaturæ; & referente Senatore
5 Menochio id ipſum judicavit Senatus die 13. Septembris 1684. favore Caroli An-
driani Protophyſici in Civitate Lucenſi ex Patre Originario hujus Dominii.

Non obſtante forenſitate per Fiſcum oppoſita, quidam Helveticus habitans Novocomi,
ibique ſuſceptis octo liberis, & alios quatuor habens in Helvetiis, fuit admiſſus
6 ad hanc immunitatem ex ſententia Senatus diei 9. Julii 1642., quia conſideratum
fuit, agi de immunitate in corpore juris inſerta, & verbis generalibus ab hac
Conſtitutione conceptâ, & numerum octo liberorum ſatis comprobare animum
contrahendi domicilium.

In caſu Joannis Baptiſtæ Belloni Laudenſis habentis duodecim liberos, & adhuc ſub
7 patria poteſtate exiſtentis, cenſuit Senatus die 15. Februarii 1662. immunitatem
competentem dicto Joanni Baptiſtæ prodeſſe etiam Joſeph ejus Patri pro ipſius bonis --
8 Egr. Secret. Belcredio; & poſt alios caſus idem declaravit favore Joannis Baptiſtæ,
& Cajetani Patris, & Filii de Vidiſertis per literas patentes diei 16. Decembris 1734.

Occaſione immunitatis ob nativitatem duodecimi filii petitæ ab Excellentiſſimo Mar-
chione Don Pompeo Litta in ſacris paternis adhuc exiſtente, & in communione
vivente cum Excellentiſſimo Marchione Don Antonio ejus Patre, dubitatum fuit
an ob generalem reformationem Cenſus publicatam anno 1760. dicta immunitas
prodeſſe poſſet etiam præfato Marchioni Don Antonio reſpectivè Patri, & Avo pro
ejus bonis juxta plures declarationes ejus favore a Senatu in ſimili caſu jam factas.
Conſiderato autem Edicto Regiæ Junctæ novi Cenſus Generalis hujus Dominii
diei 15. Julii 1757. de dicta immunitate diſponente, nihilque circa illius jus inno-
9 vante, bis audito Regio Fiſco, omnibuſque maturè perpenſis, cenſuit Senatus referen-
te Magnif. Senatore Regenti Marchione Cavalli, Illuſtres Marchiones Don Antonium,
& Don Pompeum Patrem, & Filium de Litta comprehenſos eſſe in Conſtitutione
de immunitate duodecim Liberorum loquente, ac in declarationibus exindè ſecutis,
& propterea ad earum omnium beneficio fruendum eſſe admittendos, ut ex Literis
patentibus diei 30. Maji 1763. -- Egr. Secret. Stampa -- Magiſtratus Cameralis
viſis dictis literis patentibus decrevit die 7. Julii ejuſdem anni dandos eſſe Ordines
pro executione.

Non ſolum Patri, ſed etiam Matri competit hæc immunitas pro bonis dotalibus ex
10 ſententia Senatus diei 30. Junii 1606. lata in cauſa vertente inter Phyſicum Joan-
nem Forrerium de Abiate, & Vicarium & Conſervatores Patrimonii Civitatis
Mediolani; cum autem contenderet Civitas Mediolani, eam non competere cui-
dam Matri, quia omnes ejus filii, & figliæ tum in Monaſteriis degerent, tum
11 nuptæ ſeparatim a Matre viverent, & ipſa a bonis Viri dotem jam ſeparaſſet,
cenſuit Senatus die 31. Julii 1643. immunitatem non obſtantibus prædictis com-
12 petere; hæcque durat etiam poſt mortem Mariti; dummodo conſervet Viduitatem.
Ord. Reg. 7. Septembris 1657., & Proclama 20. Februarii 1658.

Non tamen competit Matri hæc immunitas pro bonis, quorum generalis uſufructus
13 eidem ſit a Marito relictus. Ita referente Magnif. Senatore Stampa declaravit Se-
natus die 1. Februarii 1677. favore Civitatis Papiæ contra Marchioniſſam Modro-
nam -- Egr. Secret. Maddio.

Non pariter competit pro bonis extradotalibus. Ita declaravit Senatus in ſupra
14 relata ſententia diei 30. Junii 1606., & die 6. Martii 1617. in cauſa vertente
15 inter Picenardos, & Perſichellos. Idem judicavit Magiſtratus Extraord. Reddit.
16 die 15. Februarii 1623. in cauſa vertente inter Reg. Fiſcum, & Claram Ban-
17 ſam, & rurſus eadem die inter eundem Fiſcum, & Luciam a Turre ſeu ejus
hæredes.

Emphyteutæ competit hæc immunitas ſolum pro quantitate bonorum reſpiciente
utile ipſius dominium; & non prodeſt Domino directo pro quantitate bonorum
reſpiciente annuum Canonem eidem ſolvendum, pro qua ipſe tenetur ad onera
juxta ordinata per Magiſtratum, ubi in Inveſtitura emphiteutica aliter non ſit con-
18 ventum. Ita declaravit Magiſtratus Ordinar. Reddit. die 3. Februarii 1642. in
caſu Joannis Baptiſtæ Savignoni datis literis Prætori Montis Sicalis.

(b) Ad

Digitized by Google

(*b*) Ad verſic. *numerum duodecim liberorum habuerit*.

Hanc immunitatem Patri præſtant duodecim liberi, ſive nati ſint ab una, ſive a
19 pluribus Uxoribus. Ord. Senat. 22. Maji 1559., & ſuſceptis duodecim liberis ex
prima Uxore, obtentaque immunitate, hæc amplius non conceditur, ſi aliqui
filii ex primo conjugio moriantur, & totidem ex ſecunda Uxore naſcantur, ut ibi
in meis annotat.

Filius octimeſtris prodeſt pro obtinenda hac immunitate. Ita referente Magnif. Se-
20 natore Arconato decidit Senatus die 20. Martii 1670. pro quodam Prata -- Egr.
Secret. Annono; & de materia hujus caſus vide *in meis annotat. n.* 5., *& ſeqq.*
ad Ord. Senat. 7. Martii 1545.

Si poſt factam viſitationem ventris prægnantis filius naſcatur in ſeptimo menſe vivus,
& paulo poſt, ideſt poſt horam, moriatur, nihilominus locus eſt huic immu-
21 nitati. Ita referente Magnif. Senatore de Puteo cenſuit Senatus die 11. Aprilis
1670. pro quodam Prandono -- Egr. Secret. Gradignano.

Partus quinquemeſtris juvat pariter pro conſequenda hac immunitate. Ita referente
22 Magnif. Com. Bracherio decrevit Senatus die 23. Auguſti 1662. pro Carolo Ra-
daello.

Filiæ nuptæ, & Filii ſeorſim a Patre viventes non impediunt hanc immunitatem.
23 Ita cenſuit Senatus in Ord. 7. Maji 1552.; etiam ſi filiæ nuptæ ſint poſt mortem
24 Patris, modo bona paterna communia, & indiviſa ſint. Ord. Senat. 11. Decem-
bris 1553.

Non pariter impediunt hanc immunitatem Filii, vel Filiæ ingredientes Religionem
25 juxta declarationem Senatus diei 29. Novembris 1553. in cauſa Scipionis Nova-
rienſis, & Fratrum de Gallaratis.

Filius emancipatus computatur in numero duodecim liberorum pro obtinenda, vel
26 conſervanda hac immunitate, dummodo bona remaneant indiviſa. Ita judicavit
Senatus die 7. Maji 1552.

Si vero exerceat aliquod mercimonium, nec communicet ejus lucra aliis Fratribus,
27 tunc immunitas non prodeſt quoad ipſum mercimonium. Ita referente Magnif.
Senatore de Puteo declaravit Senatus die 25. Junii 1676. in cauſa cujuſdam Pipe-
relli cum Civitate Comi -- Egr. Secret. Oliverio.

Ad verſic. *ita quod in eis duodecimus &c.*

Superſtitibus undecim liberis, & ventre prægnante, hæc immunitas admittitur etiam
defuncto Patre, ut in caſu Lucretiæ Biliæ Uxoris Herculis Puſterlæ decrevit Se-
28 natus in Ord. 7. Martii 1545.; etiam ſi qui in utero eſt, non ſit proximus nativi-
tati juxta deciſionem ibi relatam *in meis annotat. n.* 1.

Si decedat Pater ſuperſtitibus decem liberis, & ventre Uxoris prægnante, & naſcantur
29 Gemelli locus ſit huic immunitati. Ita decidit Senatus die 26 Auguſti 1568.

Competit hæc immunitas, etiam ſi filius duodecimus editus vivus, poſtea moriatur.
Ita referente Magnif. Marchione Erba cenſuit Senatus die 4. Aprilis 1664. in
30 caſu cujuſdam Cornei -- Egr. Secret. Maddio; immo etiam ſi moriatur ante
31 viſitationem ventris prægnantis, dummodo eſſet vivus tempore petitionis, *ut in
meis annotat. n.* 3. ad Ord. Senat. 7. Martii 1545.

Quidam Ruſticus è loco Brignani decem habens filios, nec cogitans Uxorem gravi-
dam Gemellos in lucem edere poſſe, non petiit admitti ad beneficium hujus immu-
nitatis, niſi natis ipſis Gemellis, qui poſt factam petitionem, ſed antequam ſume-
32 rentur informationes, deceſſerunt. Referente Magnif. Regente Com. de Peyri dictum
fuit die 17. Auguſti 1745. eſſe locum immunitati -- Egr. Secret. Berſano.

(*c*) Ad verba *nec Nepotes*.

Non comprehenduntur in hac immunitate Nepotes ex Filiis immunibus; quamvis
ſuperſint Filii, vel Filiæ Patris immunis. Ita referente Magnif. Marchione Don
33 Carolo de Clericis decidit Senatus die 22. Auguſti 1674. contra Com. Franciſcum
Corium Minorem, filium, & hæredem Magnif. Senatoris Com. Caroli, & contra
Com. Antonium, & Fratres Minores Corios filios & hæredes Com. Philippi Ne-
potes, ſive Ablaticos Com. Antonii Corii eorum Avi paterni, immunis ob nu-
merum duodecim liberorum, licet adhuc ſupereſſent octo Sorores Filiorum, qui
cauſarunt dictam immunitatem -- Egr. Secret. Oliverio -- *Hac ſententia eſt per
extenſum impreſſa inter Ord. Senat.*

(*d*) Ad

Digitized by Google

(*d*) Ad verba *ſervcutur immunes*.

Immunitas hæc competit pro qualibet perſona Parentum, & Filiorum, una cum
34 Familia neceſſaria. Ord. Senat. 29. Martii 1547., & continuat in Patre, etiam ſi
ex poſt omnes ejus Filii moriantur, pro omnibus bonis, quæ poſſidebat de tempore
obtentæ immunitatis, ut diſponitur in hac Conſtitutione, & in Proclam. 20. De-
cembris 1656.

Hæc immunitas habet locum a die petitionis tantum. Ita referente Magnif. Senatore
35 de Puteo decrevit Senatus die 29. Novembris 1670. in caſu Franciſci Caymi --
Egr. Secret. Maddio.

Incipit autem a die petitionis, etiam quando duodecimus eſt in utero, quia in favora-
bilibus, qui in utero eſt habetur pro nato ad *text. in l. qui in utero ff. de ſtatu hom.*,
36 & ita poſt alios caſus, noviſſimè decrevit Senatus die 30. Maji 1763. favore Excel-
lentiſſimi March. Don Pompei Littæ Vicecomitis; & etiamſi interim moriatur aliquis
37 ex Filiis, dummodo duodecimus naſcatur vivus. Ita decidit Senatus die 28. Junii 1673.

Locum eſſe huic immunitati, etiam ſi pendente petitione aliquis ex Filiis obierit,
38 declaravit Senatus die 15. Junii 1575. ad preces Caroli de Tertiis; & propoſitis
per Magnif. Senatorem de Leyza informationibus ſumptis per Prætorem Comi de
exiſtentia duodecim liberorum Joannis Antonii Nattæ petentis immunitatem, non
obſtante morte unius ex undecim filiis ante factam petitionem, cenſuit Senatus die
39 17. Decembris 1692. dictum Joannem Antonium Nattam eſſe in caſu immunitatis
a die petitionis in antea, non obſtante morte unius ex undecim filiis ante factam
petitionem, & editionem partus vivi ventris prægnantis -- Egr. Secret. Coſſa.

Pro conſequenda hac immunitate Gaſpar de Zappis e loco Carimati obtinuit viſitari
ventrem prægnantem ejus Uxoris; cum vero ſumptæ fuiſſent informationes, non
citatis Syndicis Ducatus, ac omiſſis aliis neceſſariis ſolemnitatibus, rurſus obti-
nuit facultatem, ut ſervatis ſervandis informationes ſumerentur; cumque interim
obiiſſet unus ex filiis, dubitatum fuit, an poſſet gaudere immunitate. Propoſito
40 caſu in Senatu, deciſum fuit die 3. Aprilis 1669. immunitatem competere, &
quidem a die petitionis, non autem a die probationum, quia ipſe non fuit in
culpa, ſed Prætor, qui informationes ſervatis ſervandis ſumere debebat -- Egr.
Secret. Annono.

(*e*) Ad verſic. *quoad vixerint*.

Si unus ex duodecim filiis immunibus decedat inſtituto Hærede extraneo, etiam ſi
41 iſte repudiet hæreditatem; immunitas extinguitur quoad omnes ex ſententia Se-
natus diei 25. Februarii 1619.

(*f*) Ad verba *ab omnibus oneribus extraordinariis*.

Quoad immunitatem ab hiſce oneribus idem decrevit Senatus die 27. Januarii 1554.;
42 quænam autem ſint onera extraordinaria, ad quorum ſolutionem non tenetur con-
currere Immunis, declarantur in Ord. Magiſtrat. Ordinar. Reddit. 27. Novemb.,
43 & 14. Decemb. 1589., 21. & 29. Januarii 1621., & 28. Martii 1626.

Immunitas ab oneribus extraordinariis competit ſolum pro parte dominicali, non autem
44 pro parte colonica, aut perſonis Maſſariorum, aut Fictabilium. Ord. Magiſtrat. 1.
45 Januarii 1639., ſed iſti concurrere debent ad ſolutionem onerum, prout concurrunt
Coloni, & Fictabiles bonorum non Immunium. Ord. Magiſtrat. 3. Octobris 1626.,
& 29. Auguſti 1628.

Immunes ex cauſa liberorum, ſunt etiam exempti a muneribus perſonalibus ad *text.
in l. ſi quis Decurio. 24. C. de Decurionibus lib.* 10.; hoc tamen non procedit quoad
munera perſonalia honorifica, quæ ſubeuntur a Civibus; hinc, referente Magnif.
46 Senatore Marchione de Roſales, cenſuit Senatus die 31. Auguſti 1728. Com. Don
Joannem Paulum a Turri Rezzonicum privari non debere Decurionatu Civitatis
Novocomi ob ſupervenientiam hujus immunitatis.

Onus Annatæ, an ſit extraordinarium, & an iſti Immunes concurrere debeant ad ex-
47 penſas factas pro refectione mœniorum Civitatis, pro defenſione ab obſidione ho-
ſtium, ex cauſa peſtis, & belli, traditur *in meis Annotat. n.* 5. 8. *& ſeqq.* ad Ord.
Senat. 27. Januarii 1554.

Tenentur autem iſti Immunes ſolvere onera ordinaria, nempe Cenſum Salis, Taxas
48 equorum, earumque dupplicationes. Ord. Magiſtrat. 14. Decembris 1589., 13.
Auguſti 1625.; item concurrere ad ſolutionem Cenſuum, & debitorum Commu-
nita-

Digitized by Google

49 nitatis, ubi poſſident bona, quæ fuerunt contracta ante acquiſitam immunitatem.
Ord. Magiſtrat. 16. Maji 1653. Proclama 4. Aprilis 1658.

Item tenentur concurrere ad expenſas locales, quæ fiunt in Communitatibus cauſâ
reparationis Viarum, Pontium, Salarii Medicorum, Campariorum, Conſulum,
Syndicorum, Cancellarii, & ſimilium, & litium reſpicientium onera ab ipſis ſol-
50 venda, eorumque utilitatem. Ord. Magiſtrat. 14. Decembris 1589., 13. Auguſti
51 1625., neque ab hiſce expenſis præſervantur immunia bona ruralia Civium. Ord.
Senat. 30. Maji 1614.

Si Immunes coli faciunt eorum bona propriis expenſis, tenentur ſolvere onera pro
52 portione colonica, perinde ac ſi dicta bona colerentur a Maſſariis, vel Fictabilibus.
Ord. Magiſtrat. 22. Novembris 1625., 19. Maji 1629., & 16. Decembris 1632.

Maſſarii, vel Fictabiles immunes ob numerum duodecim liberorum, ſi conducant, &
colant bona, frui debent immunitate ſolum ab oneribus ſpectantibus laborerio, ſive
colonicæ in rationem perticarum centum viginti pro quolibet capite, & duabus Buc-
53 cis reſtrictè ad ſolas perſonas immunes, & capaces laborerii, & ubi colant bona
majoris perticatus, pro ſuprapluri non competit immunitas. Ord. Magiſtrat. 5.
54 Septembris 1608., 4. Junii 1630., & 27. Junii 1643., utque ſit locus immunitati
quoad hujuſmodi perſonas, requiritur quod in communione vivant, & unitim bo-
na conducant, & colant. Ord. Magiſtrat. 10. Julii 1627.

Qui ſunt in caſu fruendi hac immunitate, obtinere debent declarationem a Senatu,
& a Magiſtratu Ordinar. Reddit., ac exhibere tenentur documenta acquiſitionum
bonorum, quæ poſſident; & Communitates, in quarum Territoriis ſita ſunt bona,
55 reportare debent compenſationes, quæ annuatim fiunt a reſpectiva Provincia, pro
quantitate onerum ſpectantium ad ipſos Immunes. Ord. Magiſtrat. 6. Auguſti 1662.

(g) Ad verba *ab Imbotaturis*.

Pro obſervantia hujus Conſtitutionis idem decrevit Magiſtratus Ordin. Reddit. die
56 21. Januarii 1621., & omiſſis aliis, ita noviſſimè decrevit die 7. Julii 1763. in
caſu Excellentiſſimi Marchionis Don Pompei Littæ Vicecomitis.

Immunitas ab imbotaturis ob numerum duodecim liberorum competens Domino non
extenditur ad Conductorem ejus bonorum, qui pro portione colonica, ſive pro fru-
ctibus ad ipſum ſpectantibus tenetur ſolvere imbotatum. Ita declaravit Senatus die
57 23. Januarii 1641. ſuper precibus Equitis Aurelii Reſtæ, & Comitis Roſati -- Egr.
Secret. Com. Majoragio --; item cenſuit Magiſtratus Ordin. Reddit. die 14. Junii 1644.
58 in cauſa vertente inter Conſortes de Fidelibus, & Franciſcum Caſatum Domi-
num Datii Imbotatus Plebis Aliati ultra Lambrum.

Hocque procedit etiamſi ejuſmodi Immunis colere faciat ejus bona propriis expen-
ſis; nam nihilominus tenetur ad ſolutionem Imbotatus pro fructibus portionis
59 colonicæ. Ita declaravit Magiſtratus Ord. Reddit. die 3. Aprilis 1653. favore
Julii Forerii habentis jus exigendi datium Imbotatus in loco Novati contra Maſ-
ſarios, & Fictabiles Marchionis, & Fratrum de Modronis, decernendo præfatos Fra-
tres Modronos, & dictos eorum Fictabiles, ſeu Maſſarios teneri ad ſolutionem di-
cti Datii Imbotatus pro colonica; & idem a fortiori in caſu, quo bona prædicta
laborarentur propriis expenſis per manus famulorum præfatorum de Modronis, reſ-
pectu tamen portionis colonicæ; & interpoſita appellatione ad Senatum fuit dicta
60 ſententia ab eodem in omnibus confirmata die 4. Februarii 1655. referente Magnif.
Senatore Belcredio -- Egr. Secret. Philippo Meda.

(h) Ad verba *bonis propriis*.

Bonorum acquiſitiones ſimulatæ, & fraudolentæ pro obtinenda hujuſmodi immunita-
61 te, ſunt nullæ, & irritæ, & qui eas fecerit, privatur in totum immunitate. Pro-
clama 26. Junii 1636., 20. Decembris 1656., & 4. Aprilis 1658.; hinc ad occur-
rendum fraudibus, & ſimulationibus, quæ committi poſſunt in hac materia, diſpo-
62 ſitum eſt, immunitatem non competere pro bonis acquiſitis intra novem menſes
ante partum duodecimi filii ex Proclamate 30. Aprilis 1689.

Bona acquiſita ante adeptam immunitatem præſervantur immunia, ſi eorum pretium
63 integraliter ſolutum ſit; ubi vero non ſit ſolutum in totum, vel pro parte, tunc
tenentur ad onera ad ratam pretii non ſoluti. Ord. Magiſtrat. Ordinar. Reddit. 22.
64 Septembris 1627., & ita declaravit etiam Senatus die 13. Septembris 1647.

Bona, quæ a Debitoribus dantur in ſolutum Creditoribus Immunibus, frui debent
immunitate, ubi conſtet creditum ipſorum Immunium extitiſſe ante obtentam im-
mu-

Digitized by Google

65 munitatem, & dicta bona originaliter fuiſſe data in ſolutum a primo Debitore,
& non aliter. Ord. S. E. 9. Septembris 1665., & ubi data ſint in ſolutum cum
deductione tertiæ partis juſti valoris ad normam Nov. Conſtitutionum, non com-
66 petit immunitas pro dicta tertia parte deducta ex juſto valore, ut præſcribitur in
Proclam. 26. Junii 1636., 20. Decembris 1656., 4. Aprilis 1658.

Si quis emerit Cenſum ante immunitatem, & poſt illius conſecutionem evaſerit Cre-
ditor ob annuos Cenſus ſibi non ſolutos, & pro illorum ſatisfactione ſubhaſtare fe-
cerit fundum cenſualem, illumque habuerit in ſolutum, ſi ex fundo non percipiat ma-
jorem redditum, quam cenſum, fruitur immunitate pro toto fundo; ubi vero plus
67 percipiat, tenetur ad onera pro ſuprapluri. Ita declaravit Magiſtrat. Ordinar. Reddit.
die 11. Auguſti 1640 in caſu Deodati Bragherii cum Communitate Viguzoli Provin-
68 ciæ Derthonenſis, & die 7. Novembris ejuſdem anni in caſu ejuſdem Communi-
tatis cum Feudatario Hieronymo Ratto ad normam Proclamatis diei 26. Junii 1636.

Bona acquiſita poſt immunitatem tenentur ad onera tam vivente Patre, quam poſt
99 ejus mortem. Proclama *ut ſupra*, & 20. Decembris 1656., & 4. Aprilis 1658.;
hoc tamen non procedit indiſtinctè, ſed cum ſequentibus declarationibus.

Immunitas competit pro bonis acquiſitis ab Immuni ex ſucceſſione ab inteſtato Aſcen-
dentium tam ex linea paterna, quam materna, & etiam ex donatione facta a
70 Matre; & item ex fideicommiſſo Aſcendenti perveniente per lineam rectam; ſe-
cus vero pro bonis pervenientibus ex Tranſverſalibus ſive ex teſtamento, legato,
donatione, fideicommiſſo, ſive ab inteſtato.

Bona ex fideicommiſſo ordinato ab Extraneo fruuntur immunitate, ſi fuerint agnita
71 ab Immuni ante obtentam immunitatem; & idem ſervandum eſt, ſi ſuper hiſce
bonis mota fuerit lis ante immunitatem, & poſt eam pervenerint in Immunem
ex tranſactione.

Bona, quæ ab Immuni tranſeunt in alium pariter Immunem, non fruuntur immu-
72 nitate, niſi perveniant ab Aſcendenti Immuni, ut ſupra dictum eſt; & ita ſer-
vandum eſſe in recenſitis caſibus declaravit S. E. Ordine 9. Septembris 1665.

Hæc immunitas competit etiam Patri, & Filio pro bonis Dotalibus etiam datis inæ-
ſtimatis, & etiam ſi acquiſita ſint poſt obtentam immunitatem. Ita ad preces Mar-
73 chionum Galeatii, & Alexandri Patris, & Filii de Pallavicinis declaravit Senatus
contra Civitatem Papiæ in Ord. 24. Novembris 1624., ibique *in meis annot.*,
& ad Ord. Senat. 5. Septembris 1640.

Idem declaravit S. E. Ordine anni 1666. emanato ſuper conſultatione Egr. tunc Ad-
74 vocati Fiſcalis poſtea Senatoris Petri Stampæ; ubi autem agitur de bonis dotali-
bus Uxoris Filii vivente Patre, tunc ut locum habeat hæc immunitas, requiritur
quod Maritus bonis, & fructibus fruatur non ſeparatim. Ita declaravit Senatus
75 in ſententia diei 30. Junii 1606. ſupra relata *n.* 10.

Bannito cum bonorum confiſcatione Carolo Ambroſio Gattinara Comite Sartiranæ
ob homicidium commiſſum in Com. Carolum Mercurinum Gattinaram, quo de-
functo improli venerat caſus ſuccedendi in primogenio, quod poſſidebat, favore
filii primogeniti dicti Com. Caroli Ambroſii banniti, apprehenſa fuerunt omnia bona
a Fiſco, & publicato de more Edicto, coutradictum fuit nomine Infantis Pri-
mogeniti dicti Caroli Ambroſii, cui per ſententiam Magiſtratus Extraord. Reddit.
relaxata fuerunt omnia bona, & jura recenſitæ primogenituræ.

Liberatus fuit a banno dictus Comes Carolus Ambroſius ob præſentationem Banniti
vigore Proclamatum Excellentiſſimi Gubernatoris, & ſuſceptis undecim liberis, &
Uxore exiſtente gravida, obtinuit declarari ſe frui debere immunitate ob nume-
rum duodecim filiorum vigore hujus Conſtitutionis; & ipſo prætendente frui di-
cta immunitate etiam pro bonis primogenialibus relaxatis ejus Filio, ſe oppoſuit
Congregatio Intereſſatorum Mediolanenſium pro bonis in Agro Papienſi ſitis, de
quorum immunitate agebatur.

Fundamentum dictæ Congregationis pro impugnanda dicta immunitate in eo præci-
cipuè ſtetit, quod Comes Carolus Ambroſius per bannum capitale cum bonorum
publicatione, quo attento vigore Statutorum, & Ordinum impunè occidi pote-
rat, jus patriæ poteſtatis amiſiſſet, & bona Filio ſui juris effecto adjudicata fuiſ-
ſent ante adeptam immunitatem; & per conſequens eam conceſſam Patri pro ejus
bonis videri non eſſe extendendam ab bona per Filium prius acquiſita.

Reſponſum præ cæteris fuit Bannitos noſtri ævi ſecundum veriorem, & receptiorem
DD. ſententiam non amittere in loco, undè exulant, jura competentia de jure
communi, & naturali; & patriam poteſtatem competere de jure naturæ; jus vero
ipſius

Digitized by Google

ipſius patriæ poteſtatis de jure civili, & patriam poteſtatem utpote de jure naturæ non admitti per bannum; ipſius patriæ poteſtatis uti de jure civili per bannum ſopitum remanere, ſed eo ſublato reviviſcere; & ex verbis hujus Conſtitutionis -- ibi -- *ſerventur immunes quoad vixerint* clarè conjici immunitatem eſſe principaliter conceſſam Patri, & Filiis expendendo Conſtitutionem uti numero plurali *ſerventur immunes;* cum dixiſſet *Quicunque numerum duodecim liberorum habuerit*, ſi de immunitate Patri tantum concedenda cogitaſſent Conſtituentes, dixiſſent *ſervetur immunis* in numero ſingulari; item probari ex illis verbis *pro qualibet perſona parentum, & filiorum* ſimultaneam immunitatem connotantibus; & demum comprobari ex deciſione Senatus diei 24. Novembris 1624. pro March. Patre, & Filio Pallavicinis, qua declaravit immunem præſervari debere Filium vivente Patre pro bonis in dotem acceptis.

Super hac controverſia prædicta Congregatio nihil determinare voluit, & ſe remiſit
76 deciſioni Senatus, in quo poſtea relatis hinc inde deductis deciſum fuit die 1. Julii 1647. Filio immunitatem competere.

Bona, quæ perveniunt in alterum ex duodecim Filiis Immunibus, per acquiſitiones
77 particulares, non fruuntur hac immunitate, ſed tenentur ad onera ex ſententia Senatus diei 7. Julii 1603.

Etiam pro bonis permutatis competit hæc immunitas. Ita declaravit Magiſtratus
78 Ordinar. Reddit. die 11. Auguſti 1640. in caſu controverſiæ vertentis inter Antonium Mariam Rampinum, & Communitatem Viguzoli Provinciæ Derthonenſis.

Idem ad relationem Magnif. Senatoris Com. Calderarii judicavit Senatus die 13.
79 Maji 1717. decernendo competere Fratribus de Grandis immunitatem ex cauſa duodecim liberorum pro bonis tum permutatis in Provincia Cremonenſi, tum in
80 dotem habitis; eam autem non competere pro bonis quæſitis titulo donationis.

Deputaverat anno 1686. Congregatio Patrimonii Civitatis Cremonæ duos Patricios ad vendendum plus offerenti quædam bona inculta in Cremonenſi Territorio ſita, cum conditione tamen, ne ea venderent Perſonæ, quæ de proximo eſſet in caſu obtinendi immunitatem ob numerum duodecim liberorum.

Deliberata fuerunt dicta bona Franciſco Cattaneo, qui nundum elapſo menſe ea in ſolutum dedit Jacobo de Carolis aſſerto ejus Creditori, qui de tempore in ſolutum dationis jam habebat undecim liberos, & ventrem prægnantem Uxoris, pro cujus viſitatione inde ad menſem preces dedit Senatui, prout fieri conſuevit, & poſt porrectas hujuſmodi preces emit quædam alia bona Silviæ de Gallis ſita in eadem Cremonenſi Provincia.

Contendebat Civitas, immunitatem non competere dicto de Carolis, allegando maximè tenorem ſupradicti mandati, ne dicta bona venderentur perſonæ proximæ caſui obtinendæ immunitatis, & reſpectu bonorum Silviæ de Gallis emptorum poſt porrectas preces pro viſitatione ventris prægnantis, dicebat obſtare diſpoſitionem Proclamatis diei 30. Aprilis 1689.

Referente autem Magnif. Marchione de Araciel cenſuit Senatus die 3. Septembris
81 1692. licere Civitati termino quadrimeſtris vel recedere ab ipſo contractu, vel teneri ſolvere dicto de Carolis immunitatem, non obſtantibus deductis; quo vero
82 ad bona Silviæ de Gallis, eſſe dictum de Carolis in caſu fruendi immunitate ob numerum duodecim liberorum, non obſtante allegata diſpoſitione Proclamatis poſterioris contractui -- Egr. Secret. Ceſato.

Quidam Vezolius vendiderat cuidam Plantanidæ nonnulla bona ſita in Territorio Burgi Lavizarii Provinciæ Novarienſis, quæ poſtea per eundem Plantanidam vendita fuerunt Carolo Finali, & demum per ipſum Finalem Franciſco Ayroldo Reg. Theſaurario in Cancellaria Secretiori Mediolani, qui ex poſt ſuſcepto duodecimo filio petiit admitti ad immunitatem dictorum bonorum.

Petitæ immunitati ſe ſe oppoſuit Comitatus Novariæ allegando dicta bona non potuiſſe transferri in dictum Ayroldum; tum quia ad inſtantiam ipſius Comitatus transſmiſſum fuerat Vezolio præceptum ne dicta bona alicui Immuni, vel immunitati proximo venderet; tum quia interpoſita per Vezolium appellatione a dicto præcepto, initaque ſuper hac controverſia tranſactione etiam cum Finali conventum extitit, quod immunitas dicti Finalis, & ejus filiorum reducta, & reſtricta eſſe deberet ad annos triginta tantum, & quod pro annis quindecim ipſis competeret integra immunitas dictorum bonorum, pro reliquis autem quindecim annis competeret ſolum pro medietate; & per conſequens dicebatur Carolum Finalem poſt conſecutum beneficium integræ immunitatis pro primo quindennio, & me-

medietatis pro nonnullis annis ſecundi quindennii non potuiſſe alienare dicta bona
in Franciſcum Ayroldum proximum immunitati, qua eidem conceſſa privatus re-
manebat Comitatus beneficio reſtantis medietatis ſolutionis onerum pro dictis bo-
nis, in quo conſiſtebat totum pretium tranſactionis ad commodum Comitatus, &
Provinciæ.

Reſponſum fuit ex parte Ayroldi, quod ea bona ipſe non acquiſivit a Vezolio, cui
tranſmiſſum fuerat dictum præceptum, ſed a Carolo Finali, & in Inſtrumento
dictæ tranſactionis, cum inſerto dicto præcepto, nullum initum fuiſſe pactum,
quod Finalis non poſſet dicta bona vendere alicui proximo immunitati; & per
conſequens Tranſigentes noluiſſe ejuſmodi conventionem ſtipulare, cum facilè eam
exprimere poſſent, & omiſſum in contractibus habere voluiſſe pro conſultò omiſſo
ad *text. in l. quid quid adſtringendæ. ff. de verb. obligat.*

Re in Senatu propoſita per Magnif. Com. Gambaranam die 6. Maji 1709. decre-
83 tum fuit Ayroldum eſſe in caſu immunitatis, non obſtantibus deductis.

(*i*) Ad §. *Hæc immunitas* verſic. *omnes duodecim liberi ſuperſtites fuerint*.

Durat hæc immunitas in Filiis poſt mortem Patris, etiamſi aliqui ex ipſis deceſſe-
84 rint, dummodo ſuſperſtites in communione vivant. Ord. Senat. 10. Novembris
1563., ibique *in meis annotat.*; & cum hac declaratione, quod ubi ex filiis ſu-
perſint tantum ſex, immunitas competit ſolam pro medietate onerum, a quibus
85 immunes erant; & ubi filiorum numerus reducatur ad tres, vel minus, tunc
competit ſolum pro quarta parte, ut præſcribitur in Proclamate 4. Aprilis 1658.

Si decedat aliquis ex filiis immunibus relictis poſt ſe filiis, iſti non fruuntur amplius
86 immunitate, etiamſi perſeverent in communione cum eorum Patruis, & immuni-
tas acquiſita ab uno Fratre non extenditur ad alium Fratrem. Proclama *ut ſupra*.

(*l*) Ad verſic. *in communione vivant*.

Communio præſcripta ab hac Conſtitutione intelligitur quoad bona paterna tantum,
87 ita ut indiviſa remaneant, nec diviſa intelliguntur, ſi aliquis ex Fratribus ſeorſim
habitet, aut ratione exercitii in aliam ſe conferat Provinciam. Ita decidit Sena-
tus die 6. Maji 1567., & in Ord. 7. Julii 1603., ibique *in meis annotat.*

Cum mortuo Joanne Andrea de Truſiis Viquerienſi ſuperſtitibus treſdecim Filiis,
unus ex ipſis petiiſſet diviſionem, aliis Fratribus in communione perſeverare volen-
88 tibus, Senatus audita Communitate cenſuit die 22. Septembris 1595. Fratres in
communione perſeverare volentes eſſe præſervandos in eorum immunitate, non
89 obſtante unius diviſione; & referente Magnif. Senatore Com. Loayſa idem decrevit
die 20. Junii 1668. juxta votum Egr. Advocati Fiſcalis Caſati -- Egr. Secret. Maddio.

(*m*) Ad §. *Pro Mercatura autem &c.*

Hæc Conſtitutio intelligi debet loqui de Datiis Mercaturæ, non autem de ejuſdem
Æxtimo; undè exercentes Mercimonium Immunes ſunt ob numerum duodecim li-
berorum etiam ab Æxtimo, quod eſt onus patrimoniale. Ita declaravit Senatus die
90 23. Julii 1642. favore cujuſdam Mercatoris Derthonenſis -- Egr. Secret. Creſcentino;
91 & referente Magnif. Marchione Caxa die 12. Januarii 1665 in cauſa vertente inter
Mercatores Immunes Comi, & Cenſtores Æxtimi -- Egr. Secret. Maddio.

Publicato Regio Ordine diei 11. Julii 1671. mandante neminem debere eſſe immunem
pro negotiatione, ſive prætendatur immunitas ex lege, vel Realibus Ordinibus,
vel ex Conſtitutionibus hujus Dominii, dubitatum fuit an in hac prohibitione
comprehenderetur etiam immunitas ex cauſa duodecim liberorum. Conſiderata au-
tem qualitate hujus immunitatis, eam prædictus Ordo recepit interpretationem,
ut procedat pro quibuſcunque exemptionibus, excepta tamen hac immunitate,
quæ uti clauſa in corpore juris, & publicam reſpiciens utilitatem nunquam cen-
ſeatur ſublata, niſi ſpecialis de ea facta ſit mentio, & expreſsè ſit abrogata.
92 Hinc Tribunal Proviſionum anno 1673. 21. Decembris declaravit Fratres de Re-
gianis eſſe immunes a ſolutione Æxtimi non obſtantibus in contrarium deductis per
Univerſitatem Mercatorum auri, argenti, & ſerici; idem judicavit Senatus die 20.
93 Junii 1674. favore Petri Martyris Parravicini contra Univerſitatem Draperiorum Lanæ,
94 & Magiſtratus anno 1674. 13. Novembris favore Leonardi del Mato contra Uni-
95 verſitatem Mercatorum; & rurſus Senatus die 15. Februarii 1678. favore Merca-
toris Rotæ, referente Magnif. Senatore de Puteo -- Egr. Secret. Coſſa.

Circa

Digitized by Google

Circa hanc immunitatem, nunc obſervanda ſunt quæ præſcribuntur in Edicto diei 15. Julii 1757. publicato ex Ordine Regiæ Junctæ Præfectorum novo Cenſui inſerius impreſſo.

DE GYMNASIO TICINENSI, ET IN EO STUDENTIUM IMMUNITATE.

INter cætera, quæ in Mediolanenſi Dominio admiranda ſunt, Ticinenſe Gymnaſium eſt omnibus ætatibus illuſtre (*a*), amplis privilegiis (*b*), etiam à Summis Romanis Pontificibus decoratum, ad quod non ſolùm hujus Dominii Subditi confluunt, ſed etiam alii exterarum gentium, & nationum ad bonas artes, & ſcientias addiſcendas. Et quia hæc ſtudia quietem deſiderant (*c*), ideò ſancitum eſt, quòd omnes, & ſinguli in eo Gymnaſio ſtudiis operam dantes, togati incedant, veſtibuſque longis utantur, ſeque omninò à brevibus abſtineant: ut ſicut in ſcientiis profitentur animi integritatem, & gravitatem, ità etiam in habitu, & inceſſu præſeferant. §. Abſtineant etiam ab armorum delatione (*d*), cùm ſtudiis non armis vacare habeant, ſub pœna contrafacienti aureorum viginti pro ſingula vice, Fiſco applicanda; & item amiſſionis veſtium, & armorum, quæ executorum ſint.

Omnibus huic Dominio Subditis prohibitum eſt, ne ſe causâ ſtudiorum in aliis Gymnaſiis, quàm Ticinenſi conferant, ſub pœna indignationis Principis (*e*), & aureorum quadringentorum ipſo facto Fiſco applicanda, ſi contrafaciens ſui juris fuerit: ſi verò in alterius poteſtate conſtitutus ſit (*f*), is, qui eum in poteſtate habuerit, ſi de ejus conſenſu factum ſit, in pœnam ducentorum aureorum incidat: ſin minus incurrat pœnam pecuniariam, arbitrio Senatus imponendam, & ipſo facto Fiſco applicandam. §. Eâdemque pœnâ tenebuntur ii, qui inſignia Doctoratus alibi (*g*), quàm in Ticinenſi Gymnaſio aſſumpſerint (*h*).

Poſſunt omnes Doctores, & Scholares quarumcumque nationum, modò non ſint banniti, nec rebelles noſtri, liberè, & omni impedimento ceſſante Papiam ire, in ea habitare, ſtare, & converſari, ab eaque recedere cum ſua Familia, Veſtibus, Libris, Utenſilibus, Pannis, Laneis, Lineis, Sericeis, & alia Suppellectili neceſſaria, & opportuna pro uſu eorum, ſinè ſolutione alicujus Pontis, Portus, Gabellæ, aut cujuſvis Datii, cujuſcunque Civitatis, aut Loci hujus Dominii. Quòd ſi in dubium vocaretur aliquod prædictorum non eſſe ipſorum Doctorum, Scolariumve, vel ad eorum uſum non ſpectare, ſtandum eſt juramento Doctoris, Scholariſve, qui ea conduci faciet. §. Eiſque Scholaribus nulla moleſtia inferenda eſt, etiam ſi ſuperveniret bellum inter nos, & eos, quibus ipſi Subditi ſunt: modò contra ſtatum, vel honorem noſtrum, non moliantur.

Digitized by Google

AD TIT. DE GYMNASIO TICINENSI, ET IN EO STUDENTIUM IMMUNITATE.

Decis. et Annot.

PRior Aulæ Ticinenſis habet auctoritatem aſſumendi informationes de vita, & mo-
1 ribus Scholarium, & de tempore, quo ſtuduerint, firma tamen manente obli-
gatione Matriculæ, nec non Lectorum, & Bidellium. Ita decrevit Senatus die 1.
Junii 1668. -- Egr. Secret. Maddio.

In hoc Gymnaſio retroactis temporibus aderant Rectores Legiſtarum, & Artiſtarum,
2 qui erant Studentes & ipſi, & eligebantur a Scholaribus, ut conſtat ex pluribus
Ordinibus Senatus, & ſignanter ex Ord. 15. Junii 1535., & 27. Januarii 1581.,
3 in quibus demandatur continuatio eorum electionis; & Rector Legiſtarum præce-
debat Rectori Artiſtarum. Ord. Senat. 18. Septembris 1561.

Iſti Rectores ſummo in honore habebantur; nam titulo *Egregii* decorabantur a Senatu,
4 & ipſis accedentibus ad inviſendum Excellentiſſimum Gubernatorem hujus Domi-
nii, vel alios Principes commorantes Papiæ, Bidelli hujus Gymnaſii tenebantur
ante ipſos deferre Sceptra Univerſitatis. Ord. Senat. 7. Aprilis 1562.

Doctorabantur abſque examine, & ſolutione alicujus honorarii. Ord. Senat. 28. Maji
5 1556.; ut vero & ipſi proprii ſtudii ſpecimen præberent, eorumque virtutes eluceſce-
6 rent, expoſt ordinatum fuit debere ſe ſubjici examini, ſed doctorari abſque impenſa
alicujus honorarii. Ord. Senat. 1. Junii 1556.

Scholares hujus Gymnaſii cujuslibet nationis habent proprium Conſiliarium (*caput*
7 *vocant*,) exceptis Papienſibus, & Hiſpanis, qui non poſſunt creare nationem, nec
ſpupillationem exigere, ut ſanxit Senatus die 10. Decembris 1670. datis literis ad
8 Magnif. Prætorem Papiæ; nec poſſunt admitti ad aliqua Officia in ipſo Gymnaſio.
Ord. Senat. 23. Junii 1554.; Scholares autem matriculati in una natione non poſ-
9 ſunt deſcribi in alia. Ord. Senat. 7. Novembris 1554.; & quid circa ipſam Ma-
10 triculam ſervandum ſit, habetur in Ord. Senat. 4. Septembris 1638. §. *Di più;*
1. Martii 1651., 12. Januarii 1661., 22. Aprilis 1667., 16. Novemb. 1670.
§§. *eiſd.*

Scholares Ultramontani non habent Conſiliarium, ſed Priorem, qui primum locum
11 habere debet in actibus publicis poſt Rectores Univerſitatis. Ord. Senat. 9. Aprilis
1573.; & dicti Scholares fruuntur quibuſdam exemptionibus, quoad expenſas Lau-
12 reæ, & aliis privilegiis. Ord. Senat. 22. Aprilis 1667. §. *E perchè*; 16. Novembris
1670. §. *eod.*

Orta contentione inter Conſiliarium nationis Mediolanenſis, & Conſiliarium Gene-
ralem totius Provinciæ circa præcedentiam inter ipſos; Senatus hanc competere
13 Conſiliario Mediolanenſi in omnibus actibus publicis, & privatis ſanxit in Ord. 2.
Januarii 1556.; omnibus autem Conſiliariis vetitum eſt tradere Scholaribus ſcrip-
14 turam, quam *privilegium* vocant. Ord. Senat. 4. Septembris 1638., 1. Martii 1651.,
12. Januarii 1661., 22. Aprilis 1667., 16. Novembris 1670.

Conſiliarii, & Scholares hujus Gymnaſii non debent ſe ingerere in danda licentia
Circulatoribus, Mimis, Hiſtrionibus, & aliis hujus generis, ut queant artem ſuam
15 exercere Papiæ, prout abuſivè prætendunt. Ita referente Magnif. Marchione
Erba reſcripſit Senatus die 10. Decembris 1668. Magnif. Prætori Papiæ -- Egr.
Secret. Beleredio.

Scholares impedire non debent ab audiendis Lectoribus, quos maluerint. Ord. Senat.
4. Januarij 1556.; exigere non poſſunt ſpupillationem ab ingredientibus Scholas,
17 & devotè colere debent diem feſtum S. Catharinæ. Ord. Senat. 4. Septemb. 1638.,
& aliis omiſſis, 16. Novembris 1670. renov. 15. Aprilis 1679.

Scholaribus accedentibus ad Aulam Epiſcopalem pro aſſumenda Laurea; vel ipſis cum
Lectoribus collegialiter intervenientibus alicui functioni publicæ præcedunt Bidelli
Univerſitatis cum Sceptris, altero Legiſtarum, Artiſtarum altero, quæ confecta ſunt
18 ſumptibus Scholarium, ut ex Ord. Senat. 16. Octobris 1556.; & aſſervari penes
19 ipſos prohibuit idem Senatus Ord. diei 20. Martii ejuſdem anni.

Omnibus prohibitum eſt injuriis afficere hos Scholares, & delinquens retineri debet
20 in Carcere uſque ad expeditionem cauſæ ex Proclamate 25. Septembris 1638., &
3. Decembris 1641.

Scholares Hiſpanos in hoc Gymnaſio ſtudentes eſſe ſubjectos Juriſdictioni Judicis
ordi-

Digitized by Google

21 ordinarii conſuluit Senatus die 23. Junii *1666.* Excellentiſſimo Gubernatori --
Egr. Secret. Annono.

Non debent admitti Scholares ad Lauream in hoc Gymnaſio, niſi reportata atteſta-
tione ab Actuariis criminalibus Papiæ, quod de aliquo crimine non ſint impiſti,
22 & ſignanter de delictis expreſſis in Ord. Senat. 4. Septembris 1638. §. *Non s'ad-*
metterà, & in aliis renovatis in Ord. 15. Aprilis *1679.*; & pariter exhibere
tenentur atteſtationem loci Domicilii, quod non ſint de aliquo delicto accuſati,
23 non obſtante aliqua conſuetudine in contrarium, ut ad literas Magnif. Prætoris
Papiæ, reſcripſit Senatus die 4. Februarii *1667.* in caſu Comitis Rovidii --
Egr. Secret. Coſſa.

Alumni Almi Collegii Ghislerii uti Tonſurati non puniuntur a Curia Sæculari pro
24 delicto patrato in ipſomet Collegio; proceſſus tamen inſtrui debet a Magnif.
Prætore, ut delicti habeatur ratio tempore adipiſcendæ Laureæ, vel cum habitum
depoſuerint, vel non fuerint condigne puniti. Ita referente Magnif. Senatore de
Puteo decrevit Senatus die *6.* Martii *1674.* in caſu exploſionis cum vulnere ſe-
cutæ in eodem Collegio.

Ut quis admittatur ad Lauream, debet per quinquennium ſtuduiſſe in hac Univer-
ſitate ad præſcriptum Ordinum; tamen ſi ſtuduerit per quattuor annos Papiæ, & per
unum Mediolani ſub Lectore Inſtitutionum in Scholis Palatinis, debet admitti.
25 Ita referente Magnif. Com. Bracherio, cenſuit Senatus die 11. Julii 1668. --
Egr. Secret. Sadarino.

Hinc ex Matricula conſtare debet Laureandum per debitum tempus ſtuduiſſe in hoc
26 Gymnaſio. Ord. Senat. 4. Septembris 1638., 1. Martii 1651., 12. Januarii *1661.*,
22. Aprilis *1667.*, *16.* Novembris *1670.*, 15. Aprilis *1679.*; & inſuper repor-
tanda eſt a Lectoribus atteſtatio de frequentatione Scholarum ad normam mox
recenſitorum Ordinum, ut referente Magnif. Senatore Carillo rurſus decrevit
27 Senatus die *9.* Auguſti 1668. ad literas Magnif. Prætoris Papiæ -- Egr. Secret.
Annono.

In caſu cujuſdam Laureati in hoc Gymnaſio, qui Scholas non per tempus ab Ordi-
nibus Senatus præfixum, ſed per paucos dies tantum frequentavit, productis Te-
ſtibus falſis ad contrarium probandum; Senatus die 16. Maji *1669.* decrevit, ei
28 interdici debere exercitium Doctoratus ſub pœna aureorum mille; Teſtes tantum laicos
in poſterum eſſe admittendos, & corripiendos Lectores, qui atteſtationem ſubſcripſere
contra veritatem, datis literis Magnif. Prætori Papiæ -- Egr. Secret. Maddio.

Cuidam de Nigris Novarienſi, qui in hoc Gymnaſio ſtuduerat tantum per annum
29 cum dimidio Arti Medicæ, referente Magnif. Senatore Com. Loayſa Senatus die
20. Junii 1672. diſpenſationem concedere noluit, ut poſſet admitti ad Lauream,
non obſtante voto Lectorum.

Medici poſt adeptam Lauream in hoc Gymnaſio, antequam exercere queant artem
30 Medicam in hac Civitate, vel Ducatu, examinantur a Collegio Phyſicorum
hujus Urbis; pro exercenda autem eâ in reliquis hujus Dominii partibus, exa-
31 minatur a Protophyſico, & ubi agitur de Extero, requiritur Senatus approbatio.
32 Ita referente Magnif. Senatore de Puteo decrevit Senatus die 20. Februarii *1669.* --
Egr. Secret. Belcredio.

Hinc referente Magnif. Senatore de Leyza ſanxit Senatus die 25. Septembris *1697.*
33 Phyſicum Angelum Martinum Torcellum Finarienſem in poſterum abſtinere de-
bere ab exercitio Artis Medicæ in toto Mediolani Dominio, donec prævio exa-
mine per eum ſubeundo coram Collegio Phyſicorum, & Protophyſico, illoque
per Senatum viſo, aliter fuiſſet ordinatum; pro executione vero hujus decreti
dandas eſſe literas ex officio Egr. Capitaneo Juſtitiæ, ut inhiberet dicto Torcello
exercitium ſub quacunque pœna etiam corporali per Senatum arbitranda -- Egr.
Secret. Ceſato.

Anno *1670.* referente Magnif. Senatore Arconato Senatus denegavit diſpenſationem
34 cuidam Phyſico Regenſi, licet per decennium Artem Medicam exercuiſſet in hoc
Dominio, haberet bona dotalia in Provincia Laudenſi, approbatus fuiſſet a Col-
legio Phyſicorum Cremonæ, & Fiſcus annuiſſet.

Medici Pontremolenſes, ut exercere poſſint, ſubjiciuntur tantum examini Phyſicorum
35 Collegii hujus Urbis; etiamſi Lauream adepti ſint extra Univerſitatem Papiæ. Ita
referente Magnif. Senatore Arconato declaravit Senatus die 28. Aprilis *1674.* --
Egr. Secret. Oliverio.

Collegium Griſſorum Papiæ petiit facultatem recitandi puncta privata in ipſo Col-
legio

Digitized by Google

legio pro ejus Alumnis laureandis, prout practicatur in Almis Collegiis Borro-
meo, & Ghislerio pro eorum Alumnis. Referente Magnif. Senatore Carillo Senatus
36 die 9. Auguſti 1668. denegavit petitam facultatem -- Egr. Secret. Annono.

Lectores hujus Gymnaſii vacare non debent a lectione ea die, qua aliquis Scholaris
37 doctorandus eſt. Ord. Senat. 25. Februarii 1551., & cavere debent a nimia tar-
38 ditate in prælegendo, & a cumulatione Doctorum recentiorum. Ord. Senat. 9.
Maji 1591.

Non poſſunt exercere munus Judicis, Pro-Vicarii, Pro-Fiſcalis, aut Pro-Referendarii
39 in Prætorio Papiæ, ne diſtrahantur ab exacto eorum Officii implemento. Ord. Se-
40 nat. 9. Decembris 1637., neque Officia biennalia ſub pœna ipſo jure, & facto
privationis Lecturæ. Ord. Senat. 11. Januarii 1700.

Lectis in Senatu literis Magnif. Prætoris Cremonæ in cauſa ſuſpenſionis Lecturæ in
hoc Gymnaſio conceſſæ J. C. Joanni Antonio Pultio Judici Prætorio Cremonæ ad
effectum, ut ipſe continuare poſſet in dicto munere Judicis, non obſtante dicta
41 Lectura; cenſuit Senatus die 8. Januarii 1693. concedendam eſſe diſpenſationem
dicto J. C. Pultio, dummodo tamen pro tempore, quo fungeretur munere Judicis,
non gauderet ſalario, nec immunitate -- Egr. Secret. Coſſa.

Lectores tenere debent Domi Academias privatas pro repetendis lectionibus datis
42 Scholaribus. Ord. Senat. 22. Aprilis 1667., 16. Novembris 1670.; & alia plura
præſtare debent pro implemento eorum muneris, præſcripta in Ord. Senat. 15.
Aprilis 1679.

Poſt exercitum laudabiliter per annos viginti Lectoris Officium, evadunt Comites
ad *text. l. un. ibique Gloſ. in verb. ex Vicaria. C. de profeſſor. qui in Urbe &c. lib.*
43 12.; & ob hujuſmodi meritum declaratus fuit Comes Don Joannes de Apeztaguia
publicus in hoc Gymnaſio Juris Interpres ab invictiſſimo Imperatore CAROLO VI.
anno 1730.

Bidelli hujus Gymnaſii tenentur deferre Prætori Papiæ notulam Scholarium, qui ma-
44 triculantur. Ord. Senat. 4. Septembris 1638., 1. Martii 1651., & aliis omiſſis,
16. Novembris 1670., tenentur in fine cujuslibet Tertiariæ tranſmittere Secreta-
45 rio Senatus Provinciali copiam cum juramento notulæ Scholarium traditæ Prætori
46 Papiæ, & eidem cum fide jurata deferre notulam Scholarium exiſtentium. Ord.
ut ſupra 1670.

Qualibet die annotare debent Lectores abſentes, & in fine cujuslibet hebdomadæ
47 notulam deferre Prætori Papiæ, & aliam tranſmittere Præſidi Senatus. Ord. Se-
nat. 2. Decembris 1683.; aliaque ab ipſis præſtanda pro implemento eorum Offi-
cii, habentur in Ord. Senat. 15. Aprilis 1679.

AD CONSTITUTIONEM.

(a) Ad §. *Inter cætera* verb. *omnibus ætatibus illuſtre.*

Hoc Gymnaſium eſſe illuſtre ſatis comprobat ejus antiquitas, quum Imperatoria au-
48 thoritate fuiſſe in publicam Academiam firmatum anno 801. a Carolo Magno,
& a Ludovico Pio ejus Filio confirmatum anno 829., tradat Antonius Gattus
in eodem Gymnaſio Lector in *Hiſtoria Gymnaſ. Ticinen. cap. 10. in fine*; quod
49 poſtea fuit reſtauratum ab Imperatore CAROLO IV., ut probatur ex ejuſdem Di-
plomate anni 1361. per extenſum relato a laudato Gatto *d. Hiſt. cap.* 16.

(b) Ad verba *amplis privilegiis &c.*

Ad ſupplicationem Galeatii Vicecomitis Comitis Virtutum, & Vicarii Imperialis, Sum-
mus Pontifex Bonifacius IX. hoc Gymnaſium in generale omnium ſcientiarum Studium
50 Apoſtolica authoritate confirmavit, & condecoravit omnibus privilegiis, libertati-
bus, immunitatibus, & indulgentiis conceſſis Univerſitatibus Bononienſi, & Pari-
ſienſi favore Lectorum, & Scholarium, & ut latius ex ejuſdem Diplomate 16.
Novembris 1399.

Ad augendum pariter ſcientiarum ſtudium, Ludovicus Maria Sfortia Anglus Medio-
lani Dux conceſſit hujus Univerſitatis Lectoribus ampliſſimam immunitatem a
51 quibuſcunque oneribus tam realibus, quam perſonalibus latè expreſſis in ejus
Diplomate diei 19. Januarii 1496.

Enunciata Diplomata per extenſum refert laudatus Gatt. *de Hiſt. Gymnaſ. Tici-
nenſis cap.* 17.

Hanc

Digitized by Google

Hanc immunitatem a quibuſcunque oneribus patrimonialibus, & extraordinariis
etiam ex cauſa belli conceſſam Lectoribus, & Bidellis hujus Gymnaſii, & com-
probatam a Mediolani Duce Franciſco Sfortia II. anno 1533., obſervari debere
52 inviolabiliter etiam tempore belli mandavit PHILIPPUS II. Hiſpaniarum Rex
literis Regiis diei 23. Julii 1555. approbatis a Senatu Ord. 31. Januarii 1556.
impr. inferius in Addit. Ordin.

Recenſita immunitas debetur Lectoribus a die deſignatæ Lecturæ. Ita in contro-
verſia vertente inter J. C. Aſcanium Grazzanum Piceleoneſem Inſtitunionum
53 Imperialium in hiſce Scholis Interpretem, & Communitates Cremonæ, & Sancti
Baſſiani declaravit Senatus in Ord. 5. Decembris 1604., & integra juxta ſolitum
54 ſervari debet, quibus non fuit denegata, vel limitata. Ord. Senat. 1. Decembris
1631.; nec eorum Fictabiles, aut Coloni gravari poſſunt Militum hoſpitatione
55 pro portione ad ipſos Lectores ſpectante. Ord. Senat. 27. Auguſti 1627., & circa
obſervantiam hujus immunitatis tempore belli, vide *ibi in meis annotat.*

(*c*) Ad verſic. *Et quia hæc ſtudia quietem deſiderant.*

Scholares abſtinere debent a clamoribus, & rumoribus, maximè tempore Lectionum,
56 & ubi non obtemperent, Lectores de delinquentibus debent certiorem reddere
Prætorem Papiæ. Ord. Senat. 15. Aprilis 1679., utque remoto ſtrepitu ſtudio in-
57 cumbere poſſint, ipſis permiſſum eſt poſſe expellere Fabrum malleantem. Ord.
Senat. 18. Aprilis 1592., ibique de hac materia *in meis annotat.*

(*d*) Ad §. *Abſtineant etiam ab armorum delatione.*

Prohibitio deferendi arma cujuſcunque qualitatis Scholaribus renovata eſt Ordine
58 Senatus 12. Januarii 1661., 22. Aprilis 1667., 16. Novembris 1670., & Procla-
mate 25. Septembris 1638., 3. Decembris 1641., 23. Auguſti 1669.

(*e*) Ad §. *Omnibus* verb. *ſub pœna indignationis Principis.*

Hæc pœna importat amiſſionem Feudi, & Tituli, ubi adſit, & Exilium perpetuum
a Dominio, ita quod Reus poſſit impunè offendi, ſi pedem intulerit. Ita decla-
59 ravit Senatus die 27. Februarii 1676. in caſu Marchionis Craſſi, cui fuerat traſ-
miſſum præceptum, ut recederet ab hoc Dominio, & accederet Neapolim ſub
pœna indignationis Principis, & fuit contumax -- Egr. Secret. Tatto.

Laureatus extra hoc Gymnaſium, quoad pœnas hic impoſitas, gaudet beneficio In-
60 dulti. Ita cenſuit Senatus die 27. Februarii 1630. favore Joſeph Solarii; die 2.
61 Martii ejuſdem anni favore Hieronymi Ferrarii; & referente Magnif. Senatore de
62 Puteo die 21. Aprilis 1662. favore J. C. Fantini, & J. C. Guadagni.

(*f*) Ad verſic. *ſi vero in alterius poteſtate conſtitutus ſit.*

Has pœnas incurrunt etiam Patres, Fratres, Tutores, Curatores, & alii qui Scholares ſub
63 ſua poteſtate, vel regimine habent. Ord. Senat. 4. Septembris 1638., 8. Novem-
bris 1641.

(*g*) Ad §. *Eadem pœnâ* verſic. *qui inſignia Doctoratus alibi.*

Inſigni Collegio Juriſperitorum Mediolani fuit conceſſa facultas Doctorandi etiam
64 Subditos hujus Dominii ex Ord. Senat. 8. Novembris 1641.; hæc facultas quoad
Exteros, & Clericos indiſtinctè fuit confirmata; & quoad Subditos, cum condi-
65 tionibus præſcriptis in Ord. Senat. 10. Februarii 1662.; expoſt vero quoad Subdi-
tos, & Scholares Gymnaſii Ticinenſis dicta facultas fuit in totum abrogata ex Ord.
66 Senat. 22. Aprilis 1666. §. *Confirmando*, & 16. Novembris 1670. §. *eod.*; & ita
67 etiam decrevit idem Senatus in caſu relato *in meis annotat. ad Ord.* 10. *Februa-
rii* 1662.

(*h*) Ad verſic. *quam in Ticinenſi Gymnaſio aſſumpſerint.*

Medici Subditi, & extra Gymnaſium Ticinenſe Laureati artem ſuam exercere
68 nequeunt in hoc Dominio. Ord. Senat. 9. Aprilis 1668., & 17. Martii 1744.
in Addit. Ordin. inferius impreſ.

Quidam Phyſicus Laureatus in alieno Dominio, & eximia virtute præditus, qui
incubuit praxi, & exercuit Artem Medicam in hac Urbe cum exhibitione atte-
ſtationum, quod de tempore ſuſceptæ Laureæ ob peſtem, quæ graſſabatur in
Civi-

Digitized by Google

Civitate Genuæ, & bellum, quod fervebat in hoc Dominio, non potuit ſe
transferre ad Univerſitatem Papiæ; referente Magnif. Com. Loayſa fuit a Senatu
69 admiſſus die 23. Octobris 1671. ad praxim, & inde ad actum approbationis
reportandæ a Collegio, ita tamen, ut a Lectoribus Gymnaſii Ticinenſis reco-
gnoſceretur, & approbaretur -- Egr. Secret. Sadarino.

Laureatus extra hanc Univerſitatem ſub prætextu inimicitiæ habitæ in hoc Dominio,
70 non admittitur ad Officia; diſpenſatur autem a Senatu, ut Subditus pauper alibi
71 ſtudere, & Lauream aſſequi poſſit, ut in caſibus relatis *in meis annot. ad Ord. Se-
nat.* 8. *Novembris* 1641. *n.* 2. 3.

Quidam Cribellus, qui uti bannitus ab hoc Dominio ſtuduerat in Univerſitate In-
golſtadii, probato quod ibi ſtuduiſſet per tempus debitum, referente Magnif. Se-
72 natore Pattellano fuit a Senatu diſpenſatus die 26. Aprilis 1662. ad ſumendam
Lauream in hoc Gymnaſio -- Egr. Secret. Annono.

Anno 1672. die 5. Aprilis Senatus diſpenſavit quemdam Vulpium Cumenſem poſſe
73 Lauream ſumere a Comite Palatino ad effectum conſequendæ hæreditatis tantum,
non vero exercendi Officia, aut Advocationem.

Laureati in Univerſitate Bononiæ, & Salamancæ admiſſi ſunt a Senatu, nempe J. C.
74 Cantonus doctoratus Salamancæ die 23. Novembris 1661. -- Egr. Secret. Belere-
dio; -- J. C. Placidus Gomez de Sylva Hiſpanus Laureatus Bononiæ, referente
75 Magnif. Senatore de Puteo die 9. Januarii 1662. -- Egr. Secret. Maddio --; &
76 J. C. Lopez Hiſpanus, referente Magnif. Senatore Pattellano die 1. Martii 1662. --
Egr. Secret. Sadarino.

Quidam Carnellus Chirurgus petiit a Senatu diſpenſationem ut poſſet Lauream ſu-
mere a Comite Palatino in hac Urbe; referente Magnif. Senatore de Puteo de-
77 cretum fuit die 28. Januarii 1677. teneri adire Univerſitatem Papiæ, & ibi Lau-
ream obtinere, & eſſe dandas literas Priori Univerſitatis, ut ſtatim eumdem ex-
pediret, etiamſi ibi ſtudio non incubuiſſet -- Egr. Secret. Tatto.

Laureati extra hoc Gymnaſium admitti non debent in Collegium Juriſperitorum.
78 Ord. Senat. 4. Septembris 1638., cum aliis confirmatis in Ord. 15. Aprilis 1679.,
79 nec ad Officia Juſtitiæ. Ord. Senat. *ut ſupra*; nec poſſunt advocare, nec conſequi
Officia requirentia uſum Togæ. Ord. Senat. 12. Januarii 1661., 16. Novembris
80 1670.; & demum nequeunt eſſe Syndicatores, vel Prætores Feudales. Ord. Se-
nat. 14. Novembris 1669., & 16. Novembris 1670.

Eccleſiaſtici non poſſunt conſequi dignitates requirentes Lauream Doctoralem ſaltem
81 Theologicam, niſi eam adepti ſint in aliqua approbata Univerſitate juxta Bullam
Summi Pontificis Sancti Pii V. diei 1. Junii 1568., & decretum S. Congregatio-
nis Concilii Tridentini approbatum a Summo Pontifice Clemente X. die 4. Au-
guſti 1673., & publicatum in hoc Dominio ex Ord. Senatus 13. Novembris ejuſ-
82 dem anni; & pro ejus obſervantia, Eccleſiaſticis non poteſt concedi *Placitum* a
Reg. Æconomo pro Dignitatibus, niſi Lauream Doctoralem conſecuti ſint in Ti-
cinenſi Academia ex Ord. Senat. 21. Septembris 1669., non obſtante quacunque
83 diſpenſatione obtenta, non lectis precibus in Senatu, nec auditis Lectoribus dictæ
Academiæ. Ord. Senat. 28. Januarii 1678.

DE MERETRICIBUS, ET LENONIBUS.

NOn ſatisfactum videbatur decori publico ex eo, quòd Meretrices in unum locum (*a*), veluti intra ſepta clauſæ habitarent, ni etiam certis legibus infelix id genus mulierum coërceretur, earumque præſidio, ab impuritate lenonum tutæ eſſent. Eapropter ſancitum eſt, nemini licere aliquam Domum extra proſtibulum publicum exiſtentem locare (*b*) alicui Meretrici publicè quæſtum agenti, directè, nec per indirectum, ſub pœna amiſſionis Domus (*c*) ſic locatæ, quæ ipſo jure, & facto, in Fiſcum perveniat. Et intelligatur etiam locata Domus, vel conducta, quotieſcumque reperia-

Digitized by Google

periatur Meretricem publicam eſſe, vel morari, de die, vel de noꝺte, in aliqua Domo, vel Hoſpitio, vel in ea habere lectum, vel utenſilia Domus, nam & his caſibus Domus, vel Hoſpitium ipſo jure, & facto in Fiſcum perveniat. §. Hujuſque Sanctionis executio Mediolani, ad Capitaneum Juſtitiæ pertinet, in aliis Civitatibus, ad ordinarios Judices.

Omnibus interdictum eſt ſub pœna trium ictuum funis, vel triremium, & alia majori arbitrio Senatus, per ſe, nec per interpoſitas perſonas ſub aliquo quæſito, vel quærendo colore, aliquos contractus, vel quaſi, cujuſpiam generis inire, per quos aliqua mulier ducatur ad proſtibulum, vel alibi proſtituatur. Quod ſi facti fuerint, ſint nullius valoris, & momenti, & pro infectis habeantur, & de eis jus non reddatur. §. Notarii, nec aliæ Perſonæ, non audeant de prædictis Inſtrumenta, nec aliquam Scripturam facere, ſub pœna privationis officii Notario, & cuilibet perſonæ aureorum quinquaginta Fiſco applicanda. §. Et eo ampliùs nemini licitum eſt in proſtibulo aliquam mulierem tenere, nec ab ipſa more lenonum aliquid recipere, ſub eadem pœna. §. Et è converſo nulla Meretrix proſtibularia tenere poſſit aliquem lenonem, ſub pœna predicta. §. Quilibet eos lenones, & Meretrices contrafacientes, accuſare poſſit, & habebit pœnæ medietatem.

Qui publicè lenoniam artem exercent (*d*), pœnâ ictuum trium funis, vel triremium, & alia majori arbitrio Senatus puniantur.

Nemo audeat, nec præſumat mutuare pecunias Meretricibus, ut ex quæſtu corporis ſui lucrum percipiat, nec ea de cauſa eis veſtes commodare, vel dare, quia ſuper eis jus reddi non debet; imò plus, ſi eas dederint, dehinc eas, vel alias abſtulerint ſine licentia Judicis, contra eos de robaria procedetur.

Meretrices publicè quæſtum ſui corporis facientes, per Civitatem Mediolani, nec ejus Suburbia, ire, ſtare, morari audeant (*e*), alio die quàm Sabbathi ſine licentia Judicis, ſub pœna aureorum decem, pro dimidia Accuſatori, & reliqua Fiſco applicanda, & plus, & minùs arbitrio Judicis. §. Eoque caſu, ut ab aliis mulieribus dignoſcantur (*f*), teneantur deferre veſtem (*g*), (quam vulgò *mantelletum* vocant) confectam ex bombice albo, adeò latam, & patentem, ut humeros, & pectus cooperiat, & omnibus pateat, ſub eadem pœna. Et ulteriùs contrafacientes fuſtigentur, & per unam diem ad catenam ponantur. Liceatque unicuique meretricibus contrafacientibus veſtes per vim auferre, tutè, liberè, & impunè.

Quilibet poſſit accuſare contrafacientes, & credatur Accuſatori cum ſacramento, & uno Teſte fide digno.

Antiani Parochiarum teneantur Judicibus notificare contrafacientes in eorum Parochiis, omnibus præmiſſis, infra tres dies, ex quo veriſimile fuerit, eos de prædictis notitiam habere, ſub pœna aureorum trium. Et intelligantur habuiſſe notitiam, poſtquam in Parochia de prædictis eſt publica vox, & fama, & inventæ conducantur ad proſtibulum publicum.

Digitized by Google

Juſdicentes ordinarii Civitatum, & locorum, executores erunt horum Ordinum, & juſdicere habent inter meretrices. Et ſi oriatur lis, vel controverſia inter ipſas meretrices, ſeu cum aliis perſonis cujuſcunque conditionis ſint, tàm civilis, quàm criminalis, ipſi ſoli, & abſque conſilio Sapientis cauſam cognoſcant, & fine debito terminent, procedendo, exequendo, & puniendo, ſummariè, & de plano, ſine ſtrepitu, & figura Judicii, omnique Juris, & Statutorum ſolemnitate omiſſa, etiam diebus feriatis, & non feriatis.

Et eò amplius, Juſdicentes præmiſſi in juriſdictionibus eiſdem commiſſis, inquirere habent, ſi in aliqua Parochia, præterquam in proſtibulo, ſtet, vel moretur, aliqua fœmina quæſtum corporis faciens, & ſi fuerit per tres ex vicinis ipſius Parochiæ, majores tamen annis triginta, præfatis Judicibus delatum, teneantur ipſam fœminam ex ea Parochia expellere (*b*), etiam ſi domus eſſet ejus fœminæ propria. §. Expulſæ deſcribantur per Notarium cauſarum criminalium in uno libro particulari, cum nomine, cognomine, & Parochia, anno, menſe, & die, quibus expulſæ fuerint. Et poſtquam expulſæ erunt non poſſunt in publicum deferre veſtes ſericeas (*i*), nec aurum, nec argentum impunè; ſi repertæ fuerint, deprædari poſſint. §. Et item fœmina ter expulſa, pro publica meretrice habeatur, & ad proſtibulum conducatur.

AD TIT. DE MERETRICIBUS, ET LENONIBUS.

Decis. et Annot.

CUm quidam proſtituiſſet propriam Uxorem, etiam ſimul cutando cum ipſa,
1 & Adultero, cenſuit Senatus die 21. Junii 1614. eum mitratum eſſe publicè
fuſtigandum, mox tranſmittendum ad remum per decennium, quo finito, cum
eſſet forenſis, perpetuò exulare debere ſub pœna remi perpetui; Uxorem vero
eſſe bis publicè fuſtigandam, ſemel ſcilicet a Marito, & ſemel a Carnefice;
2 cum autem exindè Prætor retuliſſet dictam Mulierem eſſe prægnantem, Senatus
cenſuit abſtinendum a fuſtigatione, & ejus loco per biennium eam exulare debere.
Accuſatio de lenocinio adverſus Maritum, ne dum per Uxorem, ſed etiam per
3 Affines, & alios proponi poteſt. Ita conſulente Egr. Prætore hujus Urbis, reſpondit Senatus die 26. Februarii 1615.

AD CONSTITUTIONEM.

(*a*) Ad §. *Non ſatisfactum* verb. *in unum locum*.

Locus aſſignandus pro habitatione Meretricum debet eſſe remotus ab hominum fre-
4 quentia, & a majoribus Eccleſiis ex Concilio Provinciali Mediolani 1. *tit. de Meretric.* §. *Curent etiam*.
Meretrices habitare prohibentur in Burgo, & locis circumvicinis Portæ Orientali
5 hujus Urbis a Navigio uſque ad mœnia ex Proclamate 15. Auguſti 1642., & 23. Septembris 1651.

(*b*) Ad verbum *locare*.

Prohibitio locandi Domum Meretricibus renovata eſt ſub iiſdem pœnis in Proclamate
6 28. Auguſti 1634., & 10. Martii 1640., & contra Locatorem procedi etiam poteſt ad pœnam excommunicationis ex Concilio Provinciali Mediol. 5. *tit. quæ ad matrim. pertinent*.

(*c*) Ad

Digitized by Google

(*c*) Ad verſic. *ſub pœna amiſſionis Domus.*

Quoad Dominos domuum idem diſponunt Proclamata *ut ſupra*; ubi vero Meretri-
7 cibus domus locata ſit a non Domino, tunc pro prima vice pœna eſt quinquaginta
aureorum, & ubi ſolvendo non ſit, trium iсtuum funis publicè; pro ſecunda
autem vice, eſt triennalis remigii, & etiam major arbitrio S. E., vel Senatus.
Proclamata *ut ſupra*.

8 Diſpoſita in hoc §. & ſequentibus in omnibus renovantur in ſupra recenſito Pro-
clamate 28. Auguſti 1634., & 10. Martii 1640.

(*d*) Ad §. *Qui publicè lenoniam artem exercent.*

Quædam Mulier forenſis, quæ confeſſa fuerat plura commiſiſſe lenocinia, abductis a
Parentibus Puellis ſub prætextu eas in Ancillas collocandi apud Matronas, quarum
aliqua fuerat deſlorata, & alia vim magnam paſſa fuerat, ex ſententia Senatus diei
9 30. Julii 1643. condemnata fuit in pœnam amputationis capitis, & bonorum
confiſcationis, quamvis enim pœna capitalis de jure communi inflicta ex *Auth.
de Lenonibus* non ſit uſu recepta, & hæc Conſtitutio imponat pœnam arbitrariam,
attamen, quia agebatur non de ſimplici lenocinio, ſed de auxilio, & dolo ad
vim Virginibus inferendam, cenſuit Senatus dictam Mulierem eſſe in caſu Con-
ſtitutionis *tit. de Raptu Mulierum* §. *ceterum omnes*.

(*e*) Ad §. *Meretrices* verſic. *ire*, *ſtare*, *morari audeant*.

Meretricibus vetitum eſt diu, noctuque vagari cum Reda per Civitatem, & Vicos
ſub pœna publicæ fuſtigationis, & amiſſionis jocalium, auri, argenti, & veſtium,
quibus ornatæ erunt, & de hiſce rebus impunè deprædari, & ſpoliari poterunt.
Proclamata *ut ſupra*; & etiam ſub pœna amiſſionis Redæ, & Equorum ex Procla-
mate 19. Maji 1648.; & etiam carcerationis, ſi commorentur cum Reda in Pla-
10 tea Templi Majoris hujus Urbis die feſto Inventionis Sanctæ Crucis tempore
ſolemnis Proceſſionis cum Sancto Clavo ex Proclamate 1. Maji 1649.

(*f*) Ad §. *Eoque caſu* verb. *dignoſcantur*.

Ut Meretrices dignoſcantur, vetitum ipſis eſt induere habitum virilem, & deferre
11 arma ſub pœnis contentis in Proclamate 28. Auguſti 1634., & 10. Martii 1640.

(*g*) Ad verſic. *teneantur deferre veſtem*.

Quod aliquam veſtem induant, qua ipſæ dignoſci poſſint, diſponitur etiam in Concilio
12 Provinc. Mediol. 1. *tit. de Meretricibus* §. *Ut Meretrices expellere*.

(*h*) Ad §. *Et eo amplius* verb. *expellere*.

Caupones, Tabernarii, ſimileſque Perſonæ prohibentur retinere, exceptâ itineris
13 cauſâ, in Cauponis, Tabernis, eorumque domibus Meretrices ſub pœnis contentis
in Ord. Senat. 20. Septembris 1554., ibique *in meis annotat. n.* 2., & in Procla-
mate 23. Junii 1677., & 10. Decemb. 1742.

Hinc anno 1668. die 12. Julii referente Magnif. Marchione Erba, Senatus injunxit
14 Egr. Capitaneo Juſtitiæ, ut Reatum infligeret juxta diſpoſitionem Ordinum, &
Proclamatum cuidam Tabernario Reo de retentione Mulierum ad pravum finem --
Egr. Secret. Maddio.

(*i*) Ad §. *Expulſæ* verſic. *deferre veſtes ſericas &c.*

Hæc prohibitio renovata eſt ſub eadem pœna in Proclamate 28. Auguſti 1634.,
15 & 10. Martii 1640., & conformis eſt monitioni Concilii Provinc. Mediol. 1.
tit. de Meretricibus §. *Ab iis*.

LIBRI QUARTI CONSTITUTIONUM FINIS.

LIBER QUINTUS CONSTITUTIONUM.

DE OFFICIO VICARII PROVISIONUM, ET PERTINENTIBUS AD IPSUM OFFICIUM.

MAximo eſt commodo Mediolanenſi Civitati (*a*) Vicarii, & Duodecim Proviſionum Officium (*b*), ad ea tum ſervanda, tum in dies ordinanda, quæ utilitati, ac decori publico conveniunt. Itaque conſtitutum eſt Vicarii, & Duodecim Proviſionum Officium, quod tamen annale ſit, hocque modo Vicarium eligi debere, ut Sexaginta Viri (*c*), qui deni ex ſingulis Portis generale Civitatis Conſilium repreſentant, ſingulo anno ante Kalendas Januarii conveniant, & collatis ſuffragiis ſex Doctores ex Collegio Juriſperitorum Mediolani eligant (*d*), quorum electionem Principi, vel in ejus abſentiam, Locum-Tenenti, præſentabunt, qui unum ex ipſis Doctoribus, quem maluerit, pro primo anno in Locum-Tenentem Principis ad id Officium Proviſionum deputabit, iſque Locum-Tenens (*e*) in ſequentem annum pro Vicario Proviſionum electus eſſe intelligatur, & ſic de anno in annum ſucceſſivè ſervandum eſt, ut qui uno anno Locum-Tenens fuerit Principis in eo officio, ſequenti anno Vicarius ſit, & in fine anni is Vicarius omnino ſyndicandus eſt (*f*). §. Duodecim verò Proviſionum hoc modo eligendi ſunt, ut cùm dicti Sexaginta Viri antè Kalendas Januarii conveniant, pari modo collatis ſuffragiis decem octo Viros, videlicet tres ex qualibet Porta Civitatis eligent, eaque electione Principi, vel Locum-Tenenti præſentata, decem ex eis, inter quos ſit ſecundùm morem unus Phyſicus, deputabit, qui unà cum duobus Doctoribus à Collegio Juriſperitorum Mediolani eligen-

eligendis, ſecundùm jam approbatam conſuetudinem, numerum Duodecim implebunt, & eorum officium annale erit; ex quibus tamen decem electis duo in ſequenti anno uſque ad ſex menſes continuabunt, nec alii duo electi per dictum tempus eorum loco admittentur, & ſic ſucceſſivis annis ſervandum eſt. §. Eligent etiam prædicti Sexaginta Viri modo præmiſſo tres Viros pro Officio Stratarum, & totidem pro Officio Victualium, Principique electionem præſentabunt, qui unum ex eis tribus pro Judice Stratarum, alterum ex aliis pro Judice Victualium, eliget, & eorum officium annale erit.

Horum Vicarii, & Duodecim Proviſionum Mediolani illa in primis cura eſt, omnem diligentiam adhibere, ut ea, quæ concernunt victum (*g*) hominum Civitatis Mediolani, & Suburbiorum, juſtis, & decentibus pretiis vendantur (*h*), juxta Ordines, & Proviſiones. §. Hique ſolliciti, & vigiles erunt, ut Judices, tam ille, qui Victualium dicitur, quàm Stratarum, bene ſe in eorum Officiis exerceant, cùm Judices ipſi neceſſe habent omnia communicare, & participare cum ipſis Vicario, & Duodecim, maximè in iis, quæ victum concernunt, & exequi id, quod per eos proviſum fuerit, pro utiliori commodo Civitatis. §. Inſuper habent diligenter examinare rationes quorumcumque Redditusum Communis Mediolani, ſingulo menſe, & expenſas, quæ pro ipſo Communi fiunt, & diſponere prout eiſdem videtur. §. Inſtareque cum Syndicis, ut condemnationes Communi ſpectantes tranſmittantur.

Erit quoque officii Vicarii Proviſionum, unà cum Vicario Archiepiſcopi Mediolani curare, quòd Eccleſia Major Mediolani rectè, & benè adminiſtretur (*i*).

Vicarius Proviſionum in cauſis civilibus (*l*) motis, & movendis nomine Communis Mediolani contra quoſcunque debitores (*m*), & occupatores, ſeu detentores bonorum, & jurium ipſius Communis, ſit Judex Ordinarius, & competens, eaſque terminare, & decidere habet abſque conſilio Sapientis, & ſummariè, vel ordinariè, prout eidem melius videbitur. §. A ſententiiſque per eum ferendis (*n*) non poſſit appellari, querelari, nec de nullitate dici.

Cauſæ coram Vicario vertentes nullam habeant inſtantiam. Et circa eas ſervandum eſt id, quod in cauſis coram Quæſtoribus vertentibus ſancitum eſt. §. Et eo ampliùs, quod in omnibus, & per omnia faciendum eſt contra debitores Communis, prout contra debitores Fiſci fieri debet (*o*).

Erit quoque Vicarius Judex in cauſis bonorum, quæ Mediolani ad Proclama ponuntur juxta Ordines.

Pertinet ad Vicarium Proviſionum conſtituere, & approbare Servitores Communis Mediolani. §. Et item procedere, & punire ludentes ad ludos illicitos, vel in eis fraudem committentes. §. Cognoſcet etiam de cauſis vertentibus occaſione laterum, & tegularum, & eorum quæ circa illud artificium committuntur in damnum publicum, & contra Ordines.

Eſt

Digitized by Google

Eſt etiam ejus Vicarii, & Duodecim Proviſionum juriſdictio, deputandi Officiales (*p*) ad perquirendas fraudes, quæ committuntur per Artifices, & Homines, (ut vulgo dicitur *de Paratico*) Civitatis (*q*), & Ducatus Mediolani, & contrafacientes, & fraudes committentes puniendi, mulctandi, & cogendi debitores eorum Paraticorum ad ſolutionem, & ipſis jus miniſtrare, tàm in controverſiis inter eos vertentibus, quàm inter alios occaſione Paratici, ſeu Artis, & ex Paratico tantùm: ſalvis tamen Ordinibus ipſorum Paraticorum.

Omnes inventiones fraudum, & contraventionum, quæ fient Ordinibus, & Proviſionibus Communis Mediolani, ſi fiant in dicta Civitate, vel intra Corpora Sanctorum ejuſdem, eadem die, vel ſequenti, deferendæ ſunt per Officiales ad Officium Proviſionum in ſcriptis, ſimiles illis, quæ deferuntur ad Judices Victualium, & Stratarum, qui Judices non poſſint delatos Reos abſolvere quoquomodo, ſine participatione Vicarii, & Duodecim Proviſionum. §. Si verò factæ fuerint extra Civitatem, intra ſex dies deferentur, ſub pœna Officiali aureorum trium pro qualibet vice. §. Officiales nihil recipiant ab imputatis, ſub pœna præmiſſa, etiam corporali, ſecundùm qualitatem facti, arbitrio Vicarii, & Duodecim, pro prima vice, & pro ſecunda privetur officio, & publicè ponatur ad catenam, vel tribus ictibus funis plectetur, arbitrio illius, qui dederit cum juramento, & uno Teſte fide digno. Et ulteriùs, ſi ille qui pecuniam dederit nocens ſit, & ipſe Officialem accuſaverit, ad aliquam pœnam non teneatur. §. Terminus defenſionis imputatis, ſi in Ducatu habitabunt, minor trium dierum, nec major quindecim à die inventionis, dari non debet; in Civitate autem ad arbitrium Vicarii.

Syndici Communis videre habent omnes inventiones, & accuſationes, etiam ad Officia Victualium, & Stratarum, & cauſas earum intra menſem expediri facere, ſub pœna retentionis ſalarii ſex menſium. §. Et item curare habent, ut omnes condemnationes factæ per dictos Judices, & etiam, quæ fient per Judices Maleficiorum, ſpectantes tamen Communitati, intra quatuor dies tranſmittantur Rationatoribus Communis, ſub pœna amiſſionis ſalarii unius menſis. §. Exindè earum fiat exactio, & pecuniæ Theſaurario Communis numerentur, qui de dimidia parte earum condemnationum faciat ſolutionem ſalarii illis Judicibus, qui eas condemnationes fecerunt. Reliqua in alios uſus ad beneficium Communis convertenda eſt. §. Non licet Judicibus eas pecunias condemnationum exigere. §. Nec etiam licet Theſaurario alicui pecuniam ſolvere, niſi præcedente juſſu in ſcriptis Vicarii, & Duodecim Proviſionum, ſub pœna reſarciendi de ſuo damnum Communi.

Vicarius, & Duodecim Proviſionum non poſſunt congregare alios Cives ſine licentia Principis, ſub pœna confiſcationis bonorum, & alia pœna etiam corporali, arbitrio Principis.

Pertinet ad Vicarium, & Judicem Victualium (*r*), & unicuique

Digitized by Google

que eorum (*ſ*), tàm conjunctim, quàm diviſim accedere, vel mittere ad qualcunque partes Civitatis, & Ducatus Mediolani, tàm mediatè, quàm immediatè ſubditas (*t*), ad inquirendum, & inveſtigandum fraudes, quas Piſtores (*u*), Caupones, Macellarii, & aliarum rerum Venditores (*x*), & Negotiatores committunt, præſertim ob iniqua, & adulterina pondera, & quoſcunque alios defectus, & errores, qui in præmiſſis omnibus, & ſingulis dependentibus, & connexis admittentur. Nec non ad metiendum pondera, & menſuras (*z*). §. Eritque eorum officii delinquentes punire juxta Juris municipalis, & Ordinum formam.

Et quia per Agentes Communitatis Mediolani locabantur Jura exigendi condemnationes contra Vendentes Panem, & Carnes, & etiam ab eis quædam honoraria percipiendi, ideò huic morbo occurrentes, ſancitum eſt, has locationes in futurum fieri non poſſe, ſed Judicem Victualium Civitatis Mediolani curam habere debere omnium Piſtrinorum, & Macellorum tàm in hac Urbe exiſtentium, quàm extra, etiam in Terris ſeparatis. §. Et auctoritatem habet cum duobus Officialibus à Vicario, & Duodecim Proviſionum eligendis, quos ſecum habebit, inventiones faciendi, & item condemnandi, condemnationeſque ad Communitatem Mediolani applicandi, modò tamen has condemnationes faciat cum interventu Vicarii, vel Locum-Tenentis in eo Officio. §. Is Judex Victualium pro præmiſſis exequendis, & ad ejus officium ſpectantibus ſalarium menſtruum habebit librarum ſexaginta, à Theſaurario Communitatis ex primis pecuniis provenientibus ex dictis condemnationibus; nec quicquam aliud percipere poſſit à Piſtoribus, & Macellariis, vel aliis quacunque cauſa, etiam à ſpontè dantibus, ſub pœna privationis officii, & aureorum quinquaginta, Communitati applicanda, & majori, arbitrio Principis, vel Senatus. Hujuſque rei in ſyndicatu, & antè ſyndicatum ratio habenda exactiſſima, nulla excuſatione admiſſa, & non ſolum ipſe Judex accipiens puniendus eſt, ſed etiam eiſdem pœnis is, qui ei dederit contra hujus Conſtitutionis formam. §. Poteſtque hic Judex cum interventu tamen Vicarii Proviſionum, vel ibi in eo officio Locum-Tenentis noſtri, moderari, alterare, & augere pœnas, & condemnationes eorum, quæ ad ejus officium ſpectant.

Eo ampliùs ſancitum eſt, præmiſſas Sanctiones locum habere ultra ea, quæ ex Jure municipali Civitatis Mediolani ſancita ſunt, modò his Sanctionibus contraria non ſint.

AD CONSTITUTIONEM DE OFFICIO VICARII PROVISIONUM, ET PERTINENTIBUS AD IPSUM OFFICIUM.

Decis. et Annot.

(*a*) Ad §. *Maximo* verb. *Mediolanenſi Civitati*.

1 INvictiſſimus Imperator Carolus VI. Diplomate 28. Octobris 1716. in perenne ejus munificentiæ monumentum creavit Magnatem Hiſpaniarum Civitatem Mediolani, ejus Vicarium Proviſionum, ac Civica Corpora eam repræſentantia, expri-

primendo hujuſmodi ſe honorem, & dignitatem elargiri huic Urbi in remunerationem ejus conſtantiſſimæ fidelitatis.

(*b*) Ad verba *Proviſionum Officium*.

Officium Vicarii Proviſionum Mediolani aderat ante has Conſtitutiones, & anti-
2 quiſſimum eſt; ex veteribus quippe Codicibus exiſtentibus in Archivio ejuſdem
Civitatis conſtat extitiſſe uſque de anno 1385.

(*c*) Ad verba *ſexaginta Viri*.

Decuriones hujus Urbis olim erant novem centum, ut ex Statuto Mediolani *cap.* 3.
3 *vol.* 2.; nunc vero ſunt ſolum ſexaginta, & eliguntur ex Nobilibus Patriciis ab
Excellentiſſimo hujus Dominii Gubernatore, & durat eorum Officium ad vitam.

In Decuriones eligi non poſſunt, niſi ſuppoſtiti juriſdictioni Communis Mediolani ex
4 recenſito Statuto, & debent eſſe ætatis annorum ſaltem triginta quinque ex Ordine
Ducis Terræ Novæ hujus Dominii Moderatoris diei 11. Aprilis 1584.

(*d*) Ad verſic. *ex Collegio Juriſperitorum Mediolani eligant*.

Antiquitus Vicarius Proviſionum eligebatur ex Juriſperitis etiam exteris; anno autem
1515. initium habuit electio Juriſperitorum Collegii Mediolani, pro dicto munere,
5 ex conceſſione Maximiliani Sfortiæ Vicecomitis Mediolani Ducis, ut notat Somalea *in Allegiam.* in Catalogo ibi inſerto illorum, qui a dicto anno in antea fuerunt Vicarii Proviſionum.

(*e*) Ad verba *iſque Locum-Tenens*.

Huic Locum-Tenenti, licet de publico ſalarium habenti, poſſunt committi cauſæ,
ſicut cæteris Juriſperitis de Collegio, non obſtante Conſtitutione *tit. de Judic.*
6 §. *Dandique* verſic. *non committatur*; quia attenta modicitate dicti ſalarii, hoc Officium evaderet nimis damnoſum, ſi deberet cenſeri comprehenſum in dicta Conſtitutione, ut declaravit Senatus in Ord. 14. Martii 1542.

(*f*) Ad verba *ſyndicandus eſt*.

Pro ſyndicando Vicario Proviſionum, finito anno intra quatriduum nominantur tres
a Collegio Juriſperitorum, & Senatui proponuntur, qui unum ex ipſis eligit, eique
7 hanc ſyndicandi provinciam demandat. Ita ad preces Collegii Juriſperitorum, Vicarii, & Decurionum Proviſionum, eſſe ſervandum decrevit Senatus in Ord. 14. Januarii 1569.

(*g*) Ad §. *Horum Vicarii* verſic. *ut ea quæ concernunt victum*.

Extractio Victualium prohibita eſt non ſolum ab hoc Dominio, ſed etiam a Ducatu
8 ad effectum illa vendendi in aliis locis hujus Dominii ex Proclamate 14. Decembris
1678., & extractio dictorum Victualium ad effectum illa conducendi Mediolani,
9 licitè fieri poteſt a qualibet Civitate, & Provincia hujus Dominii, & a nemine
impediri poteſt ex Ord. S. E. 15. Aprilis 1637., & 24. Martii 1679.

Ad Vicarium, & Duodecim Proviſionum pariter ſpectat curare abundantiam Vini
10 pro uſu hujus Urbis; determinare loca, ubi vendi poſſit, ac concedere licentias derogatorias prohibitionum juxta caſuum, temporum, & perſonarum circumſtantias pro publico beneficio. Ord. S. E. 2. Januarii 1682.

(*h*) Ad verſic. *juſtis, & decentibus pretiis vendantur*.

Civitas Mediolani, ſive ejus Tribunal Proviſionum habet jus, & legitimam poſſeſ-
11 ſionem taxandi pretium panis venalis. Ita referente Magnif. Senatore Com. Burro Senatus, excitatus pro voto literis Regiis, declaravit die 1. Februarii 1670. facta conſultatione Excellentiſſimo Gubernatori -- Egr. Secret. Gradignano.

Licitum eſt cuilibet de populo, ac ſi eſſet unus ex Officialibus deputatis notificare
Tribunali Proviſionum, ac Judicibus Victualium aliarum Civitatum, Venditores
12 Victualium non ſervatâ pretii taxâ ipſis præſcriptâ; & quoad probationem hujuſmodi contraventionum ſtandum eſt aſſertioni Accuſatoris cum depoſitione unius Teſtis fide digni; & tali caſu Accuſator pro præmio conſequetur medietatem inventionum, & pœnæ pecuniariæ, quam incurrent dicti Venditores ex Proclamate 14. Decembris 1678.

Quæ diſpoſita ſunt circa Victualia omnino obſervari debent etiam a Militibus cujuſ-

cun-

Digitized by Google

13 cunque gradus, ac qualitatis, perindè ac ſi eſſent ſpecificè nominati. Proclama
ut ſupra.

(*i*) Ad §. *Erit quoque* verſic. *benè adminiſtretur.*

In Deputatos Ven. Fabricæ Templi Majoris hujus Urbis eligi nequeunt intereſſe
14 habentes cum ipſa, aut Minores annorum viginti, ex ordinatione Rectoris, &
Deputatorum dictæ Frabricæ approbata, & confirmata a Senatu Ord. 12. Maji 1615.
impreſ. inferius in Addit. Ordin.

(*l*) Ad §. *Vicarius* verb. *in cauſis civilibus.*

Vicarius, & Duodecim Proviſionum juſdicere poſſunt in cauſis mercedum a libris
quinquaginta imperialibus uſque ad libras centum quinquaginta, & a libris decem
15 uſque ad centum juxta auctoritatem ipſis a Senatu conceſſam ad preces Syndicorum
Civitatis in Ord. 15. Decembris 1600. *impreſ. ut ſupra.*

(*m*) Ad verba *contra quoſcunque debitores.*

Ad Vicarium, & Duodecim Proviſionum ſpectat cognitio in cauſis onerum Pertica-
16 tuum, & Taxarum privativè quoad alios Judices Ordinarios ex Ord. Senat. 8.
Februarii 1649.

(*n*) Ad §. *A ſententiiſque per eum ferendis.*

Præcepta *ne quid pendente appellatione novi fiat* non debent attendi, quando agitur de
17 Sententiis Vicarii Proviſionum contra debitores Civitatis. Ita ſanxit Senatus die
8. Junii 1644. -- Egr. Secret. Variſio.

Abbas Univerſitatis Ferrariorum, vigore auctoritatis ſibi a Statutis tributæ, refor-
mari fecerat juxta veterem juſtam menſuram Modios pro dimentiendo Carbone:
Conqueſti ſunt de hoc Mercatores Carbonis apud Judicem rei Lignariæ, per quem
factis multifariè Modiorum experimentis, habitis Peritorum judiciis, auditiſque
juribus deductis, & omnibus in Tribunali Proviſionum relatis, ordinatum fuit ſer-
vandam eſſe menſuram Modiorum juxta novam reformationem uti conformem
menſuræ a Statutis præſcriptæ; denuo Carbonarii recurſum habuerunt ad præfatum
Tribunal, prætendentes ſervari debere ſolitum, & iterum auditis eorum juribus
18 ampliſſimè deductis, decretum fuit, perſiſtendum eſſe in jam ordinatis, & pro illo-
rum executione publicandum eſſe Proclama. Interpoſuerunt demum Carbonarii
19 appellationem ad Senatum; verum ex ejus ſententia diei 20. Junii 1659. rejecta
fuit quoad utrumque effectum -- Egr. Secret. Belcredio.

Appellatio ab expenſis taxatis ab Egr. Vicario Proviſionum non datur, & rejicitur
20 quoad utrumque effectum. Ita referente Magnif. Senatore Florentia cenſuit Senatus
die 20. Aprilis 1663. -- Egr. Secret. Annono.

Admittitur autem appellatio in cauſis, in quibus non agitur de Victualibus, aut Pa-
21 trimonio Civitatis. Ita referente Magnif. Marchione Erba declaravit Senatus die
23. Aprilis 1664. in caſu Pinottini, & Drapperiorum -- Egr. Secret. Coſſa.

(*o*) Ad §. *Et eo amplius* verb. *prout contra debitores Fiſci fieri debet.*

Civitas Mediolani ad ſimilitudinem Fiſci non tenetur juſtificare capturas contra ejus
22 debitores factas. Ita ad preces Syndicorum ejuſdem Civitatis declaravit Senatus in
Ord. 8. Aprilis 1605. *impreſ. in fine hujus volum.*

(*p*) Ad §. *Eſt etiam* verb. *deputandi Officiales.*

Ubi Officiales hujus Urbis eligere velint ex aliqua juſta cauſa ſubſtitutum in eorum
Officio, is admitti non debet, niſi cum expreſſa conditione, quod ſubſtituens te-
neatur ad expenſas, & damna, & etiam ad privationem Officii pro iis, in quibus
23 contingat delinquere ſubſtitutum. Ita decrevit Senatus die 12. Maji 1694. in cauſa
Caroli Agnelli, & cujuſdam Ciſnaghi, datis literis Egr. Vicario Proviſionum.

(*q*) Ad verba *de Paratico Civitatis.*

Cum Magiſtri Chorearum non habeant Paraticum, ſive Univerſitatem, in qua conſtito
de eorum idoneitate admitti poſſint ad exercitium eorum artis pro aliis inſtruendis,
ne vitioſè edocent ejuſmodi artem diſcere volentes, debent prius experimentum præ-
24 bere coram Vicario Proviſionum. Ita referente Magnif. Marchione de Clericis decrevit
Senatus die 11. Decembris 1669. in caſu cujuſdam Gafurii -- Egr. Secret. Maddio.

Digitized by Google

(r) Ad §. *Pertinet ad Vicarium, & Judicem Victualium.*

Ratio curandæ Annonæ Mediolani fuit reformata uſque de anno 363. ſub Imperio
25 Valentiniani, & Valentis, & duplicis perſonæ adminiſtrationi commiſſa fuit, Præfecto ſcilicet Urbis, & alteri, qui huic rei peculiariter præeſſet, ut tradit Triſtan. Calch. *Hiſtor. Patria lib. 2. ad annum 363. pag. 36. lit. A.*

Apothecæ deſtinatæ pro uſu Lanienæ non poſſunt a Dominis locari ad alium uſum,
26 & ſpectet ad Tribunal Proviſionum taxare penſionem ſolvendam ab earum Conductoribus. Proclama 30. Junii 1574., 23. Februarii 1581., 18. Aprilis 1585., & 31. Martii 1609.

(ſ) Ad verba *unicuique eorum.*

Non ſolum Vicarius, Judex Victualium, & quilibet ex duodecim Proviſionum, ſed
27 etiam quilibet ex ſexaginta Decurionibus accedere poſſunt ad viſitandum Portas, Plateas, & Apothecas Venditorum, & Dardanariorum cum eadem auctoritate, qua potiuntur Vicarius, Judex Victualium, & Duodecim Proviſionum, & facere inventiones, eaſque deferre ad Tribunal Proviſionum, ex Proclamate 14. Decemb. 1678.

(t) Ad verba *tam mediatè, quam immediatè ſubditas.*

Vicarius Proviſionum, & Judex Victualium habent jus imponendi metam, & inquirendi fraudes mediâ operâ eorum Officialium in Terris infeudatis, & etiam Communibus inter Mediolanum, & Papiam, & ibi exigendi pœnas a Contraventoribus,
28 ipſaſque applicandi Civitati Mediolani. Ita referente Magnif. Senatore Maddio decidit Senatus die 31. Auguſti 1598. in cauſa vertente inter Civitatem Mediolani, & Com. Petrum Mendociam Feudatarium loci Binaſchi occaſione viſitationis illius Piſtrini -- Egr. Secret. Poggio.

(u) Ad verba *fraudes, quas Piſtores.*

Judex Victualium Mediolani tenetur mittere, ac conſignari facere Protectoribus
29 Carceratorum, ſeu eorum Deputatis panem malè coctum, vel aliter reprobatum, inventum apud Piſtores, erogandum, & diſtribuendum Carceratis ex Statuto Mediolani *cap.* 164. *vol.* 2.

(x) Ad verba *& aliarum rerum Venditores.*

Venditores Victualium, etiam ſi ſint Milites ſtipendiati pro cuſtodia S. E., quoad
30 eorum Apothecas ſubjacent viſitationi Vicarii, Judicis Victualium, eorumque Officialium, ac ſi non eſſent Milites, nec Auditor Generalis aliquo modo impedire poteſt hujuſmodi viſitationes ex Ord. S. E. 21. Januarii 1660.

(z) Ad verſic. *Nec non ad metiendum pondera, & menſuras.*

Cognoſcunt etiam, & procedunt contra Contraventores in cauſis ponderum, & menſurarum. Ita declaravit Magiſtratus Ordinar. Reddit. die 31. Januarii 1611.

DE CONSULIBUS JUSTITIÆ MEDIOLANI.

COnſules Juſtitiæ Mediolani, qui Doctores non ſunt, non poſſunt in contractibus conſenſum præſtare, nec auctoritatem interponere, quando contractus ſummam aureorum ducentum excederent.

AD TIT. DE CONSULIBUS JUSTITIÆ MEDIOLANI.

DECIS. ET ANNOT.

COnſules Juſtitiæ Mediolani ſunt ſex, quorum duo ſunt Doctores de Collegio
1 Juriſperitum Mediolani, qui nunc temporis nuncupantur Aſſeſſores, & ſunt illi, qui fuerunt Abbates dicti Collegii, ſtatim elapſis duobus menſibus Officii Abba-

Digitized by Google

Abbatiæ, & eorum Officium Conſulis, ſive Aſſeſſoris durat ſolum per duos menſes;
reliqui vero quatuor Conſules ſunt Cauſidici de Collegio Cauſidicorum, & No-
2 tariorum Mediolani, & eorum Officium durabat per annos duos continuos ex
Statuto Mediolani *cap.* 55. *vol.* 2., ſed ex Ordine Senatus fuit reſtrictum ad ſo-
3 lum ſemeſtre, ut notat ibi Carpanus *lit. E.*; ab anno vero 1707. uſque inpræ-
ſentiarum cum approbatione S. E. memoratum Officium fuit prorogatum ad an-
num ſic inſtante eodem Collegio Cauſidicorum, ut refert Baldin. *in Collectan. Ord.*
Colleg. Cauſid. verb. *Conſules Juſtitiæ pag.* 175.

Iſti Conſules Cauſidici eliguntur a Supremo Cancellario Mediolani ex duodecim no-
4 minatis, & electis in Collegio Cauſidicorum, modis, & formis relatis a Blan-
chino *in Compen. Ord. & Stilat. tit. de Conſulibus Juſtitiæ.*

Prædicti Conſules in cauſis civilibus habent juriſdictionem in Civitate, & Ducatu
5 Mediolani ex Statuto *cap.* 54. *vol.* 2. & Ord. Senat. 17. Julii 1736. pag. 533.,
& etiam in locis infeudatis, ut ad preces Stephani Longoni declaravit Senatus
6 in Ord. 17. Julii 1720. pag. 514., & ad preces Antonii, & Caroli Mariæ Fra-
trum de Mazzucchellis in Ord. 21. Maji 1726. pag. 520.

Alii autem duo Conſules Doctores non habent aliquam juriſdictionem ordinariam,
niſi conſulendi in cauſis ſibi commiſſis Carpan. *ad Statut. cap.* 55. *n.* 2. *vol.* 2.,
& licet eorum Officium duret ſolum per duos menſes, in cauſis tamen, in qui-
7 bus ſunt introducti per delationem ſcripturarum ab utraque parte, perſeverant in
dictarum cauſarum cognitione uſque ad finem uti Conſultores prorogati, ut lites
celerius expediantur cum minori litigantium diſpendio Carpan. *ibidem n.* 4.

Conſules Juſtitiæ Cauſidici non poſſunt ſe intromittere in cauſis, in quibus emer-
8 gunt articuli juris, ſed eas Conſultoribus remittere debent ex Ord. Senat. 13.
Novembris 1598.; nec unus Conſul Juſtitiæ poteſt ſe intromittere in cauſa co-
9 ram altero Conſule jam introducta, ſub pœna nullitatis, & aliis contentis in
Ord. Senat. 19. Julii 1604., & 15. Julii 1667.

Inter Conſules Juſtitiæ ille prævenit, cui ab Actore priùs delata fuere jura, & ex
10 cujus Ordine tranſmiſſum fuit Reo peremptorium; quando vero eadem die ema-
narunt peremptoria ad inſtantiam Actoris, & Rei ex Ordine diverſorum Conſu-
lum, nihilominus prævenit ille, quem Actor adiverit, ſecus quando delata fuere
jura, & emanatum peremptorium ad inſtantiam Rei, antequam emanaverit illud
Actoris, vel quando Conſul ille a Reo electus deguſtaverit merita cauſæ per in-
terlocutoriam, vel ſuſpenſionem, vel alium Actum, quia eo caſu ille Conſul a
Reo electus præveniſſe dicitur juxta plures ordinationes Abbatum Collegii Cauſi-
dicorum, de quibus teſtatur Blanchinus *ubi ſupra*.

Iſti Conſules, & Conſultores non ſubjacent Regiæ Viſitationi generali ex Ordine
11 Regii Viſitatoris 24. Julii 1628.; quomodo autem ſyndicari debeant, habetur in
Ord. Senat. 27. Novembris 1675.

DE OFFICIO ABBATUM, ET CONSULIS MERCATORUM MEDIOLANI.

ABbatum, & Conſulis Mercatorum Mediolani juriſdictio illa eſt (*a*), cognoſcere de omnibus cauſis (*b*) vertentibus inter Negotiatores, vel Mercatores (*c*), ſeu eorum fidejuſſores (*d*), & contrahentes cum eis, ex cauſa Mercimonii tantùm (*e*), quòd exerceatur per Mercatores deſcriptos, vel alios, qui diverſimoda Mercimonia exercent, (qui Utentes Stratis vulgò appellati ſunt). Et etiam quotieſcunque de ipſo Mercimonio agitur (*f*). Et item pro aliqua remuneratione, ſeu mercede ex cauſa Mercimonii debita. Et etiam inter ipſos Mercatores occaſione contractuum, in quibus alter alteri ſolvere pecuniam promittit, cùm cauſa hæc inter eos Mercatores mercantilis præſumatur. Cognoſcent etiam de de-

Digitized by Google

poſitis factis penes Mercatores, vel Campſores, & de literis Cambii (*g*), & intelligantur Mercatores ii, qui pro talibus ad dictum officium deſcripti ſunt, ſecundùm formam Statutorum ſuorum. §. De his cauſis alii Judices (*h*), quàm Abbates præmiſſi, ſe intromittere non poſſunt.

Cauſæ vertentes, & quæ verti poſſunt coram Abbatibus, & Conſule Mercatorum Mediolani inſtantiam (*i*) viginti dierum utilium habeant à die petitionis inchoandorum, intra quos dies eas cauſas decidere, & terminare habent juxta Statutorum ſuorum formam, ſummariè, & ſola facti veritate inſpecta, abſque conſilio Sapientis (*l*), niſi cauſa eis videatur ardua, & dubia, quo caſu, datis priùs per partes diffidentibus de Collegio Juriſperitorum Mediolani uſque ad numerum octo pro parte, Abbates ſecretò conſilium aſſumant. §. Si verò contingat, in aliqua cauſa dilationem dari ad probandum extra Civitatem, vel Ducatum Mediolani, eo caſu durante dilatione, non currat inſtantia; ſed eâ finitâ partes ſint in eo gradu, & ſtatu, prout erant antè dilationem datam. §. Quæ tamen dilatio dari debeat, parte perpriùs Teſtes nominante, & jurante, quòd ipſam dilationem non petit calumnioſè, nec in fraudem; ſed quòd credit ipſis Teſtibus indigere ad probationem juris ſui.

In caſibus, in quibus poteſt appellari à ſententia, ſivè interlocutoria, ſivè diffinitiva, ferenda per Abbates Mercatorum, appellationes non admittantur, niſi termino dierum quatuor continuorum à die intimationis ſententiæ interpoſitæ fuerint. §. Is tamen Appellans, ſivè Actor fuerit, ſivè Reus, niſi termino aliorum quatuor dierum immediatè ſequentium depoſuerit (*m*) omne, & totum id, in quo condemnatus fuerit, vel pecuniam æquivalentem, & integrè ſolvat omnes expenſas, in quibus fuerit condemnatus, & tantundem depoſuerit, pro expenſis faciendis in cauſa appellationis, ad appellationem proſequendam non admittatur; ſed ſententia mittatur executioni. §. Poterit tamen poſtquam ſententia executioni demandata fuerit in termino à Jure conceſſo ipſam appellationem proſequi, facto perpriùs depoſito expenſarum faciendarum in cauſa appellationis pro eadem Summa, pro qua in cauſa principali condemnatus eſt.

Abbates Mercatorum in hoc tanquam delegati Principis cauſas appellationum (*n*), ſervatis præmiſſis, committent duobus, vel tribus Mercatoribus partium confidentibus, vel alterius tantùm in contumaciam, ſeu renitentiam ejus partis, quæ ſuos confidentes non dederit, vel recuſaverit. §. Hique confidentes in cauſis eiſdem commiſſis habeant eandem juriſdictionem, & poteſtatem, quam habebant Abbates in cauſa principali, & pari modo judicare debeant ſummariè, & ſola veritate inſpecta: & prout in cauſa principali judicare poſſunt. §. Inſtantia cauſæ appellationis viginti dies utiles habet, à die commiſſionis tamen numerandos. §. Nec de cauſis ipſis appellationum alii Judices quàm Abbates, ſervatis tamen his, de quibus ſupra, intromittere ſe poſſunt.

Si

Digitized by Google

Si quis Merces emerit adjecta die ſolutionis faciendæ, pactuſque cum Creditore fuerit Inſtrumentum obligationis facere, idque poſtquam Merces habuerit, non fecerit, eo citato ſtatuatur per Abbates terminus ad faciendum Creditori Inſtrumentum obligationis juxta conventa, & cum juramento, ad Statutorum Mercatorum formam, in quo termino, ſi Debitor non paruerit, eo caſu aſſerente Creditore cum ejus juramento, Merces vendidiſſe Debitori, & ad id accedat fides Proxenetæ deſcripti, qui medius fuerit, cogatur Debitor omnibus juris remediis, etiam per perſonalem detentionem, ad ſatisfaciendum Creditori in pecunia numerata in præſenti, ac ſi terminus conventus ad ſolvendum ſtatutus non fuiſſet.

Quotieſcunque requiſitus fuerit Debitor ex cauſa literarum Cambii cum proteſtatione (*o*) non factæ ſolutionis, juxta morem, & conſuetudinem literarum Cambii, intimationeſque factæ fuerint medio Proxenetæ deſcripti, ſi juraverit Creditor, illud Cambium verè, & realiter factum fuiſſe (*p*), & non fuiſſe *Cambium* (ut vulgò dicitur) *mortuum*, Abbates omnibus juris remediis, etiam per perſonalem detentionem, (*q*) Debitorem cogant ad ſolvendum. Et hoc niſi debitor fidejuſſorem idoneum dederit, quòd intra octo dies ſolvet. §. Eo ampliùs ſancitum eſt, quòd literæ Cambii veri, & realis, & non (ut vulgò dicitur) mortui, hypothecam habeant (*r*).

Si quis prima facie Debitor ex cauſa Mercimonii apparuerit per Inſtrumentum, vel condemnationem, vel per literas, non poſſit dare libellum (ut dicitur) præventorium, vel aliquod Judicium intentare (*ſ*) ad impediendum executionem: ſed ea omninò concedatur, ſervatis Ordinibus.

Advocati, & Cauſidici (*t*) non poſſint pro aliquo Debitore coram Abbatibus, ſine eorum licentia, comparere, ſub pœna ſuſpenſionis officii per annum. §. Eàdemque pœnà tenentur Notarii eorum Abbatum, ſi coram Abbatibus directè, vel per indirectum, patrocinium aſſumant cauſarum.

Si concedantur per Principem literæ Salvi-conductus, per eas derogatum eſſe non intelligatur juriſdictioni, & Ordinibus Abbatum, & Mercatorum quo minùs agere poſſint, & procedere juxta eorum Ordines, conſuetudines, & ſtylum, niſi in ipſis literis in ſpecie prædictis omnibus fuerit derogatum. Non tamen ad executionem perſonalem devenire poſſunt contra earum literarum formam.

Omnibus Mercatoribus, Artificibus, Magiſtris apothecæ, & eorum Operariis cujuſcunque exercitii interdictum eſt recedere à Civitate Mediolani (*u*), ut in aliis locis extra Dominium habitent, ad finem, ut ibi artem exerceant, ſine licentia ſpeciali Principis, vel Senatus. Quod ſi contrafactum fuerit, Mercatori, & magiſtro apothecæ pœna confiſcationis bonorum erit. Inſuperque civilitatem, & facultatem artem exercendi amittant. Operarii autem pœnâ quinquaginta aureorum, Fiſco applicandâ, teneantur, quam ſi ſolvendo non erunt, tribus ictibus equulei plectantur.

Qui-

Quicumque in Dominio Mediolani Mercator, & in Mercatorum matricula deſcriptus, & quilibet Negotiator, & Artifex, vel à Mercatura, & Negotiatione dependentiam habens, privatorumque pecunias, & bona, in Mercaturis exercens, per fugam actualem à Dominio à fide defecerit, & eam ob cauſam Creditoribus ſuis non ſatisfecerit, is cujuſcunque ætatis ſit, etiam ſi ſexagenariam exceſſerit, ſi detineri potuerit, furcis ſuſpendatur, vel ad triremes perpetuò mittatur, arbitrio tamen Principis, vel Senatus. §. Hæc tamen pœna ita demum locum habebit, niſi fidefragi intra tres menſes (*x*) à die publicationis factæ de eorum fuga concordes erunt cum Creditoribus ſuis ad formam Statutorum Mercatorum. §. Omnium Officialium cura erit, ſi aditi fuerint à Creditoribus conſtito prius de credito, vel per ſummariam informationem, etiam parte non citata factam, & quolibet die, etiam feriato, non ſervato etiam aliquo Juris ordine, vel per ſolum Creditoris juramentum, cujus etiam juramento de fuga credatur, omnes hos debitores detinere, diligenterque eos cuſtodire, nec relaxare (*z*), niſi priùs Creditoribus ſatisfecerint, vel cum eis concordes fuerint, aut ad luendas meritas pœnas mittantur. §. Hæ tamen probationes hoc modo factæ in cauſæ cognitione præjudicare non habent ipſis detentis, vel juribus eorum, niſi poſtmodum legitimè factæ fuerint, & alio modo, quàm per Juramentum. Et ſi compertum fuerit quem indebitè detentum fuiſſe, puniatur is, qui eum detinere fecit, in quinquaginta aureis pro dimidia parti, & pro dimidia Fiſco applicandis, & alia majori pœna arbitrio Abbatum, inſpecta qualitate perſonarum. Quòd ſi Officiales ita præſtò non eſſent, vel eſſent inhabiles ad hos detinendos, licitum erit Creditoribus, & Agentibus, & mandatariis eorum cum auxilio privato uſque ad numerum decem hominum, eum Debitorem fidefragum detinere auctoritate propria, & Judici conſignare. §. Hæque in omnibus locis hujus Dominii fieri poſſunt, & quibuſcunque aliis diebus, tàm feriatis, quàm non feriatis, etiam in honorem Dei, & etiam in Eccleſia (*aa*), in Foro, & in domo propriæ habitationis Debitoris, etiam in domo, ubi Princeps reſidet, ita ut nullum locum tutum habeant. §. Hæc quoque Sanctio reſpectu capturæ, modo præmiſſo faciendæ, etiam pertinet ad hos, qui doloſè ſui copiam non faciunt, vel pro fugitivis habentur (*bb*).

Poſtquam Abbatum Mercatorum mandato debitor publicatus fuerit (*cc*) pro fidefrago, quæ publicatio ſono tubæ in locis publicis, & ſolitis facienda eſt, tenentur omnes, qui habent penes ſe, aut ſciant penes quem ſit, de bonis, rebus, Inſtrumentis, libris rationum, ſcripturiſve ejus debitoris fidefragi, termino quindecim dierum ea Abbatibus notificare, ſub pœna tercentum aureorum cuilibet contrafacienti, pro tertia Fiſco, pro tertia Accuſatori, & reſidua Creditoribus applicanda; & quilibet accuſare poſſit.

Hujuſque debitoris fidefragi debitores in Dominio habitantes, & præſentes, in eo quindecim dierum termino debita notificare in

ſcri-

ſcriptis neceſſe habent Abbatibus, ſub pœna quadrupli, applicanda ut ſuprà. Si verò abſentes fuerint, id termino trium menſium facere habent; & pari modo ſi debitum ex re acta extrà Dominium cauſatum fuerit, modo tamen quindecim dierum termino, eo meliori modo, quo fieri poterit, notificetur. §. Nec exindè poſſunt hi debitores creditori ſuo fidefrago ſolvere, aliàs ad iteratam ſolutionem teneantur. §. Creditores pari modo fidefragi eorum credita notificare habent, ſub pœna amiſſionis jurium, & actionum, ſuper bonis immobilibus competentium quo ad beneficium aliorum creditorum. Et plus verò credito notificantes in quadruplum puniantur. §. Error tamen in præmiſſis librarum ſexdecim Imperialium pro centenario, præjudicio non erit notificantibus quoad pœnam.

Contractus quicunque, & quæcunque conventiones factæ cum his fidefragis, aut eorum Procuratoribus, vel Negotiorum geſtoribus, poſtquam ſugam arripuerint, ſivè contineant confeſſionem debiti, aut Partis ejus, vel dilationem, aut terminum ad ſolvendum, & item obligationes, venditiones, alienationes, translationes, ceſſioneſve bonorum, jurium, & actionum, uti bono publico præjudiciales in quantum creditoribus præjudicant, ſint nulli, & nullæ, nulliuſque valoris, & momenti, etiam quòd juramento (tanquam in fraudem facto, vel ſimulatè interpoſito,) vel aliis ſolemnitatibus, muniti ſint, aut literis Principis confirmati, nec per Judices executioni mittendi ſunt.

AD TIT. DE OFFICIO ABBATUM, ET CONSULIS MERCATORUM MEDIOLANI.

Decis. et Annot.

CAmpſores tenentur edere libros in judicio ad normam *textus in l. Argentarius.*
1 *ff. de edendo;* & ita referente Magnif. Com. Loayſa judicavit Senatus die 11.
Julii 1670. — Egr Secret. Gradignano.
In cauſa vertente inter Abbates Mercatorum hujus Urbis, & Proxenetas, referente
2 Magnif. Regente Marchione Erba, cenſuit Senatus die 18. Aprilis 1693. teneri Proxenetas ſervare diſpoſita in Statutis, Ordinibus, & Edictis publicatis, & tradere notulam Negotiorum Cambialium, ſine expreſſione tamen, an Cambia fuerint activa, vel paſſiva, ut repartus, & exactio Extimi fieri poſſit juxta petita, non obſtantibus deductis; item teneri Mercatores Cambiſtas, & cæteros omnes ad Extimum obligatos dare notulam cum juramento Cambiorum per ipſos contractatorum, vel alio quocumque modo factorum juxta formulam concordandam in ordine ad juramentum adjiciendum dictis notificationibus termino dierum octo convocatà Camerà dictorum omnium concurrentium ad Extimum — Egr. Secret. Belingerio.

AD CONSTITUTIONEM.

(a) Ad §. *Abbatum* verſic. *juriſdictio illa eſt*.

Juriſdictio Abbatum horum Mercatorum non extenditur extra Civitatem Mediolani, & ejus Ducatum. Ita ſuper precibus, & reſponſis Joannis Fauli Advocati
3 Novarienſis, & Conſortum, ac Julii Cattanei declaravit Senatus in Ord. 22. Junii 1589., & rurſus die 2. Septembris ejuſdem anni ſuper precibus Ludovici Al-
4 brigoni, & reſponſis Franciſci Biraghi, & Abbatum ipſorum Mercatorum.
Eam autem habent in Civitate, & toto Ducatu. Ita referente Magnif. Senatore Com.

Digitized by Google

5 Com. Barbovio judicavit Senatus die 27. Februarii *1669.* in cauſa J. C. Oratii
Boſſi, & Ludovici Belloti -- Egr. Secret. Maddio; -- etiamſi non agatur de lite-
6 ris Cambii. Ita referente Magnif. Com. Loayſa cenſuit Senatus die 30. Maji
1670. in caſu cujuſdam Roſæ, & Cuchini -- Egr. Secret. Maddio; -- dummodo
tamen agatur de cauſa Mercaturæ. Ita referente Magnif. Marchione Arconato
7 declaravit Senatus die 17. Septembris 1673. in cauſa Cuchini cum Vicecomite
Procuratore nonnullorum Lugdunenſium -- Egr. Secret. Maddio.

Turbatur eorum Juriſdictio in materia Extimi, ſi Vicarius Proviſionum hujus Urbis
8 manum apponat taxæ factæ pro Extimo Mercatorum. Ita referente Magnif. Com.
Bracherio decidit Senatus die 30. Martii *1661.* -- Egr. Secret. Ivagnez.

Nonnulli Mercatores deſcripti in hac Univerſitate credentes in repartibus Extimi ſe ſe eſſe gravatos plus debito recurſum habuerunt ad Vicarium Proviſionum pro obtinenda moderatione taxæ.

Ex Ordine præfati Vicarii, & ad inſtantiam dictorum Mercatorum citati fuerunt Abbates, & Conſul ad comparendum coram Vicario in contradictoria ſeſſione, qui oppoſuerunt in cauſis Extimi inter particulares eorum Univerſitatis Vicarium Proviſionum nullam habere juriſdictionem, & videntes ex bono & æquo eum nolle remittere eorum cognitioni hanc cauſam, preces porrexerunt Senatui poſtulantes ut declararet non licere Vicario Proviſionum procedere contra Abbates, & Conſulem, nec eos poſſe coram ſe trahere pro ſimilibus cauſis ſubdiviſionis Extimi.

Excitatus a Senatu Vicarius reſpondit cauſas Extimi ad ſe indiſtinctè ſpectare etiam ſecundum inconcuſſam obſervantiam comprobatam ex diverſis contingentiis facti, atque reſcriptis Supremorum Tribunalium, nec poſſe dici juriſdictionem Abbatum, & Conſulis Mercatorum in paritate juriſdictionis Vicarii Proviſionum.

Replicatum fuit ex parte Abbatum, & Conſulis juriſdictionem Vicarii Proviſionum reſtringi ad cauſas Extimi, quæ oriuntur ſub Paraticis Artificum, & aliarum Univerſitatum inferiorum, non verò Univerſitatis Mercatorum, quæ eximias habet prærogativas, & juriſdictionem ex ipſis Conſtitutionibus hujus Dominii, & juxta continuatam obſervantiam ſemper cognovit de cauſis Extimi inter particulares ejus Univerſitatis; & demum in cauſis alias attinentibus ad dictos Abbates delegatis a Præfectis Extimi Vicario Proviſionum, ſemper eidem fuiſſe tributam juriſdictionem cumulativam cum ipſis Abbatibus.

Omnibus in Senatu relatis hinc inde deductis, cenſuit Senatus die 30. Martii 1662.
9 portionem Extimi ſpectantem ad Mercatores partiendam eſſe inter ipſos Mercato-
res ab Abbatibus; ubi verò Mercatores conquerantur de gravamine, cognoſcen-
dum de eo per Vicarium Proviſionum ſimul cum Abbatibus.

(*b*) Ad verſic. *cognoſcere de omnibus cauſis.*

Cum ad normam hujus Conſtitutionis committi deberet quædam mercantilis con-
troverſia orta inter Jacobum Rovilium, & Fratres Oliverios ſuper acceptatione
cujuſdam literæ Cambialis iiſdem Fratribus tranſmiſſæ a Campſore, qui poſtea de-
coxerat; dictus autem Rovilius ſuſpectos allegans omnes, qui fuerant Abbates,
duobus ſolum exceptis, ſcilicet Paulo Antonio Reſcallo, & Felice Cremona, pe-
teret, quod cum iſti duo non ſufficerent pro facienda commiſſione cauſæ, decer-
neretur vel quod commiſſio fieret duobus, vel tribus Mercatoribus, etiamſi non
eſſent Abbates, vel ad Senatum avocaretur; referente Magnif. Marchione Galla-
10 rato cenſuit Senatus die 15. Aprilis *1695.* Partes uti debere juribus ſuis pro
commiſſione narratæ cauſæ facienda duobus, vel tribus Mercatoribus, etiamſi non
eſſent Abbates juxta diſpoſitionem hujus Conſtitutionis -- Egr. Secret. Maddio.

Hæres Mercatoris ex ejuſdem privilegio poteſt convenire debitores ex cauſa Merca-
turæ coram iſtis Abbatibus, etiamſi ipſe hæres non ſit Mercator, & poteſt jurare
11 ad normam Statuti Mercatorum. Ita decidit Senatus die 20. Februarii *1669.* in
caſu Pomponii Carati -- Egr. Secret. Belcredio.

Abbates Mercatorum Lanæ Mediolani cognoſcere poſſunt de cauſis eorum debitorum
12 ex cauſa Draporum eis venditorum. Ita ſuper mutuis precibus Claudii Cagno-
lii, & Fratrum de Ferrariis declaravit Senatus in Ord. 11. Julii *1606.* pag. 542.

(*c*) Ad verba *inter Negotiatores, vel Mercatores.*

Quando controverſia eſt inter Negotiatores, vel Mercatores, & cauſa ex natura ſua
ſpectat ad Abbates Mercatorum, tunc ipſi de ea cognoſcunt, etiamſi lis ſit inter
13 Affines, non obſtante Statuto, & Conſtitutione *tit. de Arbitris.* Ita ad preces
Joan-

Joannis Antonii Borſani, & reſponſa Iſabellæ Borſanæ declaravit Senatus in Ord.
30. Julii 1590.

(*d*) Ad verba *ſeu eorum fidejuſſores*.

In cauſa inter Cuſtodem, & Scottum Fidejuſſorem pro Lonato verſus Cuſtodem ex
cauſa venditionis Mercium, & Negotii venditi Lonato, cenſuit Senatus die 30.
14 Julii *1666*. Partes informare debere in meritis coram ipſo Senatu, habita conſi-
deratione, quod Cuſtos erat Abbas, Scottus vero Nobilis, emergebantque juris
articuli.

(*e*) Ad verba *ex cauſa mercimonii tantum*.

Cum Georgius Schiatonei Conſiliarius Ducis Lotaringiæ dediſſet Fratribus de Baſſis cum ſolidali eorum obligatione pecunias ad negotiandum ſuper Cambiis eorum proprio nomine; dubitatum fuit an dictus Georgius convenire poſſet coram Abbatibus Mercatorum dictos Fratres pro reſtitutione dictarum pecuniarum ex eo, quia Conſtitutio loquitur de debitoribus ex cauſa mercimonii tantum, non autem ſimpliciter ex cauſa pecuniaria.

Favore juriſdictionis dictorum Abbatum dicebatur hanc Conſtitutionem comprehendere etiam Fidejuſſorem Mercatoris; & Fratres de Baſſis uti plures Reos debendi ob ſolidalem obligationem contractam occaſione pecuniarum ab ipſis acceptarum ad negotiandum ſuper Cambiis, dici debere tunc invicem fidejuſſiſſe; & data fidejuſſione, cum unus ipſorum Fratrum eſſet Mercator deſcriptus, dicebatur ratione ipſius procul dubio ſubjecti juriſdictioni Abbatum, omnes alios Fratres conveniri debere coram ipſis ex trito axiomate, quod non debet continentia cauſæ dividi, nec Creditor cogi coram pluribus Judicibus jus ſuum proſequi; item dictas pecunias præſumi converſas in mercimonio; demum dicebatur Mercatores communiter dici Campſores; & Abbates Mercatorum ex Statuto *cap.* 31. *Mercator.* habere juriſdictionem de depoſitis, & recommendationibus factis alicui Mercatori occaſione Cambiorum, quæ fiunt de loco ad locum, & pecunias datas fuiſſe Fratribus de Baſſis ad negotiandum ſuper Cambiis; & per conſequens hujus cauſæ cognitionem ſpectare dictis Abbatibus Mercatorum.

Pro excluſione autem juriſdictionis dictorum Abbatum, dicebatur Conſtitutionem claram eſſe, & extra caſus in ea comprehenſos extendi non debere; nec de Fidejuſſore ficto, & pluribus Reis debendi in ſolidum intelligendam eſſe, ſed de vero Fidejuſſore, vel ex cauſa literarum Cambialium, hocque non verificari in præſenti caſu; quia qui tradit Campſori pecunias negotiandas ſuper Cambiis, non contrahit ſecum obligationem ex cauſa literarum Cambii, ſed potius ex contractu innominato.

Re ad Senatum delata, deciſum fuit anno 1599. menſe Aprilis cauſam non ſpectare ad Ab-
15 bates Mercatorum; & quia dictos Georgius Creditor erat Forenſis, Senatus eam
ad ſe avocavit.

Extimi ſolutio pro Mercimonio non retardatur prætextu gravaminis illati in Taxa.
16 Ita referente Magnif. Com. Burro decrevit Senatus die 1. Februarii *1674*. in caſu
Mercatorum hujus Urbis -- Egr. Secret. Annono.

(*f*) Ad verſic. *quotieſcunque de ipſo mercimonio agitur*.

Senatus in Ord. 24. Novembris 1542. declaravit hanc Conſtitutionem, quoad re-
17 lata verba, intelligendam eſſe, ubi lis agitanda ſit cum Mercatoribus deſcriptis,
vel ſtratis utentibus, aut ab eis immediatè cauſam habentibus.

(*g*) Ad verba *de literis Cambii*.

Cauſæ literarum Cambii non avocantur ad Senatum, ſed remittuntur ad Abbates
Mercatorum. Ita ſanxit Senatus in Ord. 15. Januarii 1580. §. *Idem fiat* renova-
18 to in Ord. 11. Auguſti *1616*. §. *eod.*; cauſa autem cambialis librarum centum viginti
quinque mille, an attentâ ſummâ, ſit avocabilis ad Senatum, vide ſupra *in tit.
de Senator. n. 165*.

Abbates Mercatorum ſunt Judices competentes, quando agitur de literis Cambii,
licet non inter Mercatoris. Ita in cauſa vertente inter Hippolytum Lampugna-
19 num, & Fratres Puriſellos declaravit Senatus Ord. 28. Novembris 1591., & de
ratione ibi *in meis annotat.*; non habent autem juriſdictionem, ſi agatur de pe-
20 cuniis datis ad negotiationem Cambii, ut ſuper mutuis precibus Joannis Anto-

Digitized by Google

nii Borſani, & Iſabellæ Borſanæ decrevit Senatus in Ord. 19. Februarii 1591.

Hieronymus Bordonus Bibliopola hujus Urbis debitor Antonii Buſchi facultatem ei conceſſerat accipiendi pecunias ad Cambium, quotieſcunque pecunia ei debita intra tempus præfinitum ſoluta non fuiſſet; cumque dictus Antonius eas pecunias accepiſſet a Campſerio, & deindè ab ipſo conventus coram Abbatibus Mercatorum conveniſſet coram iiſdem Abbatibus ipſum Bordonum; hic declinavit juriſdictionem allegando ſuum debitum in origine non eſſe cambiale, & debitum contractum ab Antonio Buſcho cum Campſerio eſſe acceſſorium debito non cambiali, & per conſequens non tribuere juriſdictionem dictis Abbatibus.

Reſpondebat Antonius Buſchus potuiſſe convenire Bordonum coram Abbatibus, quia debitum Bordoni verſus Buſchum, & hujus debitum verſus Campſerium erant duo debita connexa, & dependentia virtualiter ab eodem contractu primi debiti vigore facultatis in eo conceſſæ accipiendi pecunias ad Cambium in caſu retardatæ ſolutionis, & per conſequens potuiſſe convenire Bordonum coram Abbatibus, cum Judex incompetens fiat competens ratione connexitatis, & dependentiæ cauſæ.

Addebat inſuper Buſchus, quod non conſervaretur indemnis a Bordono, ubi eum convenire non poſſet coram Abbatibus, quia ab iiſdem conſequi non poſſet illam promptam juſtitiam pro ejus credito contra Bordonum, quam impartiuntur in cauſis coram ipſis vertentibus vigore eorum Statutorum.

Relata in Senatu hac cauſa per Magnif. Senatorem Trottum poſtea ejuſdem Præſi-
21 dem, deciſum fuit die 4. Aprilis 1618. non poſſe Bordonum declinare juriſdictio-
nem Abbatum Mercatorum.

Petiit a Senatu quidam Moronus Creditor ex cauſa cambiali Marci Antonii, & Fratrum Minorum de Bigarolis uti hæredum eorum Patris, ut cauſa inter ipſum, & dictos Fratres vertens pro dicto cambiali credito remitteretur ad Abbates Mercatorum; cum autem Senatus cognoviſſet ex precibus dictorum Fratrum agi de negotio dependente a cauſa redditionis rationum tutelæ per eorum Matrem geſtæ jam coram Senatu introducta, & ad referendum delegata Ampliſſimo Patri Bonetto, decrevit, ut ipſe, auditis partibus, Supplicantium indemnitati provideret etiam mediante reſtitutione in integrum adverſus quæcunque præjudicialia prout juris eſſe cognoviſſet.

Fundamentum petitionis Moroni pro remittenda ad Abbates Mercatorum ejus cauſa unicè ſiſtebat in qualitate ejus crediti provenientis a literis Cambii, quarum cognitio privativè reſervata eſt ad Abbates Mercatorum ex diſpoſitione Conſtitutionum *hoc tit.*

Pro declinanda verò dictorum Abbatum juriſdictione allegabatur a dictis Fratribus de Bigarolis agi quidem cum dicto Morono de cauſa cambialis crediti, verum hanc eſſe dependentem, & connexam cum eorum cauſa coram Senatu jam introducta contra eorum Matrem pro redditione rationum tutelaris adminiſtrationis, retento quod ipſa tenebatur extinguere hoc cambiale debitum media venditione Torquis aurei, & Gemmarum pro executione præcepti facti a reſpectivo Patre, & Marito in ejus teſtamento de diſolvendo ære alieno.

Item adducebatur inter Fratres de Bigarolis adeſſe Minores, & propterea ipſis competere privilegium adeundi Senatum ex *l. un. C. quando Imperator &c.*, & hoc privilegium utpote conceſſum miſerationis cauſâ eſſe potentius quocunque alio privilegio Fori.

Demum afferebatur in decreto Senatus datam eſſe Ampliſ. P. Delegato auctoritatem proſpiciendi Minorum indemnitati etiam mediante reſtitutione in integrum adverſus quæcunque præjudicialia; & hanc auctoritatem privativè concedi a Senatu cui vult; & petitam a Morono ejus cauſæ remiſſionem ad Abbates Mercatorum eſſe præjudicialem dictis Minoribus.

Relatis hiſce omnibus in excelſo Ordine per Magnif. Senatorem Bonettum ſancitum
22 fuit die 6. Septembris 1664. cauſam eſſe cognoſcendam a Senatu.

Contendente Cauſidico Albano non ſpectare ad Abbates cauſam, in qua agebatur
de Literis Cambii ab ipſo, & a quodam Landriano in ſolidum ſubſcriptis favo-
re cujuſdam Breſcii, & allegante ſe uti Cauſidicum Collegiatum non potuiſſe fi-
dejubere, ac in ſolidum ſe obligare contra diſpoſitionem Statuti Mediolani *cap.*
353. *vol.* 2.; conſideratum fuit pecunias in ſolidum utrique fuiſſe numeratas; agi
de materia Cambiali; & in ea Abbates Mercatorum uti Judices competentes vi-
gore hujus Conſtitutionis poſſe incidenter cognoſcere de propoſita nullitate;
23 unde Senatus die 9. Maji 1642. cenſuit cauſam eſſe remittendam ad Abbates Mer-
catorum.

In

In materia Cambiorum Abbates Mercatorum cognoſcunt etiam in cauſis vertenti-
bus inter Minorem, & Clericum. Ita referente Magnif. Com. Archinto decidit
24 Senatus die 19. Januarii 1655. in cauſa vertente inter Minorem de Baſardis Pa-
pienſem, & Jacobum Muſitellum Mediolanenſem, non obſtante, quod Minor pe-
teret avocationem cauſæ ad Senatum ex privilegio *l. unic. C. quando Imperator &c.*;
& eſſet hæres Patris cum beneficio legis, & inventarii; & ita fuit deciſum, quia
Abbates ſunt Judices privativi in materia Cambiali, & in hoc caſu judicium in-
choatum, & proſecutum fuerat vivente Patre coram Abbatibus -- Egr. Secret.
Maddio.

Minores uti hæredes Patris debitoris ex cauſa literarum Cambii conveniri poſſunt
coram Abbatibus licet mercaturam non exerceant. Ita referente Magnif. Senatore
25 Aliſero declaravit Senatus die 31. Julii 1645. in cauſa vertente inter Carolum
Antonium & Joſephum Mariam Fratres Minores de Bimiis, & Carolum Arco-
natum Creditorem eorum Patris ex cauſa literarum Cambialium -- Egr. Secret.
Creſcentino.

Ubi agitur de literis Cambii, & conceſſum ſit præceptum ab Abbatibus, ne Com-
parens deponat, vel præſtet fidejuſſionem ex cauſa depoſiti, Senatus manum non
apponit; unde referente Magnif. Com. Siccoborella Senatus decrevit die 11. Julii
26 1663. eſſe remittendam ad Abbates Mercatorum cauſam vertentem inter Ceram,
& Cirianum -- Egr. Secret. Maddio.

In materia Cambiorum, & Mercaturæ non admittitur aliquod perſonale privilegium
27 competens debitori, ut juriſdictionem Abbatum declinet. Ita referente Magnif.
Com. Bracherio declaravit Senatus die 17. Martii 1653. favore cujuſdam Merca-
toris Veneti contra quemdam Ferrarium conventum coram Abbatibus, qui pro
declinando eorum foro allegabat privilegium muneris, quod habebat in Officio
cudendi Monetas.

Pro debito Cambiali non dantur bona in ſolutum. Ita referente Magnif. Marchione
28 Erba cenſuit Senatus die 13. Novembris 1665. in caſu Burghi Debitoris, & Mar-
telli Creditoris -- Egr. Secret. Maddio.

Solutum ex cauſa Cambii ſicci debet vel in ſortem computari, vel condictione in-
29 debiti repeti. Ita anno 1577. cenſuit Magiſtratus Extraord. Reddit., & anno 1580.
30 idem judicavit Curia Archiepiſcopalis Mediolani.

Literæ Cambii non impediunt decretum termini ad ſolvendum, ubi creditum Cam-
biale tranſierit ad Tertium non Campſorem, ſalvo ubi Debitor non obtulerit de-
ponere. Ita referente Magnif. Senatore de Puteo decidit Senatus die 13. Novem-
31 bris 1673. in caſu Mangoni cum Lucino, cui Senatus conceſſerat terminum men-
ſis ad parandas pecunias -- Egr. Secret. Oliverio.

Abbates Mercatorum cognoſcunt de cauſa Cambii, etiamſi non ſit factum a Perſo-
nis deſcriptis pro Mercatoribus, quia ex conſuetudine hujus Dominii dari poſſunt
pecuniæ ad Cambium per quamlibet Perſonam. Ita referente Magnif. Com. Bra-
32 cherio judicavit Senatus die 8. Maji 1653. in cauſa Joannis Garziæ del Hoco
cum Capitaneo Palomero.

(b) Ad §. *De his cauſis* verb. *alii Judices*.

Ad inſtantiam alicujus Mercatoris poſſunt etiam Judices Ordinarii cognoſcere de
33 cauſis reſervatis juriſdictioni Abbatum Mercatorum, ut ad inſtantiam Reg. Fiſci
declaravit Senatus in Ord. 24. Novembris 1542.

Juriſdictio horum Abbatum adeo eſt privilegiata, ut in hujuſmodi cauſis locum ha-
beat etiam contra Perſonas habentes ex privilegio peculiarem Judicem, uti ſunt
Curiales, Milites, aliique in aliqua dignitate conſtituti, quia privilegium rei
prævalet cuicunque privilegio Perſonæ; & cauſarum mercantilium cognitio defer-
tur hiſce Abbatibus propter eorum peritiam in ejuſmodi controverſiis, quam dif-
ficilè, & perrarò habent alii Judices ad *text. in l. periniquum. C. de juriſdict.*
34 *omn. Judic.*, *& in l. un. C. in quibus cauſis Milites &c.*; quamobrem ita cenſuit
Senatus die 4. Decembris 1645. favore Joannis Baptiſtæ Gallarati contra Ducem
Galliam Curialem; die 31. Auguſti 1650., referente Magnif. Senatore Bonetto
35 in cauſa vertente inter Bartholomæum, & Dominicum de Treviolis Genuenſes
ex una, & Hieronymum Levam, & Joannem Baptiſtam Capſinam ex altera parte
debitores ex cauſa Cambii, & Mercium, qui conventi coram iſtis Abbatibus uti
Curiales oppoſuerant declinatoriam, decernendo cauſam eſſe remittendam ad Ab-
bates: rurſus cum Ludovicus Mizzaferrus conveniſſet coram hiſce Abbatibus Ca-

rolum Borromeum debitorem ex cauſa Literarum Cambii, & ipſe tamquam Scho-
laris rei tormentariæ declinando juriſdictionem intimari feciſſet præceptum inhi-
36 bitorium ex ordine Auditoris Militaris, res delata fuit ad Senatum, qui die 25.
Februarii 1654. decrevit cauſam eſſe remittendam ad ipſos Abbates; & demum
orta eadem controverſia inter Jacobum Antonium, & Fratres de Mizzaferris fi-
lios dicti Ludovici Creditores ex cauſa negotiationis, & mercium, & Julium a
37 Baſilicapetri debitorem privilegium Fori allegantem uti pariter Scholarem rei tor-
mentariæ, Senatus referente Magnif. Senatore Pattellano ſanxit die 6. Julii 1663.
cauſam ſpectare ad hos Abbates.

(i) Ad §. *Cauſæ vertentes* verb. *inſtantiam*.

Mercatores Alemani commorantes in Dominio Mediolani, ex privilegio ipſis con-
38 ceſſo, non ligantur Conſtitutionibus, & Statutis de ſuſtinendis inſtantiis, & re-
novandis præceptis executivis, ſive licentiis detinendi eorum debitores, vel intrandi
in eorum bona, & in omnibus contra eorum debitores proceditur, prout ſerva-
tur in cauſis Fiſcalibus contra debitores Fiſci. Ord. Senat. 20. Julii 1611.

(l) Ad verba *abſque conſilio Sapientis*.

Si contingat per Senatum dari literas pro admiſſione Conſilii Sapientis, eas eſſe in-
telligendas juxta diſpoſitionem hujus Conſtitutionis, declaratum fuit a Senatu die
39 18. Aprilis 1692. in cauſa inter J. C. Petrum Bonentium uti Procuratorem Con-
ſortum de Bottinis, & Franciſcum Mariam Guidettum -- Egr. Secret. Maddio.
Quando agitur de debito egregiæ ſummæ, e. g. librarum ſex mille, & ultra ex cau-
ſa mercaturæ, & adſint articuli juris, cauſa agitari debet coram Abbatibus non
40 ſummariè, ſed ſer. ſer., & adhibito Conſilio Sapientis. Ita decrevit Senatus die
26. Aprilis 1702. ſuper precibus Joſeph Marelli -- Egr. Secret. Gallarino.
Conſilium Sapientis aſſumi debet datis notulis Confidentium; illudque ſequi tenen-
41 tur Abbates Mercatores. Ita ſanxit Senatus die 22. Auguſti 1701. in cauſa ver-
tente inter Joſeph Marellum ex una, & Carolum Largum, atque Petrum Anto-
nium Latuadam ex altera parte -- Egr. Secret. Coſſa.

(m) Ad §. *Is tamen appellans* verb. *depoſuerit*.

Hæc Conſtitutio, quoad depoſitum, non procedit in reſtitutione in integrum petita
42 per Minorem adverſus ſententiam contra ipſum latam ab hiſce Abbatibus. Ita re-
ferente Magnif. Senatore de Magiſtris cenſuit Senatus die 28. Martii 1635.
Appallatio a ſententia lata ab Abbatibus Mercatorum non admittitur, niſi facto
43 actuali depoſito ad præſcriptum hujus Conſtitutionis, & ſi irrepſerit aliquod re-
ſcriptum cum ſupplemento fidejuſſionis, revocatur. Ita referente Magnif. Com.
Burro decrevit Senatus die 16. Novembris 1672. in caſu cujuſdam Arnati -- Egr.
Secret. Annono.
Condemnati Fratres Prandoni in cauſa coram hiſce Abbatibus agitata cum Hærede
Joannis Baptiſtæ Marinoni, obtulerunt ſe velle ſtare libris dicti Marinoni Mer-
catoris, & petierunt audiri non facto depoſito, allegantes, quod ubi incontinenti
conſtare poteſt nil deberi Hæredi dicti Mercatoris, numquam cenſeri debeat reje-
cta probatio, quæ poteſt incontinenti fieri. Propoſito in Senatu hoc caſu ad re-
44 lationem Magnif. Senatoris Parravicini, decretum fuit die 18. Martii 1620. poſſe
Fratres Prandonos loco depoſiti præſtare fidejuſſionem in forma depoſiti, & hanc
ſufficere.

(n) Ad §. *Abbates Mercatorum* verb. *cauſas appellationum*.

Reſcriptorum a Senatu obtentorum per appellantes a ſententiis latis ab Abbatibus
Mercatorum, nulla ratio haberi debet, niſi illa decreta ſint, & præſentata dictis
45 Abbatibus, & eorum Officio, qui juxta Ordines commiſſiones appellationum fa-
cere habent; & reſcripta ad quoſcunque Judices quovis modo data, pro irritis,
& non conceſſis haberi debent, modo horum parti adverſæ notitia detur. Ita ad
preces Abbatum & Conſulis Mercatorum ſanxit Senatus in Ord. 20. Junii 1579.
Appellatio a ſententia lata ab Abbatibus Mercatorum in cauſa Literarum Cambii
relinquitur iiſdem Mercatoribus juxta hanc Conſtitutionem, nec cauſa avocatur
46 ad Senatum. Ita poſt alios caſus decretum fuit a Senatu die 16. Decembris 1672.
referente Magnif. Com. Pertuſato, poſtea Senatus Præſide in caſu Vanegol Ve-
neti, & nonnullorum Creditorum Genuenſium -- Egr. Secret. Oliverio.

(o) Ad

Digitized by Google

Appellavit ad Senatum Luchinus Vicecomes a præcepto executivo contra ipſum con-
ceſſo Georgio de Clericis ab Abbatibus Mercatorum, & Senatus die 13. Sep-
47 tembris 1652. decrevit dictum Luchinum uti debere juribus ſuis in judicio ap-
48 pellationis coram iiſdem Abbatibus; & idem decrevit die 27. Julii 1657. contra
eundem Luchinum Vicecomitem.

(o) Ad §. *Quotieſcunque* verb. *cum proteſtatione*, *&c.*

Quando proteſtationes non ſunt factæ ſervatâ formâ hujus Conſtitutionis, nempe
medio Proxenetæ, nullæ ſunt, nec attendi debent, non obſtante quacunque ob-
ſervantia in contrarium. Ita referente Magnif. Senatore de Calvis decidit Sena-
49 tus die 24 Septembris 1600. ad mutuas preces Margaritæ de Medicis, & Luciæ
50 Littæ; & rurſus allegatam in contrarium obſervantiam rejecit die 24. Decem-
bris 1603.

(p) Ad verſic. *Cambium verè*, *& realiter factum fuiſſe*.

Cambium verum, & reale eſt ad normam hujus Conſtitutionis, non obſtante
quod ſit factum cum Privato, & non Campſore. Itá referente Magnif. Senatore
51 Carillo cenſuit Senatus die 16. Julii 1670. in cauſa vertente inter quemdam Ri-
pam, & Ondeum -- Egr. Secret. Beleredio.

Quando Cambia, & Recambia verè non debentur, non obeſt, nec unquam in ju-
dicatum tranſit ſententia illa decernens. Ita referente Magnif. Marchione Arco-
52 nato declaravit Senatus die 19. Julii 1673. in cauſa Camillæ Zucarellæ, & Ni-
colai Luini, decernendo Cambia non deberi, non obſtante Abbatum Mercatorum
ordinatione, & calculatione cúm debitoribus ſecuta; & referente Magnif. Regen-
53 te Marchione de Clericis idem judicavit anno 1676. in cauſa Conſortum de
Scorpionis, non obſtante tranſactione jam inter Partes ſtipulata.

(q) Ad verba *etiam per perſonalem detentionem*.

Hanc Conſtitutionem procedere, dummodo Debitor ſexagenarius non ſit, declaravit
Senatus die 1. Februarii 1584. in cauſa inter Marchionem Cuſanum, & Fran-
54 ciſcum Bernardinum Petram, motus ea ratione, quia Conſtitutio non derogat
Statuto, & per diſtinctionem poſſunt ſimul concordari, ita ut præſens Conſtitu-
tio generaliter loquens de Debitoribus literarum Cambii debeat determinari per
Statutum loquens de ſexagenario, ita ut hunc caſum minimè comprehendat;
item quia major ſpecialitas judicatur reſpectu perſonæ, quam cauſæ; item quia
ex duabus regulis, unâ permiſſivâ, alterâ vero prohibitivâ, potius attenditur
prohibitiva; unde attentis hiſce rationibus, Senatus iterum idem judicavit die
55 15. Decembris 1584. favore Hieronymi Mamarellæ detenti ad inſtantiam Lucii
Littæ, non obſtantibus per eum latè deductis.

Mercatores autem Alemani, ex privilegio ipſis conceſſo, poſſunt detineri facere
Medlolani eorum debitores, non obſtante ſexagenaria ætate. Ita ad preces Mar-
56 ci Antonii Areſii ſexagenarii detenti, & Hieronymi Oſclanger Procuratoris Pauli
Teſclerii, & aliorum, declaravit Senatus in Ord. 13. Julii 1610. ibique *in meir*
57 *annotat.*; & etiam in domibus, aliiſque locis a Conſtitutionibus hujus Dominii
prohibitis. Ord. Senat. 29. Januarii 1607.

(r) Ad §. *Eo amplius* verſic. *hypotecam habeant*.

Litera Cambii tracta in Nundinis ſuper ſemetipſo retinet priorem hypotecam prio-
58 rum literarum. Ita referente Magnif. Senatore Pattellano decidit Senatus die 29.
Maji 1662.

Per refutationem literarum Cambialium non extingui primam hypotecam judicavit
59 Senatus die 15. Julii 1670.

Literæ Cambii habent non ſolum hypotecam, verum etiam vim, & effectum ſen-
tentiæ, & rei judicatæ; unde habent executionem paratam, & in illis ſubintel-
ligitur Cameralis obligatio, cujus virtute non attenditur ullus ordo in judiciis,
ſed Creditor poteſt pro ſuo arbitrio eligere, quam malit, viam pro ſatisfactione
ſui crediti tantopere privilegiati; & attenditur origo crediti. Ita referente Ma-
60 gnif. Com. Bracherio cenſuit Senatus die 17. Martii 1653. in cauſa vertente in-
ter quemdam Drallum, & Martham.

Hypotecam fuiſſe contractam in Chirographo, in quo reperiebatur clauſula *che va-
glia anco per lettera di Cambio*, *come ſe foſſe veramente*, *e realmente lettera di*
Cam-

Digitized by Google

61 *Cambio* decidit Senatus die 31. Auguſti 1650. inter Vigletium, & Ghislanzonum.

Cambium cum promiſſione literas exarandi non habet hypotecam ab hac Conſtitutione inductam, ubi literæ non fuerint traditæ. Ita referente Magnif. Senatore Menochio judicavit Senatus die 31. Julii 1680. contra Creditores hæreditatis Caroli Mariæ Fliſci.

Confiſcatis bonis Jo. Baptiſtæ Velati, & Joannis Recalcati Sociorum, iiſque ad Cridas poſitis contradixerunt præ cæteris Lumaga, & Stampa Socii; nec non Georgius de Clericis uti Creditores erga Velatum, ejuſque bona ex cauſa nonnullarum Literarum Cambii. Quæſtio fuit inter dictos Contradicentes, quis eorum præferri deberet in bonis confiſcatis pro reſpectivo eorum cambiali credito.

Relata hac cauſa in Magiſtratu Extraord. Reddit. declaratum fuit die 10. Maji 1659. Lumagam, & Socium eſſe Creditores anteriores Georgio de Clericis pro
62 ſummis enunciatis in Literis dierum 10. 17. & 24. Octobris 1637.; reſpectu vero Literarum ſub data 31. Octobris, & 14. Novembris eſſe poſteriores dicto de Clericis.

Ab hac ſententia appellavit ad Senatum quoad præjudicialia Vertematus uti Adminiſtrator hæreditatis qu. Marci Antonii Lumaghæ, & eidem appellationi adhæſit de Clericis in parte ſibi præjudiciali, & in contradictione facta libello appellatorio per Vertematum producto petiit declarari ſe potiorem, & anteriorem non ſolum pro parcellis ejus favore declaratis; verum etiam pro parcellis Lumaghæ, & Socio adjudicatis, ejus jura deducens ex literis Cambii ejus favore per Velatum, & Recalcatum ſubſcriptis die 25. Auguſti 1637., & quæ a Feria *Santi* ejuſdem anni redierant inſolutæ.

Præcipuum de Clericis fundamentum erat, quod a die factarum Literarum, & non a die earundem regreſſus, aut earum protextus anterioritas hypotecæ inciperet.

Acerrimè id impugnabat Vertematus contendens, quod protextus per de Clericis productus poſterior eſſet omnibus protextibus a Sociis Lumaga, & Stampa factis Velato, & Recalcato, & quod de jure non a die datarum Literarum Cambialium, ſed a die protextus, maximè in præjudicium tertii, oriretur hypoteca favore Creditoris.

Referente Magnif. Senatore Pattellano cenſuit Senatus die 29. Martii 1662. benè judicatum, & malè appellatum reſpectu binarum parcellarum 31. Octobris, &
63 14. Novembris 1637.; reſpectu vero aliarum quatuor parcellarum contentarum in judicio reconventionis declaratarum favore dictorum de Lumagis, male judicatum, & benè appellatum per dictum de Clericis, & idcirco ad formam reconventionis per eum propoſitæ, eum uti anteriorem dictis Lumagis eſſe illis præferendum.

Eadem quæſtio rurſus agitata fuit coram Senatu inter Paulum Magnum ex una parte, & inter Jo. Baptiſtam Cattaneum, & Jo. Baptiſtam Parravicinum ex al-
64 tera; & referente Magnif. Regente Marchione Cavalli denuò ſtetit ſententia diei 5. Septembris 1759. hypotecam a Conſtitutionibus conceſſam Literis Cambii veri, & realis incipere a die earum datæ, non autem a die protextus.

(ſ) Ad §. *ſi quis* verb. *aliquod judicium intentare*, *&c.*

Ceſſio bonorum prohibita eſt inter Mercatores habentes executionem perſonalem ex forma Statutorum, vel Ordinum ipſorum Mercatorum; & hoc procedit tam inter Mercatores deſcriptos utentes ſtratis, quam inter deſcriptum, & non deſcriptum, quoties non deſcriptus, ſive non utens ſtratis, velit ceſſionem facere in præjudicium Deſcripti habentis executionem perſonalem ex forma Statutorum Mercatorum, etiamſi deſcriptus non ſit ex Mercatoribus ſedentibus. Ita declara-
65 vit Senatus die 18. Februarii 1614. in cauſa vertente inter Joannem Baptiſtam Andrianum, & Balthaſſarem Molinam -- Egr. Secret. Sacco.

(t) Ad §. *Advocati*, *& Cauſidici*, *&c.*

Advocatum, & Cauſidicum in Abbatia horum Mercatorum non poſſe incumbere patrocinio cauſarum, quæ agitantur coram hiſce Abbatibus ad formam Statuti,
66 renovato Edicto, decrevit Senatus anno 1661. menſe Februarii referente Magnif. Com. Bracherio -- Egr. Secret. Annono.

Si Abbates Mercatorum nolint admittere Advocatum, vel Cauſidicum, docere debent de cauſis eorum excluſionis. Ita referente Magnif. Com. Corio declaravit Sena-

Digitized by Google

67 Senatus die 4. Decembris 1663. in caſu Borſerii, & Cabiati -- Egr. Secret. Belcredio.

(u) Ad §. *Omnibus Mercatoribus* verb. *recedere a Civitate Mediolani*.

Recedentes ab hoc Dominio ſine expreſſa facultate S. E., ut alibi artem ſuam exer-
ceant, aut ſine exercitio commorentur in aliena ditione, ultra pœnam confiſca-
68 tionis bonorum ab hac Conſtitutione impoſitam, incurrunt etiam illam mortis
ex Proclamate 15. Februarii 1663., & 30. Junii 1673.

Anno 1594. die 26. Junii Senatus juſſit tribus ictibus funis publicè plecti, & ad
remum triennalem mitti Julium Cæſarem Ripaltam Mediolani captum, qui ob
69 translatam artem Cuſoris auri ad Civitatem Mantuæ, bannitus fuerat perpetuò
cum confiſcatione bonorum.

(x) Ad §. *Hæc tamen pœna* verb. *intra tres menſes*.

Nomine Ludovici Martignoni Fideifragi datæ fuerant preces Senatui, petendo ſibi
concedi ſalvumconductum menſis quoad Perſonam attento conſenſu trium partium
ex quatuor ejus Creditorum; Senatus autem valdè dubitans ſuper hac conceſ-
ſione, quæ etſi terminum trium menſium hic præſcriptum contineat, intelligitur
tamen, ut interim Fdeifragus abſit; conceſſit nihilominus die 19. Auguſti 1591.
70 ſalvumconductum petitum, modo verè concurreret memoratus conſenſus, & men-
ſis in hoc termino computaretur.

(z) Ad §. *Omnium Officialium* verb. *nec relaxare*.

Creditores tenentur termino dierum quatuor verificare coram Judicibus Ordinariis
fugam ipſam, fugæque ſuſpicionem; quo termino elapſo, & non probata dicta
fuga, vel ſuſpicione, illicò detenti relaxari debent, & Creditores cenſentur con-
71 demnati in expenſis factis ab ipſis detentis, & in Florenis viginti quinque appli-
candis Cameræ. Ita pro indemnitate debitorum ſanxit Senatus in Ord. 15.
Junii 1556.

Hinc Salerium detentum uti ſuſpectum de fuga ad inſtantiam Pitis Creditoris, ob
72 non factam probationem ſuſpicionis fugæ intra quatriduum, referente Magnif.
Senatore de Puteo, Senatus relaxari juſſit die 17. Maji 1663. -- Egr. Secret.
Maddio.

Terminum quatridui ad probandam ſuſpicionem fugæ præſcriptum, referente Ma-
73 gnif. Senatore Carillo, Senatus prorogare noluit die 5. Aprilis 1666. in caſu Sal-
vadici Debitoris detenti in carceribus Papiæ vigore præcepti conceſſi Mediolani
ad inſtantiam Puricelli Creditoris -- Egr. Secret. Coſſa --; & hujuſmodi proroga-
74 tionis petitionem a Jacobo Miliavacca porrectam pariter rejecit die 18. Februarii
1669. -- Egr. Secret. Belcredio.

Appellatio non admittitur a ſententia, ſive in favorem, ſive contra Debitorem lata
ſuper ejuſdem detentione ob ſuſpicionem fugæ. Ita decrevit Senatus die 6. No-
75 vembris 1593. ſuper precibus Tiberii Sylvæ, & Julii de Sancto Ambroſio, datis
literis Executoribus Cameræ.

(aa) Ad §. *Hæque in omnibus* verb. *etiam in Eccleſia*.

Huic Conſtitutioni derogatum non eſt per Bullas Summorum Pontificum Gregorii
XIV., & Benedicti XIII. editas ſuper immunitate Eccleſiæ, licet poſteriores,
76 quia neutra in hoc Dominio recepta eſt ex Ord. Reg. 4. Decembris 1666., & ex
Ord. Senat. 3. Martii 1667., & 26. Martii 1726.

(bb) Ad §. *Hæc quoque Sanctio* verb. *pro fugitivis habentur*.

Ex Statuto Mercatorum Mediolani *cap.* 48. Debitor fugitivus, & non ſecurus in-
77 telligitur, qui non eſt paratus ſatiſdare, vel non ſatiſdat cum bonis Fidejuſſori-
bus de debito ſolvendo coram Conſulibus ad petitionem Creditoris.

(cc) Ad §. *Poſtquam Abbatum*, verb. *Debitor publicatus fuerit*.

Ceſſerat Joannes Maria Cella Marchioni Federico de Franchis jus redimendi nonnulla loca Montis S. Caroli ab ipſo alienata diverſis ejus Creditoribus. Expoſt ipſe, & ejus Creditores impugnabant recenſitam ceſſionem ſub prætextu, quod Cella uti de eo tempore decoctus inhabilis eſſet ad contrahendum vigore hujus Conſtitutionis. Reſpondebat dictus Marchio de Franchis non defuiſſe in dicto

Cella

Digitized by Google

Cella facultatem contrahendi, quia ipſi non erat adhuc a Judice interdicta admi-
niſtratio, nec facta Proclamatio ad formam hujus Conſtitutionis, & conſtaret de
78 eo tempore paſſim cum aliis contraxiſſe. Quamobrem Senatus die 11. Maji 1668.
cenſuit contractum locorum Montis S. Caroli inter Marchionem Federicum de
Franchis, & Jo. Mariam Cellam eſſe ſervandum non obſtantibus deductis.

QUOD CAPITANEI MARTHESANÆ, ET SEPRII JURISDICTIONEM NON EXERCEANT IN CERTIS VILLIS.

Capitaneus Seprii, & Bulgariæ, & Capitaneus Marthesanæ, & Batianæ, qui in dictis Regionibus juriſdictionem criminalem exercere habent, & Majorem Magiſtratum, ſe tamen intromittere aliquo modo non poſſunt, nec juriſdictionem exercere in infraſcriptis Plebibus, & Terris; quia hujus Conſtitutionis vigore, tàm in civilibus, quàm in criminalibus de juriſdictione Prætoris Mediolani eſſe declarantur. Quæ loca ſunt hæc, videlicet:

In Seprio, & Bulgaria.
Plebs de Ciſano.
Plebs de Treno.
In Plebe de Corbetta.
Locus de Ciſliano.
Locus de Sidriano.
Locus de Baregio.
Locus de Sancto Vito.
Locus de Beſtacio.
Locus de Sancto Petro ad Beſtacium, cum ſuis Capſinis, & Territoriis.
In Plebe de Nerviano.
Locus de Garono.
Locus de Udrugio.
Locus de Poliano.
Locus de Venzago.
Locus de Pregnana.
Locus de Cornaredo.
Locus de Rhaude.
Locus de Ruſernate, cum eorum Capſinis, & Territoriis.
In Marthesana, & Baciana.
Plebs de Bruciano.
Plebs de Bolate.
Plebs de Deſio, cum Burgo Deſii, exceptis Serenio, Blaſſono, Vedano.
Locus de Machario.
In Plebe de Gorgonzola.
Locus de Vignate.
Locus de Campo-Ricco.
Locus de Retenate.
Capſina de Villafranca, ſivè de Pechiis, cum Capſinis, & eorum Territoriis.
Plebs de Mezate tota.
In Plebe de Vicomercato.
Burgus de Concorretio.
Locus de Gradi.
Locus de Carugate.
Locus de Caponago, cum ſuis Capſinis, & Territoriis.
Capſinæ de Baracia.
Curia de Modoëtia.
Plebs de Segrate.
Plebs de Sancto Donato.
Plebs de Sancto Juliano.
Plebs de Locate.
Plebs de Roſate.
Plebs de Decimo.
Plebs de Septala.

AD

AD TIT. QUOD CAPITANEI MARTHESANÆ ET SEPRII JURISDICTIONEM NON EXERCEANT IN CERTIS VILLIS.

Decis. et Annot.

ISti Capitanei nullam modo juriſdictionem habent, niſi ex cauſa Bladorum, &
Contravenientium, ex Ordinibus Senatus, de quibus teſtatur Carpan. *ad Statut.*
1 *Mediolani cap. 96. vol. 2. lit. C.*
Vocantur Capitanei Devetus, & tenentur ipſi, ac eorum Commiſſarii, ac Contra-
2 ſcriptores juramentum præſtare in actis Senatus, ex ejus Ord. 10. Septembris
3 1688.; & prædicti tenentur ad onera realia, & perſonalia in loco, ubi habitant,
ex Ord. Reg. 16. Februarii 1648.

DE OFFICIO PROTECTORUM CARCERATORUM.

PRotectores Carceratorum poſſunt cogere, & condemnare quoſcunque, qui non ritè aliquem detinere fecerint, (*a*), ad ſatisfactionem expenſarum factarum per ipſos non ritè detentos, & habito prius ſermone cum Judice.

AD TIT. DE OFFICIO PROTECTORUM CARCERATORUM.

Decis. et Annot.

Ad Officium Protectorum Carceratorum Mediolani eliguntur quinque Juriſconſulti
ab Abbatibus Collegii Juriſperitorum Mediolani, Cauſidici quinque ab eorum
1 Collegio, & Nobiles quinque a Vicario, & Duodecim Viris Proviſionum Me-
diolani ex diſpoſitione Statuti *cap.* 150. *vol.* 2.; & antequam hoc munus exer-
ceant, debent approbari a Senatu, ex ejus Ord. 30. Novembris 1534., ut notat
Carpan. *ad d. cap.* 150.
Hoc officium erat vitalitium; verum cum nimis oneroſum evaderet Protectoribus
2 electis, Senatus, re maturè perpenſa, biennale effecit, cum hac declaratione, ut
ſingulo quoque biennio, duo ex jam admiſſis e quovis Ordine, una cum tribus
aliis e quolibet prædictorum Ordinum nominandis, & approbandis ab eodem
Senatu, ad prænarratum Officium exercendum deputentur. Ord. Senat. 30.
Martii 1554.
Si aliquis ex hiſce Protectoribus durante biennio moriatur, vel Officium exercere
nequeat ob diuturnam abſentiam, vel aliud impedimentum, reliqui Protectores
3 per ſecreta ſuffragia eligunt alium illius loco ſubrogandum, & approbandum a
Senatu juxta diſpoſitionem noſtri Statuti *cap.* 151. *vol.* 2.
Protectores Carceratorum Mediolani congregantur in Aula Malæ Manſionis pro
tractandis rebus concernentibus rectam adminiſtrationem dicti loci, & beneficium
ipſorum Carceratorum, quolibet die Veneris, vel alio aſſignando a Priore Con-
gregationis, qui ſemper eſt unus ex Protectoribus togatis, & in dicta Aula ſedent
4 Prior in capite, & ab utroque ejus latere reliqui quatuor Protectores togati;
deinde Nobiles a dextris, & Cauſidici a Siniſtris, & poſt togatos prius ab uno
ex Nobilibus votum profertur, deinde ab uno ex Cauſidicis, & ſic alternatim,
juxta normam a Senatu præſcriptam in Ord. 12. Septembris 1670., & 9. Au-
guſti 1709.
In Viſitationibus Carceratorum, quæ fiunt per Magnificos Senatores Delegatos
tam in Officio Egr. Capitanei Juſtitiæ, quam Egr. Prætoris, quinam ſedendi mo-
5 dus ſervandus ſit inter Egr. Judices, Egr. Advocatos, & Syndicos Fiſcales, ac
Protectores Carceratorum, habetur in Ord. Senat. 6. Maji 1684.
Adimplementum muneris horum Protectorum ſummoperè cordi eſt Senatui; hinc

Digitized by Google

6 eos ad illud ſedulò, & diligenter exercendum, ac præcipuè curandam executio-
nem decretorum, quæ fiunt in Viſitationibus Carceratorum, excitavit, ac injun-
xit Ord. 10. Januarii 1678., & 23. Januarii 1679.
Iſti Protectores habent juriſdictionem in toto Mediolani Ducatu. Ita referente Ma-
7 gnif. Marchione Caxa declaravit Senatus die 19. Decembris 1662. in cauſa No-
tarii Verzini detenti in Carceribus Seprii -- Egr. Secret. Annono.
Poſſunt ad eorum libitum inſpicere librum, in quo inſcribuntur nomina ſingulorum
Carceratorum cum cauſa eorum detentionis. Ord. Senat. 26. Novembris 1541.
8 §. *Provideant*; & poſſunt alloqui quoſcunque Reos detentos in quibuſcunque ſtri-
ctioribus Carceribus, dum eorum patrocinio incumbunt, etiam in quibuſvis caſi-
9 bus exceptis una cum Notario cauſæ, & in ejus abſentia cum uno ex Actuariis.
Ord. Senat. 8. Auguſti 1642., & 11. Aprilis 1651.; & relaxari facere Debitores
detentos præſtita fidejuſſione de ſolvendo, & redeundo ad Carceres, & cum cau-
10 ſæ cognitione, parte citata, ſervatiſque ſervandis. Ord. Senat. 23. Martii 1626.
Publicè ſedente Excellentiſſimo Gubernatore in Senatu, non poſſunt petere gratiam,
niſi pro Reis, qui verè, & cum effectu ſiſtant in Officio Egr. Capitanei Juſtitiæ,
vel Egr. Prætoris hujus Urbis; & tenentur de hoc prius exhibere atteſtationes;
11 reſpectu vero gratiarum, quæ fieri debent forenſibus, & ſecretè, non requiritur,
quod ſiſtant. Ita decrevit Senatus die 18. Decembris 1682. -- Egr. Secret. Coſſa
pro Egr. Arbona.
Protectores Carceratorum non ſubjacent Regiæ Viſitationi generali, ex Ordinatione
12 Regii Viſitatoris diei 24. Julii 1628.
Favore Carceratorum admittuntur Procuratores abſque mandato, dum pro eis com-
parent vel in ſcriptis, vel aliter. Ita cenſuit Senatus die 2. Septembris 1558.
13 reſcribendo cuidam Prætori, qui defenſionem Rei productam a non habente man-
datum rejecerat, ut ei indiciorum copiam traderet, neque in poſterum aliquem
hujuſmodi Defenſorem rejiceret.
Carceratus, ubi agitur de pœna tantum pecuniaria, vel graviter non ſit indiciatus
de delicto gravi, relaxari debet ſub juratoria cautione, ubi fidejuſſorem non in-
veniat, facto ei præcepto de ſe conſignando toties quoties ſub pœna Senatui ar-
14 bitraria. Ita referente Magnif. Senatore Cattaneo, cenſuit Senatus die 3. Sep-
tembris 1624. favore Joſeph Montii, quem Curia Prætoria hujus Urbis ordinave-
rat relaxandum eſſe ſub fidejuſſione aureorum quinquaginta, quam ob illius pau-
pertatem præſtare non poterat.
Carcerati non poſſunt Mediolani validè contrahere, niſi cum interventu, & aſſiſten-
tia duorum Protectorum, & inſtrumenta rogari debent per Notarium Cancellarium
15 Congregationis dictorum Protectorum, niſi altera Pars recuſet talem Notarium.
Ord. Senat. 31. Januarii 1546.
Taxa mercedis debitæ Cancellario Congregationis dictorum Protectorum, pro quibuſ-
16 cunque Actis, & Scripturis habetur in Ordinatione facta ab eadem Congregatione
die 2. Martii 1601.

AD CONSTITUTIONEM.

(*a*) Ad verſic. *qui non ritè aliquem detinere fecerint*.

Juriſdictio Protectorum Carceratorum non verſatur circa rectitudinem, ideſt Juſtitiam
cauſæ detentionis, ſed ſolum circa rititudinem reſpicientem ordinem, ſolemnita-
17 tem, & nullitatem capturarum, ut declaravit Senatus in Ord. 4 Junii 1587. ibi-
que *in meis annotat.*; & cum prædicti Protectores allegaſſent coram Senatu ſibi
competere auctoritatem cognoſcendi etiam de rectitudine capturarum vigore Statu-
torum Mediolani, & conſuetudinis, & petiiſſent hujuſmodi cognitionem ſibi non
18 auferri, Senatus decrevit formam hujus Conſtitutionis eſſe ſervandam in Ord. 29.
Januarii 1554., ibique *in meis annotat.*
Cognitio circa rititudinem Capturarum ſpectans ad hoſce Protectores procedit ſolum
in cauſis civilibus, non autem in criminalibus, & exceptiones rititudinis captura-
19 rum non tolluntur per Senatum, ex ejus Ord. 15. Januarii 1580. §. *Non tollan-
tur*, renovato 11. Auguſti 1616. §. *eod.*
Prædicta cognitio ad Protectores non ſpectat privativè, ſed cumulativè cum aliis Ju-
dicibus Ordinariis, inter quos, ac Protectores locus eſt præventioni; & præveniſſe
20 intelligitur Judex Ordinarius etiam eo caſu, quo conſtaret de tali nullitatis excep-
tione

Digitized by Google

tione ante decretam capturam cognoviſſe, ut declaravit Senatus in Ord. 4. Junii 1587.

Ordinatio facta ab his Protectoribus declarans aliquem non fuiſſe ritè detentum eſt in-
appellabilis quo ad utrumque effectum. Ita declaravit die 21. Julii 1611. Egr.
21 J. C. C. Valerius Confalonerius Judex Commiſſarius articuli an eſſet appellabilis
nec ne ordinatio facta a Priore, & Protectoribus Carceratorum, qua declaratum
fuerat Chriſtophorum Moſchinum detentum pro cauſa civili ad inſtantiam Jo. Petri
Beſutii fuiſſe minus ritè detentum; ideoque è carcere dimittendum.

Petentibus Satellitibus, ut hi Protectores neminem detentum ex cauſa debiti dimit-
terent, niſi prius ſoluta eorum mercede, & auditis Protectoribus dicentibus, cap-
turas ut plurimum reddi nullas ob ipſorum Satellitum cupiditatem capiendi Debi-
22 tores, Senatus die 18. Auguſti 1590. cenſuit Partes uti debere juribus ſuis.

DE OFFICIO JUDICIS, ET COMMISSARII FLUMINIS OLONÆ, ET PERTINENTIUM AD IPSUM OFFICIUM.

COmmiſſarius Fluminis Olonæ (*a*) ultra biennium officium exercere non poſſit: & antequàm de officio ſe intromittat, apud Acta Magiſtratus Extraordinarii jurare teneatur, & idoneè fidejubere (*b*) ad ſummam ducentum aureorum ſe bona fide officium exerciturum, Ordines ſervaturum, & ſyndicatui pariturum (*c*).

Nec poſſit memoratus Commiſſarius directè, nec per indirectum, ab habentibus jus in Flumine Olonæ, nec eorum Partiariis, vel Conductoribus etiam ſponte dare volentibus, quicquàm accipere, nec eſculentum, poculentumve; ſed contentus ſit annuo ſalario (*d*), quod aureorum centum & viginti erit, modo de quo infra, perſolvendo; aliàs officio privetur, aliâque pœnâ mulctetur, arbitrio Senatus imponendâ.

Is quoque Commiſſarius, ſi in rem præſentem acceſſerit, ab aliquo Utente aquis Fluminis prædicti conductus, vel pro viſitanda, vel moderanda Bucca, aut collaudandis pratis juxta Ordines (*e*), à Conducente, præter ſolidos 50. ſingula die (*f*) nihil ulterius exigat, ſub pœna præmiſſa.

Condemnare (*g*) autem debet Ordinibus contrafacientes ad eorum Ordinum formam, adhibitis tamen duobus Fiſcalibus (*h*) deputatis, vel altero eorum, procedendo ſummariè, ſine ſtrepitu, & figura Judicii, etiam ad petitionem cujuslibet accuſantis aliquem Ordinibus contrafeciſſe, & condemnare, ut ſupra, ſi delatio probata fuerit per juramentum Accuſatoris legitimè, & per unum Teſtem fide dignum; aliàs abſolvere teneatur.

In primordio quoque officii Flumen ipſum viſitabit (*i*), curabitque quòd omnes buccæ ad formam Ordinum reducantur (*l*). Quòd ſi negligens fuerit, etiam durante officio, ſyndicari, & puniri poſſit, inſpecta qualitate facti, pœnâ arbitrio Senatoris ad id deputandi, imponendâ.

Eliganturque per Conſules (*m*) Molitorum, ſeu ipſos Molitores à Rhaude incluſivè infra, unus; à Rhaude verò uſque ad Ner-

vianum excluſivè alter, ut ſupra, qui tamen non habeant prata ſuper flumina Olonæ, nec utantur aquis ejuſdem, nec ſint Conductores, inquilini, ſeu penſionantes ipſorum Utentium, nec ſint Agnati, vel attinentes alicujus, qui utatur aquâ dicti fluminis, uſque ad tertium gradum, qui per Vicarium Proviſionum approbentur, jurentque, & apud Acta Magiſtratus Extraordinarii etiam idoneè fidejubeant uſque ad ſummam aureorum decem, quòd officium ſuum bona fide exercebunt, Ordines obſervabunt, contrafacientes denuntiabunt, contentique erunt ſalario menſtruo aureorum duorum, quod ſuper condemnationibus faciendis perſolvetur, nec quicquam aliud accipient, nec etiam eſculentum, poculentumve, etiam à dare ſpontè volentibus, nec aliquem falsò accuſabunt, vel accuſandum prætermittent, ſub fuſtigationis pœna, & aliâ arbitrio Senatus imponendâ. Credaturque accuſationi unius ex Campariis prædictis cum juramento.

Eligatur etiam per Vicarium, & Duodecim Proviſionum Notarius probus, & legalis, apud dictum Commiſſarium, qui pari modo apud Vicarii Acta jurabit officium ſuum bona fide facturum.

Deputabit Senatus unum Senatorem (*n*), cui Commiſſarius, & Notarius, bis in anno, & ultra, ad omnem ejus Senatoris requiſitionem teneantur rationem reddere geſtorum in officio, ſub pœna privationis officii, & aliâ arbitrio Senatus imponendâ. Senatorque deputandus omninò bis in anno acta per Commiſſarium, Notarium, & Camparios intelligat: faciatque quòd contenta in hac nova Sanctione obſerventur.

Cæterùm, ſi quis reclamare, & querelam porrigere contra aliquam condemnationem per Commiſſarium factam, voluerit, id facere poſſit apud Senatorem deputandum intra quatriduum poſt factam condemnationem, condemnato prævia citatione peremptoria, & ſpecificè monito. Senatorque ad id deputatus ſummariè videat cauſas gravaminum, & Senatui referat, qui attenta qualitate caſus, providebit, prout conveniens putaverit. Interim tamen condemnationes ad Cameram non tranſmittantur, nec exigantur. Quòd ſi non curaverit cum effectu termino quindecim dierum cauſam expediri, non impediatur condemnationis executio.

Alveus Fluminis Olonæ à loco de Cerciate, uſque ad locum de Caſtignate reducatur in formam, quòd latus ſit ad minus per brachia duodecim, ad brachium lignaminis, eaque alvei ampliatio fiat ab ea parte, quæ ipſi Commiſſario videbitur; & iſta Commiſſarius exequi procuret, niſi videatur, plus, & minus faciendum, arbitrio Senatoris deputandi.

Nemini liceat Rugiam elevare, nec incilia ponere, per quæ duci poſſit aqua ex Flumine Olonæ ad irrigationem Pratorum, niſi prius habuerit jus id faciendi, & idoneè ſatiſdederit apud Acta Commiſſarii ſingulo anno (*o*), & in principio anni pro ſumma decem aureorum, de non utendo aquis contra formam Ordinum (*p*). Hancque fidejuſſionem ſingulo anno renovare teneatur. Sufficiatque

ſi Do-

ſi Dominus Pratorum fidejubeat pro ſe, Colonis, & Conductoribus, nec ab eis ulterior fidejuſſio requiratur. Notariuſque pro dicta fidejuſſione, niſi ſolidos quatuor pro mercede accipiat. Teneaturque ducere volens aquam, ut ſupra, ultra præmiſſa habere dictam Rugiam, ſeù incilia, in formam infraſcriptam, videlicet quòd habeant pedem, cum ſuis (ut dicitur *ſpallis*) lapidibus, & cæmento factis, altum à fundo Alvei Olonæ per tertias duas unius brachii ad brachium lignaminis, capiendo menſuram per medium Alvei, & non ſit lata ultra brachia duo cum dimidio dictæ menſuræ. Et qui contrafecerit, puniatur pro qualibet vice in ſcutis decem Cameræ applicandis. §. Liceatque habentibus dictas Rugias modo præmiſſo aquam ducere ex Flumine prædicto per ipſas Rugias ad irrigationem Pratorum ſuorum, videlicet à Terra Canegrate incluſivè ſupra ab hora veſpertina uniuſcujuſque diei Sabbathi, uſque ad horam veſpertinam diei Dominicæ ſequentis, & ſic per diem naturalem 24. horarum: Reſiduis verò, qui habent Rugias à loco Canegrate excluſivè infra, uſque ad locum de Rhaude excluſivè, ab hora veſpertina diei Dominicæ uſque ad horam veſpertinam diei Lunæ ſequentis. Et ſic per alium diem naturalem ut ſupra. Reſiduis verò habentibus Rugias à loco Rhaude Mediolanum, ab hora verſpertina diei Lunæ, uſque ad horam veſpertinam diei Martis ſequentis. Et hæc omnia incipiendo à medio menſe Martii uſque ad medium menſem Septembris cujuslibet anni. Aliis autem menſibus, & diebus, prohibitum ſit prædictis aquam ducere ex dicto Flumine, ſalvo quòd à die vigeſima quarta Decembris incluſivè uſque ad decimam ſeptimam Januarii, & ſic per viginti quatuor dies continuos, poſſint aquam ducere ut ſuprà hoc modo, ut qui ſuperiores ſunt, primis octo diebus utantur, medii ſequentibus octo, & ultimi reſiduis octo. Parique modo utantur partitis diebus hebdomadæ Sanctæ, & Octavæ Paſchatis Reſurrectionis. Alternique ſe ſe ſtatis diebus non impediant. Quòd ſi quis in aliquo præmiſſis contrafecerit, irremiſſibiliter condemnetur pro qualibet vice à perticis quinque Prati ſupra uſque ad omnem quantitatem in ſcutis viginti quinque Cameræ applicandis. A perticis verò quinque infrà in aureis quatuor, pro qualibet vice. Et intelligatur quemlibet contrafeciſſe, in cujus Pratis, vel agro reperta fuerit aqua defluere ad irrigationem bonorum in die, vel hora, aliter quàm ſit conceſſum, ut ſupra.

Omneſque, qui ducunt aquam, ut ſupra, teneantur habere (ut vulgo dicitur *foratorem*) per quem ſcolatitia dictarum aquarum revertantur in Alveum Olonæ, ab ea parte Alvei, ex qua aqua ducitur, antequam attingant tertium molendinum, & hoc à Terra Parabiaghi infrà. Supra verò ante quartum in ordine molendinum. Quòd ſi aliqua Rugia habere foratorem non comperiatur, ſtatim obturetur, nec aperiri poſſit, niſi facto foratore collaudato per Commiſſarium, & habens Rugiam tertiò monitus, jure ducendæ aquæ privetur.

Ne-

Nemini quoque liceat facere, tenere, nec habere cluſam, vel impedimentum, pro derivandis aquis ex ipſo Flumine, ſub pœna contrafacienti aureorum quatuor pro ſingula vice, & ſingulo impedimento. Hoc tamen locum non habeat in molendinis, nec cauſa molendinorum tantùm illorum, qui habent jus utendi dictis aquis.

Molitoribus liceat irrigare omni die impunè eorum inſulas, quæ non ſint majoris quantitatis perticarum quinque pro ſingulo molendino. Teneanturque dicti molitores cum habuerint aquam ad ſuum molendinum, tenere oſtia canalium aperta, quæ fuerint neceſſaria ad molendinum, ita quòd aqua liberè poſſit fluere per Alveum Olonæ. Et qui contrafaciet, punietur pro qualibet vice, & quolibet oſtio, in aureo uno, applicando ut ſuprà.

Molendina quoque exiſtentia ſuper Flumine Olonæ aptari debeant expenſis illorum, quorum ſunt, ità ut liberè defluere poſſit aqua ad Civitatem Mediolani, arbitrio Commiſſarii.

Si ſuperfluitas aquarum fuerit propter excreſcentiam Fluminis Olonæ, quæ excreſcentia intelligatur, ſi Flumen intra ripas non contineatur, liceat eo tempore omnibus habentibus Rugias ſuper Flumine Olonæ, durante excreſcentia derivare aquam ex dicto Flumine liberè, & impunè, & omni die, & nocte.

Univerſitas locorum Parabiaghi, & Rhaude quacunque die, & hora, liberè, & impunè, ducere poſſit aquam ex Olonæ Flumine, & eâ uti, modò non utatur ad irrigationem Pratorum, & hoc per incilia, per quæ ducere aquam ſolitum eſt, hoc modo, quòd ſingula univerſitas perforari faciat lapidem marmoreum, ſeù ſiliceum, in formam, qui per foramen fluat in cavum ad id factum, in quantitate unciarum ſex ſuper tertiam unius brachii, ad brachium lignaminis in longitudine dicti foraminis, & mediam quartam in altitudine ejuſdem. Iſque lapis claudi debeat in ripa Alvei Fluminis Olonæ, lapidibus, & cæmento, ità tamen quòd foramen in dicto lapide exiſtens remaneat altum à fundo Alvei Olonæ per tertiam unius brachii. Quibus ſic peractis, ſi quis auſus fuerit lapidem removere, vel ordinem prædictum aquæ ducendæ impedire, incurrat pœnam aureorum viginti Cameræ applicandam, & ſuis impenſis omnia in priſtinum reducat. Idque obſervetur modo, ut dictum eſt. Ex aqua modo præmiſſo ducenda, non irrigentur Prata, & revertatur in Alveum Fluminis Olonæ.

Commiſſarium Olonæ, & Camparios, nullus offendat, nec offendi faciat, nec impediat, quominus officia ſua exercere poſſint, ſub pœna etiam corporali, arbitrio Senatus imponenda. Teneaturque Commiſſarius infrà quindecim dies, poſtquam notitiam habuerit, aliquem vi, & potentia, (*q*) ducere aquam ex Flumine Olonæ contra Ordines, eum condemnare in aureis viginti quinque pro ſingula vice, & cum auxilio Officialium arari facere ejus Prata, in modum, quòd mutetur facies loci, & non videantur ampliùs Prata.

Communia quoque Burgorum, Locorum, Caſſinarum, & molendinorum propinqua Flumini Olonæ ad tria millia paſſuum, tenean-

Digitized by Google

neantur ſemel in anno, ſi requiſiti fuerint à Commiſſario, ire cum Inſtrumentis neceſſariis ad implendum foſſas, per quas duci poſſit aqua ex dicto flumine contra formam Ordinum, impenſis tamen dominorum eorundem.

Ducentes aquam ex Flumine Olonæ teneantur conſtruere, & manutenere pontes neceſſarios ſuper aquæductibus.

Cæterùm ſi reperiri modus poterit, per quem augeri poſſit aqua in Flumine Olonæ, & videatur Commiſſario, habita tamen participatione cum Senatore deputando, opus fore bonum, & utile, id opus fiat cum conſilio Peritorum eligendorum per Senatum.

Teneatur quoque Commiſſarius, quamprimùm fieri poſſit, cum conſilio ſex Virorum, (r) habentium Prata in Valle Olonæ, purgari facere fontes veteres, & novos, ex quibus aqua fluat, vel defluxerit in Alveo Olonæ, in eis locis, in quibus videbitur expediens, & utile pro augendo aquam in dicto Flumine, idque fiat expenſis habentium Prata, & molendina ſuper dicto Flumine, & quarum expenſarum diſtributionem faciat Commiſſarius cum participatione dictorum ſex Virorum.

Et ſi quis diverterit aquas dictorum fontium, vel aliter impediverit, quominùs in Flumen Olonæ decurrant, puniatur in aureis centum, & majori pœna arbitrio Senatus.

Liceat etiam Dealbatoribus fuſtaneorum, aciarum, & drapporum, & conficientibus lateres, & tegulas, quocunque die, & tempore pro arte ſua exercenda tantùm (s) ducere aquam neceſſariam, & utilem, ex Flumine Olonæ, ea tamen lege, ne ad alios uſus divertant, ſub pœna aureorum quinque.

Denique ſi contingat, plures perſonas habere jus in eodem aquæductu, & aliquæ fuerint diligentes in faciendis impenſis circa prædicta, & aliquæ renitentes fuerint, vel negligentes ad contribuendum pro rata portione dictis impenſis, eo caſu diligentes totâ aquâ utantur dictis renitentibus, vel negligentibus ſpectante, nec uti aquâ poſſint, donec ſolverint ratam ſuam portionem dictarum impenſarum. Eo ampliùs, quod ſi per annum ſteterint, quòd non ſolvant, jure aquæ ducendæ in perpetuum priventur, & illud jus diligentibus, qui fecerint impenſam, accreſcat ipſo jure, ſine aliqua Judicis declaratione.

Condemnationes, quas faciet Commiſſarius, ad Cameram Extraordinariam tranſmittat, & pecuniæ, quæ ex eis exigentur, penes unum per Magiſtratum Extraordinarium eligendum deponantur, de quibus quantum ſit reſpectu dimidiæ partis, nihil diſponi poſſit, niſi à ſumma ſalarii præfati Commiſſarii, & Campariorum ſuprà, quia ſuper ea dimidia parte omninò ſatisfaciendum eſt ſalario dictorum Commiſſarii, & Campariorum. Et propterea nullæ compoſitiones fieri poſſint (t), quòd ſint infra dimidiam partem earum. Nec aliquæ aſſignationes de eis condemnationibus fieri poſſint, reſpectu dictæ dimidiæ partis, & factæ nullius ſint effectus, &

mo-

momenti. A dictis verò ſalariis ſupra diſponat Fiſcus, prout eidem videbitur.

Et quia in moderandis buccis neceſſaria eſt opera Architecti, ſeù Ingenierii, ideò ſancitum eſt, per Senatorem deputandum unum ex Ingenieriis Communis Mediolani, vel Fiſci eligi debere.

AD TIT. DE OFFICIO JUDICIS, ET COMMISSARII FLUMINIS OLONÆ, ET PERTINENTIUM AD IPSUM OFFICIUM.

Decis. et Annot.

POſt conditas haſce Conſtitutiones orta ſunt nonnulla dubia apud Præfectos aqua-
rum, quorum reſolutionem utpotè dependentem ab interpretatione ipſarum Con-
ſtitutionum, & juris municipalis, petierunt a Senatu; & reſpectu aquarum Flu-
minis Olonæ dubium erat, num liceret aquas derivare omnibus illis, qui Buccas
ſuper dicto Flumine habebant tempore antiquorum, vel noviſſimorum Statutorum
Mediolani; cum in ambobus Statutis cautum eſſet cuilibet habenti Buccam ſuper
Flumine Olonæ licere aquas derivare diebus ibi expreſſis: Senatus autem reſpon-
1 dit, jus derivandi dictas aquas competere habentibus Buccam tempore Statutorum
noviſſimorum, ut ex ejus Ord. 25. Septembris 1555.
Anno 1564. Senatus tranſmiſit præceptum Magiſtratui Extraord. Reddit. ne vigore
Delegationis Regiæ loquentis de Fluminibus Regalibus ſe intromitteret circa hoc
Flumen. Interogatus poſtea Senatus a S. M. cujus qualitatis eſſet Flumen iſtud,
reſpondit conſultatione diei ult. Februarii 1567. non eſſe regale, ſed merè pri-
2 vatum, & de ipſo eſſe ſatis proviſum ab hac Conſtitutione, illiuſque curam pri-
vativè eſſe demandatam Senatui, tamquam in eo nihil juris Regia Camera tunc
haberet, ſed tantum de privatorum intereſſe ageretur, ut refert Raudenſ. *var.
reſol. cap. 68. n. 95.*
Super uſu aquarum hujus Fluminis ortæ ſunt graves controverſiæ inter Utentes, &
Reg. Fiſcum prætendentem dictum Flumen eſſe juris Regiæ Cameræ, quæ poſt-
modum conciliatæ ſunt media Tranſactione, in qua erogata ex parte Utentium
quadam pecuniarum ſumma, conventum extitit, quod ipſis liceret derivare aquas
3 Fluminis Olonæ liberè, & abſque ulla exceptione, ac ceſſante omni impedimen-
to ex parte Regii Fiſci, & ut latius apparet ex Inſtrumento Tranſactionis re-
cepto die 7. Maji 1610. a Joſeph Craſſo Reg. Duc. Cam., & Mediolani Nota-
rio. Flumen Olonæ delineatum fuit cum omnibus ſuis Ædificiis, Pratis, & Sora-
4 toribus anno 1606. ab Ingenierio Petro Antonio Barca ejuſdem Fluminis Archi-
tecto in executionem literarum Senatus diei 13. Junii ejuſdem anni.
Ubi contingat per Magnif. Senatorem hujus Fluminis Conſervatorem fieri aliquam
ordinationem exequendam ab Utentibus aquis ejuſdem Fluminis, inter quos adeſſe
ſolent Perſonæ Eccleſiaſticæ, ac Monaſteria Regularium, loco peculiaris illius
5 intimationis, publicanda eſt per publicum Edictum, ut præſcribitur in Ord. Se-
nat. 19. Julii 1623. *in Addit. Ordin. inferius impreſ.*
Anno 1607. 22. Junii referente Magnif. Senatore Com. Ludovico Taberna Conſer-
vatore Fluminis Olonæ cenſuit Senatus, omnes Buccas in dicto Flumine conſtru-
6 ctas, reducendas eſſe ad formam præſcriptam ex ordinatione per Magnif. olim
Senatorem Montium facta die 14. Maji anni 1575.; Soratores autem (quos vo-
cant) fieri debere ad formam N. C. profundos, & in eis nullo pacto impedi-
menta ulla poni poſſe ad extrahendas aquas. Cluſas Molendinorum reducendas
ad formam præſcriptam ex N. C., Portas Molendinorum, quas vocant *Uſchiere*
patentes eſſe debere ad formam ipſarum Conſtitutionum. Palos, & alia quæ-
cumque impedimenta poſita in ipſo Flumine tolli debere termino quindecim die-
rum ſub pœna ſcutorum viginti quinque pro ſingulo inobediente. Fontes præte-
rea purgari debere. Quoſcunque autem Utentes aquis dicti Fluminis eis uti de-
bere ad formam datam a N. C., & poſthac fidejubere, prout ex ipſis N. C.
cavetur. Aquæductus, quos vocant *Riali*, reduci itidem debere ad formam tra-
ditam a N. C., & cavos fieri, per quos ad ſuum locum aquæ revertantur.
Demum omnes, qui ex privilegio aliquo prætendunt ſibi licere uti aquis dicti
Flu-

Digitized by Google

Fluminis contra formam dictarum Conſtitutionum, termino quindecim dierum quæcumque jura ſua producere debere in manibus dicti Magnif. D. Conſervatoris, qui inſtructo proceſſu ad Senatum referret, ut tandem aliquando introducti abuſus funditus tolli poſſent. Hæc omnia autem publico Edicto promulganda eſſe, ut omnibus innoteſceret, & Utentes certi eſſent, ipſum Magnif. Conſervatorem ex mente Senatus, ubi in ipſo termino quindecim dierum prædicta adamuſſim non exequerentur, dempta purgatione fontium, inobedientium expenſis omnia eſſe executioni mandaturum -- Egr. Secret. Marcheſonio.

AD CONSTITUTIONEM.

(*a*) Ad §. *Commiſſarius Fluminis Olonæ.*

Judex, & Commiſſarius hujus Fluminis olim eligebatur dumtaxat ab Excellentiſſi-
mis per tempora hujus Dominii Moderatoribus, ut conſtat ex Literis Patentibus
in Archivio Officii exiſtentibus; nunc vero eligitur a Regio Conceſſionario vi-
gore facultatis ſubſtituendi, factaque nominatione, prævio voto Magnifici Sena-
7 toris Conſervatoris, approbatur a S. E. mediis Literis Patentibus, quæ in Can-
cellaria ſecretiori expediuntur, ſervatis in reliquis iiſdem ſolemnitatibus, quæ
cum aliis Regiis Judicibus ſunt in praxi.

Petita facultate ſubrogandi de Taliabove loco Commiſſarii Fluminis Olonæ, refe-
8 rente Magnif. Senatore Leyzaldo ſancitum fuit a Senatu die 13. Auguſti 1620.
non eſſe admittendas ſubrogationes, & ita in poſterum eſſe obſervandum.

(*b*) Ad verba *idonee fidejubere.*

9 Hæc fidejuſſio præſtatur apud Cancellarium Confiſcationum.

(*c*) Ad verba *Syndicatui pariturum.*

10 Syndicator Fluminis Olonæ eligitur a Magnifico Senatore Conſervatore, & appro-
batur a Senatu.

(*d*) Ad §. *Nec poſſit* verſic. *contentus ſit annuo ſalario.*

11 Hoc ſalarium Judex Commiſſarius exigit a Theſaurario Confiſcationum præviis
Magiſtralibus Literis.

(*e*) Ad §. *Is quoque* verb. *juxta Ordines.*

Ad tollendos abuſus in dies orientes circa uſum aquarum hujus Fluminis, plures
emanarunt Ordines Senatus, quorum præcipuus eſt ille diei 24. Maji 1575. pro
12 Fluminis reformatione, relatus ex Ordinatione Ampliſſimi olim Patris Conſervatoris
Don Hieronymi Montii, de qua pro obſervantia fit mentio in Ord. Senat. 22.
Junii 1607. *in Addit. Ordin. ut ſupra;* & in aliis Senatus Conſultis, ac Edictis
ex Ordine Magnificorum per tempora Conſervatorum promulgatis.

(*f*) Ad verba *præter ſolidos 50. ſingula die.*

Ex recenſita Ordinatione 24. Maji 1575. aucta fuere honoraria cujuslibet Dietæ
13 ad libras undecim, & ſolidos decem octo; ab anno 1622. uſque ad 1643. ad li-
bras duodecim, & Magnifico Conſervatori uſque ad libras triginta ſex; ab inde
vero citra aucta fuere ad libras quatuordecim pro ſingula die, & quolibet Offi-
ciali, & ad libras quadraginta duas pro Magnifico Conſervatore.

(*g*) Ad §. *Condemnare.*

Hæ condemnationes fiebant ſuper Podio Officii in Regia Curia Mediolani; mox in
Regio Officio Egr. Capitanei Juſtitiæ, ubi translatum fuerat Officium Olonæ;
14 nunc vero fiunt domi Notarii Cancellarii, ubi redactum fuit dictum Officium ex
decreto Magnif. Conſervatoris Comitis Senatoris Arconati diei 9. Octobris 1631.

(*h*) Ad verba *adhibitis tamen duobus Fiſcalibus.*

15 Uno nempe Advocato, & altero Syndico Fiſcali.

(*i*) Ad §. *In primordio* verb. *viſitabit.*

Hæc Viſitatio fit a loco Fraſchiroli, ubi Flumen inchoat uſque ad hanc Urbem,
16 ut fuit præſcriptum in dicta Ordinatione diei 24. Maji 1575.

(*l*) Ad verba *Bucca ad formam Ordinum reducantur.*

Conquerentibus Utentibus Fluminis Olonæ de Edicto de mandato Magnif. Senatoris
17 Caymi cum participatione Senatus promulgato de Buccis modulandis, Senatus die
11. Julii 1643. cenſuit Edicto eſſe parendum, & de prætenſis gravaminibus eſſe
informandum.

(*m*) Ad §. *Eligantu rque per Conſules &c.*

Iſti Camparii tenentur præſtare conſimile juramentum etiam in Actis Cancellarii
Fluminis; debent etiam comparere alternis quindecim diebus pro ſingulo Campa-
18 rio ad conſignandas in Officio denuntiationes in eorum libro deſcribendas, & ſu-
per contentis in iiſdem denunciationibus jurare in manibus Cancellarii, reportata
fide comparitionis ſub pœnis contentis in Ordinibus Magnif. Conſervatoris Don
Joannis Sfondrati 7. Julii 1632.

(*n*) Ad §. *Deputabit* verb. *unum Senatorem.*

Ex recepta conſuetudine Senator in Conſervatorem hujus Fluminis non amplius a
19 toto Senatu, ſed a ſolo ejuſdem Præſide deputatur, & habet auctoritatem impar-
tiendi illas providentias, quas pro bono regimine hujus Fluminis opportunas eſſe
cognoverit juxta decretum Senatus 12. Julii 1619.

(*o*) Ad §. *Nemini liceat* verb. *ſingulo anno &c.*

Tempus præſcriptum Utentibus hujus Fluminis ad præſtandam fidejuſſionem incipit
20 a die prima Januarii, & durat uſque ad diem vigeſimam quintam Martii cujuſ-
libet anni, ut declaratum fuit in Proclamate Magnifici Senatoris Conſervatoris
Don Marci Areſii 12. Junii 1682., & Magnif. Senatoris Conſervatoris Marchio-
nis Don Cæſaris Pagani 13. Julii 1688.

(*p*) Ad verba *contra formam Ordinum.*

Forma ſervanda circa uſum aquarum præſcribitur in memorata Ordinatione Magnif.
21 Conſervatoris Senatoris Montii 24. Maji 1575. confirmata in ſucceſſivis Edictis
Magnificorum per tempora Conſervatorum.

(*q*) Ad §. *Commiſſarium* verſic. *aliquem vi, & potentiâ.*

Ex Ordine Ampliſſimi Conſervatoris Senatoris Don Joannis Baptiſtæ Rainoldi 17. Maji
22 1563. miſſum fuit Satellitium Campeſtre ad ſiſtendum Domi Abutentium, corun-
dem expenſis, cum interratione Buccarum uſque ad completam ſolutionem ſcuto-
rum quinquaginta pro ſingulo.

(*r*) Ad §. *Teneatur quoque* verb. *cum conſilio ſex Virorum.*

Sex Viri, de quibus fit mentio in hac Conſtitutione, vocantur Syndici, & eligun-
23 tur a Magnif. Senatore Conſervatore.

(*ſ*) Ad §. *Liceat etiam* verb. *pro arte ſua exercenda tantum.*

Iſti, quibus permiſſum eſt ab hac Conſtitutione ducere aquas hujus Fluminis pro exer-
citio eorum artis, debent obtinere facultatem a Judice Commiſſario ex motivis,
24 de quibus in Proclamate Magnif. Conſervatoris Marchionis Don Hieronymi Erbæ
27. Julii 1734.

(*t*) Ad §. *Condemnationes* verſic. *nulla compoſitiones fieri poſſint.*

Compoſitiones pro condemnationibus fieri nequeunt ſine participatione, & Decreto
25 Magnif. Conſervatoris ex Ordine S. E. prævio voto Conſilii Secretioris emanato
die 22. Decembris 1642.

DE

Digitized by Google

DE OFFICIO GUBERNATORUM STATUTORUM.

OMnes Officiales Civitatis Mediolani tenentur omnes Cridas, Ordines, proviſiones, limitationeſque, pretia taxanda Carnibus, Piſcibus, Lignis, & aliis Victualibus rebus, & quæcunque Decreta, & Statuta facienda, & quæ ſervari debeant, liberè, & ſine aliqua exceptione, ſtatim deferri, & conſignari facere ad Officium Gubernatorum Statutorum dictæ Urbis. §. Tubicines tenentur, publicatis præmiſſis, eas originales dicto Officio conſignare, ſub pœna Officiali, & Tubicini contrafacienti privationis officii.

Eo amplius ſancitum eſt, quòd quibuſcunque Decretis, Statutis, Literis, Proviſionibus, Cridis, & aliis ſcripturis, de quibus in præcedenti Conſtitutione fit mentio, ſivè publicum, ſivè privatum commodum concernant, ad dictum Officium Gubernatorum regiſtratis, plena, & indubitata fides adhibeatur, tàm in judicio, quàm extrà, quemadmodum originalibus, & publico Inſtrumento adhiberetur.

Sancitum etiam eſt, quòd citationes, & quæcunquè aliæ ſcripturæ, quæ publicantur ſono tubæ ad Scalas Palatii Civitatis Mediolani, ea die per copiam ad Officium Gubernatorum Statutorum Mediolani dimittantur, qui ſine impenſa partium in filo ponant, ad finem, ut quilibet notitiam habere poſſit, & copiam, cui credatur, ut in præcedenti Conſtitutione cautum eſt.

Cridæ, citationes, & aliæ ſcripturæ, quæ ex forma harum Conſtitutionum conſignari debent Officio Gubernatorum Statutorum Mediolani, ſi ſaltem intrà unam diem non conſignentur, ſint nullæ, nulliuſque valoris, & momenti, nec exequantur. §. Et eo ampliùs Officiales contrafacientes teneantur ad refectionem expenſarum, damnorum, & intereſſe damnum paſſo.

AD TIT. DE OFFICIO GUBERNATORUM STATUTORUM.

DECIS. ET ANNOT.

1 GUbernatores Statutorum non poſſunt ab Albo Bannitos delere, niſi habuerint Ordinem a Judice Cauſæ coram quo talis delendus fuerit proceſſatus. Ord. Senat. 11. Martii 1641.

2 Quænam Scripturæ, & Acta gratis recipi debeant ab hiſce Gubernatoribus, eorumque Officialibus, quidve ipſis ſolvendum ſit pro ſcripturis, & aliis, pro quibus merces debetur, præſcribitur in Ordinibus factis a Collegio Cauſidicorum, & & Notariorum hujus Urbis, & confirmatis a Senatu in Ord. 2. Octobris 1573. *in Addit. Ordin. inferius impreſ.*

3 Referente Magnif. Senatore Stuppano, Senatus die 26. Aprilis 1742. decrevit eſſe dandas literas Abbatibus Collegii Notariorum hujus Urbis, ut publicari faciant novum Edictum pro reſtauratione ad hoc Officium Inſtrumentorum Tutelæ, & Curæ.

FINIS CONSTITUTIONUM.

MDXLI.

Digitized by Google

MDXLI. adì 3. Ottobre in Milano.

Eſſendoſi per la Maeſtà Ceſarea firmati, e ſtabiliti tutti li Decreti di queſto ſuo Stato di Milano a grandiſſima utilità, e beneficiò de' Sudditi, come appare per lettere di Sua Maeſtà Dat. in Milano a' 27. d'Agoſto proſſimo paſſato, quali inſieme con l'Originale d'eſſi Decreti ſottoſcritti di man propria di Sua Maeſtà, e ſigillate, ſono all' Ufficio de' Panigaroli, acciò ſi poſſano vedere; e volendo l'Illuſtriſſimo, ed Eccellentiſſimo Sig. Alfonſo d'Avalos d'Acquino, Marcheſe del Vaſto, Ceſareo Capitaneo Generale in Italia, e Luogo-Tenente nello Stato di Milano, che queſto venga a notizia d'ogni perſona, e che ſiano oſſervati;

In nome di Sua Eccellenza ſe ne fa, per la preſente Grida, notizia ad ogn' uno, e che da qui inanti ſi averanno ad oſſervare per tutto queſto Dominio di Milano, incominciando da Calende di Gennajo 1542. proſſimo inanti, certificando ogn' uno, che di preſente dette Coſtituzioni con diligenza ſi imprimino, acciocchè inanti detto tempo ogni perſona ne poſſi aver copia, e ſaper la loro continenza Signat. Il MARCHESE DEL VASTO cum Sigillo præfati Illuſt. Marchionis. Vidit Taberna.

Aug. Mont.

Publicata ſuper Platea Arenghi, & in Broleto Communis Mediolani per Oliverium de Marliano Tubetam die Mercurii quinto menſis Octobris 1541. ſono tubarum præmiſſo.

ADDITIO
NOVISSIMA
NONNULLORUM
ORDINUM
EXCELLENTISSIMI
SENATUS
MEDIOLANI
HAC EDITIONE

ANNOTATIONIBUS

ALIISQUE

ORDINIBUS

POSTEA REPERTIS, ET EMANATIS

AUCTA.

Digitized by Google

Digitized by Google

Ordo, ut Judices Senatui referant ſolum cauſas, in quibus mors, membri mutilatio, & bonorum confiſcatio ingeritur, & pœna arbitrio Senatus reſervatur, aut aliàs ipſe ſit conſulendus.

Prætori Papiæ.

SPectab. dilect. noſter. Multa referuntur per vos ad Senatum, quibus non ſolum is Ordo à magnis, & neceſſariis negotiis diſtrahitur, verum etiam Subditis noſtris, & detrimento, & laboribus, impenſiſque eſſe animadvertimus. Utrumque tollere volentes vobis committimus, ut exceptis caſibus in quibus mors, membri mutilatio, & bonorum confiſcatio ingeritur, & in his, in quibus ex Ordinibus, & Novis Conſtit. pœna arbitrio Senatus noſtri reſervatur, aut alias conſulendus eſt Is Ordo, nihil ad Senatum referatis, cauſas expediatis, & Juſtitiam faciatis, & de harum noſtrarum receptione nos admonebitis. Mediolani die iii. Martii MDXLVI.

Pattellanus.

Approbatio Privilegii immunitatis ab oneribus patrimonialibus, & extraordinariis conceſſæ Lectoribus, & Bidellis Gymnaſii Ticinenſis.

PHILIPPUS Dei gratia Angliæ, Franciæ, Neapolis, & Hyberniæ Rex, Princeps Hiſpaniarum, Mediolani Dux &c. Confirmavimus nuper Privilegia immunitatis Profeſſoribus, & Bidellis generalibus Gymnaſii Ticinenſis, à jure communi, & antiqua conſuetudine, eis etiam temporibus bellicis conceſſa, ab omnibus oneribus extraordinariis, etiam patrimonialibus, cum derogatione eorum omnium, quæ huic noſtræ confirmationi contraria eſſent, & præſertim Sanctionum Vormatienſium, quemadmodum latius conſtat allegatis Literis noſtris ad Quæſtores Reddituum noſtrorum datis; quarum approbatio cum à Senatu noſtro petita eſſet, unus ex Advocatis Fiſci noſtri, ad quem Literæ ipſæ delatæ fuerunt, ut ſi quid ei occurreret opponendum, opponeret. Dixit attenta rei natura ad judicium noſtri Senatus ſe referre; Senatus autem audito Senatore omnia

pro-

proponente, eiſque diligenter perpenſis, cenſuit dictas Literas noſtras eſſe approbandas, & confirmandas juxta poſſeſſionem, ſeu quaſi poſſeſſionem, in qua ipſi Profeſſores, & Bidelli generales hactenus fuerunt, & ſunt. In quam ſententiam & nos euntes, idem cenſemus, & decernimus mandantes omnibus ad quos ſpectat, & ſpectabit, ut Literas præmiſſas inconcuſsè ſervent, exequantur, ac ſervari, & exequi faciant. In quorum fidem præſentes noſtro ſigillo munitas fieri juſſimus, & regiſtrari. Dat. Mediolani die xxxi. Januarii MDLVI.

Franciſcus Petranigra.

Ordo, ſive declaratio ſuper abolitione antiquorum Ducalium Decretorum.

Reperitur in actis Ill. Magiſtratus Extraord. Status Mediolani adeſſe pœnes me Notarium infraſcriptum inter alia, ut ſequitur, videlicet.

1556. Die Martis decimo ſeptimo menſis Martii in tertiis.

IN Mag. Magiſtratu Reg. Duc. reddit. Status Mediolani retulit Magnificus, & Clariſſimus J. C. D. Hieronymus Pecchius Regius Ducalis Advocatus Fiſcalis. Quod cum ſuperioribus diebus in Mag. Magiſtratu propoſitum fuiſſet, an Fiſcus poſſit luere, ſeu redimere bona vendita, ſeu in ſolutum data per Cameram, ſeu Agentes pro ea, maximè bona confiſcata, juxta diſpoſitionem antiquorum decretorum Ducalium alias in hac materia editorum, & loquentium, nec ne, ſtantibus Novis Conſtitutionibus, ex quibus dicta, & omnia alia Decreta videntur antiquata, ſeu annullata, exceptis dumtaxat Statutis, & Ordinibus vectigalium, quibus per dictas Conſtitutiones non fuit derogatum, niſi in quantum dictis Conſtitutionibus contraria eſſent, & eidem Mag. Fiſcali per præfatum Mag. Magiſtratum injunctum fuiſſet, ut de hoc verbum faceret in Excellentiſſimo Senatu, & ejus Senatus mentem intelligeret.

Se igitur in præfato Excellent. Reg. & Duc. Senatu verbum feciſſe; ipſumque Senatum Excell. in hanc veniſſe ſententiam: Quod cum dicta Decreta antiqua fuiſſent annullata, seù antiquata ex Conſtitutionibus ut ſupra, niſi in quantum dictæ Novæ Conſtitutiones diſponunt, quod ideo non poſſit Fiſcus aliqua bona vendita, seù aliter in ſolutum data luere, seù redimere. Signat. Hieronymus Pecchius.

Ego Galeaz Pallatius Genitus qu. Jo. Petri P. V. P. S. Mariæ ad Portam Mediolani Apoſtolicus, & Imperialis Mediolani Notarius, & habens authoritatem explendi omnia inſtrumenta, ſententias, ordinationes, & omnia alia acta, & rogata, & recepta per n. quon. Hieronymum Legnanum olim Mediolani, & ſupraſcripti Ill. Magiſtratus Extraordinarii Status Mediolani Notarium pro fide ſcripſi, ſubſcripſi, & in actis eſt, &c.

AN-

Digitized by Google

ANNOT.

DE jure communi nullum Fiſco competere jus redimendi bona per ipſum alienata,
neque refuſo emptoribus pretio eſt celebre reſponſum dignum Imperatorum Ho-
1. norii, & Theodoſii in *l. 2. C. ne Fiſcus rem, quam vendidit, evincat. ibi: Retra-
ctare Fiſcum, quod ſemel vendidit, æquitatis, honeſtatiſque ratio non patitur*, &
concordant *l.* [illegible] *contractu; & l. non eſt.* C. *de reſcin. vendit.*; & eſt receptiſſima
concluſio, ut tradunt Peregrin. *de jure fiſci lib. 1. tit. 3. n.* 48. & 62. Cancel.
var. reſol. par. 3. cap. 3. n. 153., Cephal. *conſ.* 335. *n.* 43. *cum ſequen.*, Cuter.
de donat. diſc. 2. partic. 6. n. 96., Carena *reſolut.* 59. *n.* 20., Maſtril. *de magi-
ſtrat. lib. 3. cap. 2. n.* 56., & 57., Fauſt. *de ærar. ordin.* 1611. Gob. *tract. var. tit.
ad l. benè a Zenone, quæſt.* 32. *n.* 56. Kloch *de contribut. cap. 16. ſect. 1. n.* 147.
& *ſeqq.*, Joſeph Altograd. poſt primam partem controverſ. *deciſ. un. n.* 58.; &
hoc procedit etiam in Principe Succeſſore Peregrin. *ubi ſupra n.* 45. Carena *loc.*
2 *cit.* Cutel. *d. diſc. n.* 102. & 104., Montan. *de regal. in prælud. n.* 30. Kloch. *d.
ſect. 1. n.* 177. 182., & 183.

Neque pactum redimendi in hujuſmodi alienationibus eſt virtualiter ſubintelligen-
3 dum favore Fiſci, quia uti accidentale, & voluntarium minimè eſt ſubaudien-
dum; nam in contractibus omiſſa habentur pro omiſſis *l. quicquid aſtringen-
4 dæ. ff. de verbor. obligation.*, nihilque inquiri debet præter id, quod in Inſtru-
mento ſcriptum legitur Bal. in *l. fin. C. de falſ. cau. adjec. lega.*, & latè probavit
Surd. *conſ.* 198. *n.* 1.

Decretum concedens Fiſco jus redimendi eodem pretio Regalia alienata, de quo in
ſupra recenſita relatione Egr. Advoc. Fiſc. Pecchii, conditum fuit a Philippo Ma-
ria Vicecomite Mediolani Duce anno 1426., quod uti contrarium Juſtitiæ non
5 fuiſſe receptum, atteſtatum eſt Inſigne hujus Urbis Juriſperitorum Collegium, ut
tradit Magnif. Senator Ægidius Boſſius *tract. var. tit. de Fiſco ſub n.* 79. ubi addit
dictum Decretum fuiſſe abrogatum a Novis Conſtitutionibus.

Exploratæ menti Senatus circa abrogationem memorati Decreti, & per præfatum
Advoc. Fiſc. Pecchium communicatæ Magiſtratui non acquieverat Fiſcus; unde
Senatus ad occurrendum moleſtiis, quæ vigore dicti Decreti per Fiſcum inferri
poſſent Subditis Regalium Poſſeſſoribus, audito eodem Fiſco, & prævia matura
6 cognitione, referente Magnif. tunc Senatore Pecchio declaravit per Novas Con-
ſtitutiones dictum Decretum fuiſſe abrogatum ſententiâ die 15. Aprilis 1556.,
quam de verbo ad verbum refert Rol. Cavagnol. *conſult. deciſ.* 23. *n.* 11. *lib.* 1.

Literis 7. Aprilis 1610. juſſit PHILIPPUS III. Hiſpaniarum Rex, quod redimerentur
Regalia alienata de jure redimilia; & pro executione promptiori Literis 1. Maji
7 1624. erectum fuit Tribunal compoſitum ex aliquibus Miniſtris Magiſtratus Or-
dinar. Reddit. nuncupatum Capſæ Redemptionis cujus originis, & progreſſus re-
8 lationem conſcripſit & in lucem edidit anno 1729. Egr. Advocatus Fiſcalis nunc
Magnificus Senator Comes Don Paulus Caroellus eximia morum probitate, ſingu-
lari Juriſprudentiâ, aliiſque virtutibus ſummoperè ornatus.

Hujus Tribunalis exercitium ſtetit in redimendis illis Regalibus, quæ a Regia Ca-
mera alienata fuerant cum expreſſo redimendi pacto vel perpetuo, vel temporali,
9 ſecus ſi nullo reſervato redimendi jure juxta diſtinctionem Menochii ſcribentis
pro Fiſco in *conſ.* 1096.

Quoad pactum redimendi temporale Menochius *loc. cit.* videtur ſuſtinere, quod non
obſtante lapſu temporis, licita ſit Fiſco recuperatio refuſo pretio, quod tamen
non admittit. Bim. *conſ.* 224., qui licet in reliquis conveniat cum Menochio,
tamen in hoc apertè diſſentit ſuſtinendo, quod lapſo tempore convento non poſſit
amplius Fiſcus uti redemptione; imo dicta propoſitio Menochii adeò aliena a
10 ſenſu veritatis viſa eſt Dondeo, ut in *conſult.* 65. *n.* 15. & 16. valdè dubitet an
dictum conſil. 1096. ſit tam inſignis Juriſconſulti Jacobi Menochii, & *n.* 17. ab-
ſolutè concludit non competere Fiſco jus recuperandi Regalia alienata etiam re-
ſtituto pretio, quando in Inſtrumento alienationis non adeſt expreſſum redimendi
pactum vel perpetuum, vel temporale.

Non pariter competere Fiſco jus recuperandi Feuda titulo gratuito conceſſa deciſum
refert Magnif. Senator Fajard. *allegat. fiſc.* 1. *n.* 39., & licet ipſe velit in caſu
11 redemptionis donatorum in titulum remunerationis fieri debere æſtimationem me-
ritorum pro ipſorum recompenſatione, fatetur tamen *d. allegat. n.* 63. non fuiſſe
factam æſtimationem meritorum: Et ſine quomodo hæc fieri poterit? Nam quis

CCC pon-

ponderare poterit merita effuſionis ſanguinis, periculi vitæ, ſervitiorum præſtito-
rum, & ſimilium, quæ remunerationem merentur, quorum æqualitatem cum re-
bus donatis nullus alius judicare poteſt, niſi ille, cui præſtita ſunt officia, & ſer-
vitia; hinc ſumper remuneratio ex condigno facta præſumitur a Principe, Paſchal.
12 *de patria poteſt. Lib.* 1. *cap.* 1. *n.* 55. *&* 56., & Caſtill. *de Tertiis cap.* 18. latè
conſiderata impoſſibilitate æſtimationis meritorum concludit *n.* 65. in remuneratio-
13 nibus factis a Principe æqualem meritis eſſe rem, quam Princeps donat, quia ipſe
ita donando juſtam judicet meritorum recompenſationem.
Sæpiſſimè Regium Ærarium exhauſtum remanſit ob maximas nimis frequentium bel-
lorum impenſas; ejus tamen reſtaurationi numquam proviſum fuit media redem-
ptione Regalium ſine pacto redimendi alienatorum; ſed ex Ordine Caroli II.
Hiſpaniarum Regis ſecuta eſt reductio illorum redituum, ita ut ſi Regalium ac-
14 quiſitiones factæ fuerint collocando ſortem in modum ut reditus excedant quinque
pro ſingulo centenario, id quod excedit dictam quantitatem quinque, inferatur Re-
gio Ærario, & ejuſmodi Ordo fuit executus, & poſtea confirmatus, & ampliatus
ab Invictiſſimo Imperatore Caroro VI. Edicto diei 21. Novembris 1711. Ar-
15 gumenta Juſtitiæ, aut ſaltem æquitatis hujus remedii pro ſubveniendo Regio Æra-
rio deſumi poſſunt ex cumulatis per Pecch. *de Aquæduc. lib.* 4. *quaſt.* 18.

Mognus Foſſatus.

Ordo circa facultatem legitimandi conceſſam Collegio Juriſperitorum Mediolani.

PHILIPPUS Dei gratia Hiſpaniarum, utriuſque Siciliæ &c. Rex, & Mediolani Dux &c. Cum à Pontifice Maximo Pio IV. celebre Collegium Juriſconſultorum Inclitæ hujus Urbis noſtræ Mediolani diverſis privilegiis fuerit decoratum, inter cæteraque id conceſſum ſit, ut omnes, & ſinguli ejus Collegii Doctores eſſent Comites Palatini cum facultate legitimandi, nec poſſent prohibentibus Nov. hujus Dominii Conſtitutionibus eo privilegio uti, petierunt à Senatu noſtro ad formam ipſius conceſſionis id ſibi licere; Nos laudantes prælibati Pontificis pietatem, atque erga hoſce meritos Viros animi præpenſitatem, dignitatique eorum amplianda enixè, & Nos ſtudentes, de mente præfati Senatus, coram quo privilegium ipſius Comitatus lectum fuit, decernimus, & volumus, ut non attentis præmiſſis Conſtitutionibus, quibus in hoc tantum derogamus, omnes, & ſinguli ejuſdem Collegii Juriſconſulti ipſo privilegio tutè, & liberè uti valeant quoad Emphyteoſes Eccleſiaſticas, & Feuda Eccleſiaſtica, & etiam non ſubditos dicto Dominio tantum. In quorum fidem præſentes noſtro ſigillo munitas fieri, & regiſtrari juſſimus. Dat. Mediolani die xxiii. Auguſti MDLXI.

Galeaz Rocha.

Ordines Collegii Notariorum pro Actuariis, & Gubernatore Statutorum Mediolani approbati, & confirmati à Senatu.

PHILIPPUS Dei gratia Hiſpaniarum, utriuſque Siciliæ &c. Rex, & Mediolani Dux &c. Cum petierint alias à nobis Abbates Collegii Notariorum hujus Civitatis per ſupplicationem ab eis porrectam

rectam approbationem nonnullorum ordinum per eos conditorum circa mercedes tum Notariis cauſarum civilium, tum Gubernatori Statutorum diverſimodè debitas, quarum ſupplicationis, & Ordinum exemplum ſequitur, videlicet: Invictiſſime Rex. Videntes fideliſſimi M. V. ſervi Abbates Notariorum Mediolani quotidiè augeri taxas ſcripturarum, quæ ad Officia publica in dies eduntur, quæ licet limitatè ſint à Statutis Mediolani in denariis decem octo pro folio ſcripturarum productarum linearum triginta pro pagina, & verborum ſeptem pro ſingula linea, & in denariis viginti quatuor pro folio proceſſus linearum viginti duarum pro pagina, & literarum quinquaginta pro linea; tamen aliqui exigere audent ſolidos tres pro folio linearum circa quatuordecim, & ſcripto à Scriptoribus malè ſcribentibus, & infinitos errores committentibus, alioſque exigere pro rogitu actuum plus, quam ab ipſis Statutis ſit limitatum, & pariter multas lites, & inconvenientias quotidiè oriri ſuper rogitu ipſorum actuum; ideò vocatis prius nonnullis ex ipſis Actuariis, conqueſti ſunt de hujuſmodi indebitis exactionibus, quorum aliqui, qui exigunt denarios ſex pro quolibet actu, ultra taxam à Statutis limitatam, aliud non deduxerunt, niſi ſolitum, & conſuetudinem, qui potius abuſus dici poteſt, vocareque pariter fecerunt D. Gerardum Gandinum Locum Tenentem D. Gubernatoris Statutorum Mediolani, ut tandem honeſta limitatio daretur dicto Officio mercedis laboris, cum nulli ſuper hoc extarent Ordines, & alias eſſet hujuſmodi provincia Ill. Senatori D. Mazentæ delegata ad preces ipſorum Abbatum, ſed negotium numquam finem habuit, qui Gandinus obtulit ſe ſervaturum honeſtam limitationem ei dandam, & ipſe quamdam limitationem nobis dedit, quam exhibemus, quam in aliqua parte moderavimus, & ad id, quod nobis viſum eſt conveniens, reduximus, hocque peregimus collato negotio cum nonnullis à Collegio noſtro ad id deputatis, ſed parum erit ea omnia peregiſſe, niſi à M. V. comprobentur, etiam cum pœnis in eis præfixis, vel aliis, prout ei videbitur, ut taxæ ipſæ metu pœnæ executionem habeant, & ideò ad M. V. recurrunt. Eam humillimè ſupplicando dignetur ſuper dictarum limitationum, & Ordinum approbatione, & obſervatione decernere id, quod infallibili judicio M. V. convenire videbitur, quia providendo prædictis non modicum beneficium ejus Subditis aſſertur, prout ſperatur &c. Voluit Senatus noſter, priuſquam approbarentur, ut maturius deliberari poſſit, audiri per unum ex Spectab. Senatoribus noſtris duos ex Cancellariis Senatorum ſeniorum, unum ex Cancellariis Quæſtorum noſtrorum Reddituum Ordinariorum hujus Status, & unum Quæſtorum Reddituum Extraordinariorum, Notariumque cauſarum civilium, ac prædictum Gubernatorem, ſeu ejus Locum Tenentem, ut ſi quid contra illos opponendum haberent, opponerent, noluitque præterea modernos Abbates dicti Collegii negotio prius cum ſex, aut octo ex Cauſidicis ſenioribus participato, circa eorum approbationem votum ſuum proferre. Quo

CCC 2 viſo,

viſo, auditiſque dictis Cancellariis, Notario, & Locum-Tenente Gubernatoris, factoque prius per eundem Senatorem verbo cum Spectab. Senatoribus noſtris D. Polythonio Mediabarba, & Camillo Porro, quibus demandata eſt cura Ordinum ſervandorum per Notarios Actuarios Maleficiorum, qui Senator omnia denique coram dicto Ordine retulit. Cenſuit dictus Ordo Reipublicæ expedire, ut Ordines prædicti à nobis approbentur, & confirmentur. Nos itaque illius ſententiam probantes, per has noſtras illos, prout jacent, confirmamus, & approbamus, ita tamen, quod non comprehendantur Cancellarii Senatorum, & dictorum Quæſtorum, qui etiam reſpectu taxationum habent Ordines ſeparatos. Mandamuſque propterea omnibus, ad quos ſpectat, & ſpectabit, ut illos ſervent, & ab aliis ſervari faciant. In quorum fidem præſentes noſtro ſigillo munitas fieri, & regiſtrari juſſimus. Mediolani ii. Octobris MDLXXIII.

Facius.

Ordines, & Taxa pro mercede ſolvenda Notariis Cauſarum Civilium.

STatutum Mediolani in noviſſimis folio triginta quinque limitat ſolidum unum, & denarios ſex pro folio ſcripturarum productarum, quæ eduntur, linearum triginta pro pagina, & verborum ſeptem pro linea, & folio proceſſus linearum viginti duarum pro pagina, & literarum quinquaginta pro linea ſolidos duos, & tamen aliqui audent exigere ſolidos tres pro folio linearum duodecim, quatuordecim, ſexdecim pro pagina.

Ideò poſſent limitari ſolidi duo pro quolibet folio quarumcumque ſcripturarum, quæ eduntur per ſimplicem copiam linearum ſaltem viginti pro pagina, & literarum extenſarum ſaltem triginta pro ſingula linea, cum Statutum ſit nimis rigoroſum modernis temporibus, & ſi tales ſcripturæ edi petantur in authentica forma, tunc ſolvantur pro quolibet folio linearum, & literarum ut ſupra ſolidi ſex, computata ſcriptura, & pro folio cujuſcunque proceſſus teſtium, qui editur etiam per Notarios de Pilaſtro, ſolvantur ſolidi quinque pro folio linearum ſaltem decem & octo pro pagina, & literarum extenſarum ultra triginta pro prima vice, & pro ſecunda ſolidi tres tantum; quos proceſſus teneantur Notarii ſubſcriptos edere in civilibus cauſis.

In criminalibus cauſis pariter non edantur folia alicujus proceſſus, nec aliarum ſcripturarum, niſi contineant lineas ſaltem decem & octo, & literas ſaltem triginta pro ſingula linea ut ſupra.

Solent etiam aliqui ex ipſis Notariis etiam ut ſupra exigere pro actis, relationibus, ordinationibus, & aliis, quæ in dies rogantur, & conficiuntur ultra mercedem eis taxatam ex Statuto in noviſſimis in titulo: *Ordines rerum civilium: ſub rubrica de extraordin. Juriſd.*; ideo provideatur, ne exigant ultra infraſcriptam limitationem, videlicet. Pro

Digitized by Google

Pro ſignatura quorumlibet præceptorum etiam executivorum, ac continuandi, & apprehendendi, ſequeſtri, denunciæ, proteſtationis, interpellationis, reſponſionis, replicationis, & contrareplicationis ſolidum unum, & den. tres.

Pro relaxo tam reali, quam perſonali cujuſvis generis ſolidi quatuor.

Pro præcepto deſcribendi bona mobilia ſolidos octo.

Pro dato in ſolutum, ſeu venditione judiciali cujuſvis generis, de quo rogetur Inſtrumentum per alium Notarium ſolidos octo.

Pro præſentatione cujuſvis æſtimationis bonorum mobilium, vel immobilium factæ per Ingenierium Communis Mediolani ſolidos octo.

Pro firmatione præcepti, ſequeſtri, denunciæ, proteſtationis, & ſimilium cujuſvis generis ſolidum unum, & denarios ſex.

Pro deſcriptionibus explendis duplum ſcripturæ.

Pro andata Notariorum Coadjutorum, & Scriptorum Tribunalium ad Cameram Judicum, vel ad Collegium DD. Juriſperitorum, vel Procuratorum, ſolidos duos.

Pro præſentatione literarum ſubſidialium, vel reſponſoriarum, ſolidos duos.

Pro contumacia denarios novem.

Pro cancellatione contumaciæ, denarios ſex.

Pro termino ad deliberandum ſuper mandato, vel ad dandos confidentes pro committendo aliquam cauſam, vel aſſumendo aliquem tertium Arbitrum, vel Arbitratorem, in totum ſolidum unum.

Pro ſimplicibus exceptionibus faciendis poſt comparitiones, vel contradictiones, replicationeſve, ac contrareplicationes, ſolidum unum.

Pro præſentatione literarum tam Principis, quam Senatus, vel aliorum, & earum memoria in libro facienda, ſolidos duos.

Pro ſatisdatione, ſeu fidejuſſione, ac depoſito cujuſvis generis, ſolidos tres.

Pro qualibet comparitione, ſivè ſit Actoris, ſivè Rei, petitione, reconventione, jurium productione, electione habitaculi, petitione Conſilii Sapientis, denunciatione compromiſſi, productione libri, poſitionum capitulorum, ſummariarum informationum, formæ juramenti, interrogationum, juramenti cujuslibet generis, dilatione, ſeu termino, prorogatione inſtantiæ, vel cujuslibet alterius rei ſuſpenſione, revocatione, moderatione, admiſſione, rejectione, publicatione teſtium, banno, appellatione, quacunque relatione facienda per quemcunque ſervitorem etiam citationis peremptoriæ, & pro quocunque alio actu, & quacumque alia interlocutoria, & eorum omnium memoria facienda, qui, & quæ in qualibet cauſa fieri contigerit, ſolidum unum, & denarios ſex.

Pro teſtibus receptis extra juriſdictionem, & præſentandis coram

ram aliquo Juſdicente, vel Delegato, aut Conſultore, ſolvatur merces ſcripturæ tantum, ſi copia petatur, ad computum ſolidorum duorum pro folio ut ſupra.

Pro teſtibus examinandis virtute literarum ſubſidialium, prout diſpoſitum eſt de aliis teſtibus examinandis per Notarios de Pilaſtro.

Pro quavis ſententia proferenda per Judices Datiorum, Notarii eorum non poſſint accipere niſi ſolidos triginta duos, teneantur etiam minus accipere inſpecta qualitate rei, & perſonarum juxta taxationem ipſius Judicis.

Et quia ſæpe numero evenire ſolet, quod ſub prætextu, quod acta ſint penès regiſtrantem, prius fiant ordinationes ſuper eis, antequam pars adverſa ea videre queat, ideò ex quo ipſa acta, literæ, capitula, & hujuſmodi ſcribuntur in libro actuum, ordinant regiſtrum ipſum eſſe tollendum.

Non poſſint Notarii cauſarum civilium, & eorum Coadjutores accipere quartam partem ſalarii Notariis, ſeu Cauſidicis, Vice-Cancellariis generalibus, ſpectantes ex ſententiis, ſeu ordinationibus per quoſcunque Juſdicentes faciendis, & ferendis, ſed ipſa quarta pars ſit, & reſtituatur per dictos Notarios, ſeu Coadjutores Notario, ſeu Cauſidico cauſæ, ad cujus principalis favorem lata fuerit ſententia. Et prædicta ſerventur per quoſcunque Notarios, Coadjutores, Cancellarios, Scriptores quorumcunque Juſdicentium, Vicariorum Generalium, & Commiſſariorum, & Delegatorum, & hoc ſub pœna contravenienti tam in non ſcribendo folia ut ſupra, quam in exigendo ultra prædicta, & etiam ipſis Notariis in edendo proceſſus non ſubſcriptos pro prima vice aureorum decem applicandorum pro tertia parte accuſatori, ſeu delatori, pro alia parte Fiſco, & pro alia tertia ipſi Collegio Notariorum, pro ſecunda vice ſuſpenſionis Officii per annum, & pro tertia privationis dicti Officii.

Teneaturque ſcribens ſub eadem pœna in calce cujuslibet Scripturæ edendæ ut ſupra ſe ſubſcribere, ut ſciri poſſit, quiſnam prædictis contravenerit, & ultra pœnam prædictam, etiam omnes Notarii, Coadjutores, Cancellarii, ſeu Vice-Cancellarii aſſiſtentes dictis Officiis, licet ipſi non ſcripſerint, nec ſubſcripſerint, nec ultra prædicta exegerint, incurrant pœnam ſcutorum decem pro ſingulo applicandorum ut ſupra in quolibet caſu contraventionis pro facto eorum Miniſtrorum, & DD. Abbates Notariorum in hoc etiam ex officio procedere teneantur.

Et quia aliqui ex ipſis Notariis, & ut ſupra, ſcripturas, quas edunt, ſcribere faciunt à Scriptoribus malè ſcribentibus, infinitoſque errores committentibus, & quæ legi non poſſunt, quibus denarios ſex pro folio erogant; ideo provideatur, quod ad Officia prædicta teneantur Coadjutores, & Scriptores bene, & intelligibiliter ſcribentes, & qui approbati ſint à DD. Abbatibus Notariorum, qui etiam eos de præſenti exiſtentes, quos idoneos cognoverint, approbabunt, reliquos removebunt, gratis.

Provideatur pariter quoad omnia capitula, ac omnes libelli interrogationes, poſitiones, formas juramenti, literas, ordinationes, præſen-

præſentationes conſiliorum, ſententiæ, & omnes alios actus, etiam de quibus hinc retro memoria fieri non ſolebat, qui fient tàm à Parte, quàm à Judice, releventur, & eorum memoria in libris redigatur hora comparendi, vel ſaltem hora immediatè ſequenti, aliter quod recipi non poſſint, & quod actus Judicis imponantur Notario, ſeu aliis ut ſupra per ipſum Judicem, non autem per Partem etiam aſſerentem habere talem commiſſionem à Judice.

Et quod prædicti omnes actus, tàm de quibus memoria fieri non ſolebat ut ſupra, quàm alii comprehendendo etiam fidejuſſiones, depoſita, juramenta, contradictiones Cridarum, & alia quæcunque deferantur in actis intra duos dies utiles, quibus elapſis, non poſſint per Notarium, & ut ſupra recipi, & hoc etiam Parte non opponente, & niſi expreſsè conſentiente ſubſcribendo, vel ſubſcribi faciendo, vel ſubſcribere neſciat actum, & ſuper ipſis actis deſcribatur hora delationis eorum per recipientem actum, & quod de cætero non releventur illæ memoriæ in libro per hæc verba: *Hic venit, ſed tantum per comparet*, & quod non dimittatur ſpatium in libro inter actum, & actum.

Pariter relationes quæcunque faciendæ per ſervitores deferantur in actis intra tempora ex forma Statutorum, & Novarum Conſtitutionum limitata, & releventur in libro, & ſuper eis pariter à Notariis, ſeu Coadjutoribus inſcribatur hora delationis earum, aliter deferri, & recipi non poſſint.

Poſſint tamen DD. Abbates etiam elapſis dictis terminis jubere recipi actum, vel relationem, ubi eis convenire videbitur, ſummariè, & omni reclamatione ceſſante. Et prædicta ſub eadem pœna, & Notarii, & ut ſupra incurrant pœnam, de qua ſupra pro facto eorum Miniſtrorum ut ſupra, & procedatur etiam ex officio ut ſupra.

Et ſi contingat edi Partibus copiam aliquorum actuum, quod ſuper eis actis remanentibus ad Officia ſcribant Notarii, ſeu Coadjutores tempus editionum ad effectum, ut ſciri poſſit quodnam tempus diſtet ab eorum editione ad delationem exceptionum, & replicationum, & contrareplicationum.

Et per hos Ordines, in cæteris, ſi quæ ſunt, non cenſeatur derogatum diſpoſitioni Statutorum Communis Mediolani, & Novarum Conſtitutionum.

Ordines, & limitationes Officii Eg. D. Gubernatoris Statutorum Mediolani.

De laboribus gravibus prædicto Officio faciendis, ſcripturiſque, & actis gratis pariter recipiendis.

TEnetur Gubernator prædicti Officii, ejuſque Notarius, & Coadjutor gratis accipere omnes, & quaſcunque Cridas, Ordines, Decreta, & Proviſiones, quæ ex Officio fiunt, & nemine inſtante,

ad

ad nulliuſque privati particularis commodum, & ſuper eis eorum publicationem gratis conſcribere.

Tenetur gratis in propatulo tenere omnes, & quoſcumque Cridas, Decreta, & Ordinationes cujuſvis manerii per dies quindecim continuos à die publicationis.

Tenetur omnes Cridas, Ordines, & Decreta, quorum obſervantia in perpetuum tendat, gratis in libris Decretorum dicti Officii ſtatim regiſtrare.

Tenetur omnibus petentibus ſtatim gratis exhibere, & extendere quaſcunque ſcripturas dicti Officii ab anno uno citra.

Tenetur quoque libellum ultimum, in quo fiunt notulæ Cridarum bonorum, juxta ſolitum in propatulo tenere, ut quilibet illum gratis videre poſſit, & ubi contingat ipſum libellum non continuare notulam Cridarum, ſaltem ultimi triennii, teneatur etiam libellum antecedentem uſque ad complementum triennii exhibere, & omnibus gratis oſtendere.

Tenetur gratis conſcribere omnia nomina, & cognomina Bannitorum ſuper libro, quem tabulam appellant, & libros Bannitorum, ſaltem ſex annorum proximiorum in propatulo tenere, illoſque quibuslibet petentibus gratis exhibere, & oſtendere, ita tamen, quod eodem tempore non teneatur niſi librum unicum oſtendere, non tamen, teneatur ipſe Bannitos perquirere, niſi ſibi ſatisfiat, ut infra.

Tenetur citationes, quæ tranſmittuntur ad ſcalas Palatii contra abſentes in filo gratis ponere juxta formam Statutorum Mediolani *in tit. de citationibus fol.* 2.

Taxa ſolutionem pro ſcripturis, & aliis, pro quibus merces ſolvenda eſt.

PRo citationibus, & aliis ſcripturis, quæ dicto Officio intimantur in odium eorum, qui habitaculum eligere negligunt, cum ſuper eis teneatur conſcribere diem, cum hora, an in tertiis, an verò in veſperis intimentur, contentus erit D. Gubernator, & ut ſupra denariis ſex pro qualibet citatione, & ſeu ſcriptura etiam plures Actores, & Reos continente.

Pro aliis verò citationibus, & ſcripturis, quæ dicto Officio contra abſentes intimantur, & publicantur ſono tubæ, cum ſuper eis Tubicinis relatio fiat, & non cum aliis citationibus, ſed in Cridis ſunt conſervandæ, ideo Gubernator, & ut ſupra pro eis recipiat ſolidos ſex pro ſingula, etiam plures Actores, & Reos continente.

Pro Cridis bonorum, pro quibus Gubernator, & ut ſupra nil aliud quam relationem eorum facere habet, habeat Florenum unum, ſcilicet ſolidos triginta duos, etiam quod Crida ipſa plura corpora bonorum in diverſis locis ſitorum contineat, modo ad inſtantiam unius, & Univerſitatis, vel Monaſterii, ſeu Loci Pii, vel plurium

in

Digitized by Google

in communione viventium fiat, idemque ſi ad inſtantiam plurium eadem bona pro indiviſo ad Cridas ponentium, vel unius reſpectu directi, & alterius reſpectu utilis eorundem bonorum fiat, quod ſi contingat plures diverſa corpora bonorum ſeparatim à pluribus acquiſita unitim ad Cridas ponere, cum pro illis eundem laborem facere habeat Gubernator, & ut ſupra, ac ſi bona ipſa etiam ad Cridas ſeparatim ponerent, pariter eidem merces ſolvenda eſt, ac ſi bona ipſa ſeparatim ad Cridas poſita eſſent.

Pro Cridis donationum, accipiat ſolidos triginta duos, etiam quod donatio per plures pluribus, & de diverſis bonis indiviſis eodem Inſtrumento ſit facta, & ſi mandatum ipſarum Cridarum à Gubernatore, & ut ſupra fieri petatur, & à Judice etiam illud ſubſcribi faciet, tunc ei ſolvantur ſolidi decem ultra mercedem ſcripturæ ipſius mandati, cum inſertione donationis ad computum ſolidorum duorum pro folio ſcripto, prout in aliis Ordinibus nuper datis, quam donationem inferendam teneatur collationare cum Inſtrumento authentico ipſius donationis, & exinde tale authenticum Parti reſtituere, & habeat pro ejus labore ſolidos quinque, ubi verò mandatum ſubſignatum, cum inſertione donationis ei conſignetur, tunc teneatur tale mandatum accipere, & publicari facere eo modo, quo ei conſignatum fuerit, nec tunc quidquam accipiat, niſi dictos ſolidos triginta duos, & ſolidos quinque pro collatione ut ſupra.

Pro Cridis, quæ publicantur ad formam Conſtitutionum de fidefragis, accipiat ſolidos ſexdecim, etiam quod ad inſtantiam plurium de pluribus fidefragis in communione viventibus, vel de aliqua ratione, ſeu ſocietate, fidefracta ſint factæ.

Pro Cridis, quæ fiunt pro ſubhaſtationibus bonorum accipiat ſolidos octo, etiam quod ad inſtantiam plurium, & de pluribus corporibus bonorum contra plures Correos, eorumque fidejuſſores, vel contra plures in communione viventes, vel contra plures perſonas unius ſocietatis fiant.

Pro Cridis Statutorum, ſivè Ordinum alicujus Collegii, vel Univerſitatis Mercatorum, Artificum, vel Paraticorum, non poſſit accipere ultra ſolidos ſexdecim.

Pro quibuſcunque aliis Cridis, quæ ad inſtantiam privatorum fiunt, non accipiat ultra dictos ſolidos ſexdecim.

Pro revocationibus mandatorum ſolvantur ſolidi ſexdecim, facta conſignatione ipſi Gubernatori ut ſupra revocationis mandati ſubſignatæ; aliter ei ſolvantur ſolidi decem pro labore confectionis dicti mandati, etiam in illud ſubſcribi faciendo, & hoc etiam quod revocatio ipſa facta fuerit per plures etiam de pluribus Procuratoribus, & diverſis mandatis unitim tamen factis.

A Notariis, & Pronotariis, qui in libris dicti Officii deſcribuntur, ſolidum unum, & denarios tres pro ſingulo habeat.

Pro Tutelis, & Curis, quæ dicto Officio regiſtrandæ præſentantur in authentica forma, & poſtquam in libro de verbo ad verbum

Digitized by Google

ſunt regiſtratæ cum die earum præſentationis, exinde Inſtrumenta ipſa reſtituuntur ſolvantur ſolidi ſexdecim ultra ſcripturam, ad computum ſolidorum duorum pro folio ut ſupra ſcripto.

Pro qualibet ſcriptura demptis bannis, ut infra, cujuſcunque qualitatis, & importantiæ exiſtat, ſi per copiam ſimplicem edi petatur, ſolvantur ſolidi tres pro folio ſcripto ut ſupra, & pro qualibet ſcriptura authentica ſcripta ut ſupra ſolvatur florenus unus, & ſolidi duo pro folio, ſalvo ſi fuerit ſcriptura Cridarum, Donationum, Revocationis Mandatorum, Tutelarum, earumque Cridarum, relationum, & mandatorum, vel alia ſcriptura, pro qua ab initio fuerit ſoluta merces ut ſupra limitata, tunc non poſſit accipere niſi ſolidos ſex pro folio, ſi authentica requiratur, & ſalvo etiam pro quibuſcunque Cridis, quæ in authenticam formam expleri requirantur, non poſſit accipere niſi ſolidos ſex pro folio authentico ut ſupra ſcripto.

Pro cancellationibus Bannitorum ſolvantur ſolidi ſexdecim pro ſingulo, niſi plures de eadem familia tempore cancellationis ſimul deleantur, quia tunc unica ſolutio ſufficiat, modo Banniti ipſi per Agentes cancellandorum perquirantur, & pro fide authentica edenda unius Banniti, ſivè cancellati, ſivè non, ſolvantur ſolidi octo, & ſolidi tres pro ſcriptura, & ſi pro eadem cauſa fuerint plures Banniti, & petatur fides unius, vel plurium ex ipſis fides fiat tantum illius Banniti, ſeu Bannitorum requiſitorum, & tunc ſolvantur ſolidi octo pro ſingulo, & pro ſcriptura ſolidi quinque in totum.

Pro notula Salvorum-Conductorum Bannitorum accipiat ſolidos octo pro ſingulo, niſi ſint plures de eadem familia, qui eo tempore talem Salvum-Conductum obtinerent, quia tunc unica ſolutio ſolidorum octo ſufficiat.

De mercede debita pro perquiſitione, & oſtenſione quarumcunque ſcripturarum.

SI quis voluerit videre aliquam ſcripturam cujuſvis maneriei, ſivè librum prædicti Officii, ultra ſcripturas, quas ſupra dictum fuit gratis oſtendi debere, ſolvantur ſolidi octo pro perquiſitione, ubi Pars exprimat certum annum, & velit perquiri à Gubernatore, & ut ſupra, ſed ſi ipſa velit perquirere, ei liceat, & teneatur Gubernator, & ut ſupra eidem conſignare librum, ſeu filciam illius anni, & pro ejus labore perquiſitionis filciæ, ſeu libri teneantur ei dare ſolidos quatuor, & ubi non exprimatur annus, tunc non poſſit accipere, niſi ſolidos quinque pro ſingula filcia, ſeu libro perquirendo à parte tamen deſignando, ubi Pars velit perquiri à Gubernatore ut ſupra, ubi verò ipſa perquirere velit, ei liceat, ſed eo in caſu teneatur dare ipſi Gubernatori ut ſupra pro ejus labore perquiſitionis ſupra ſolidos tres pro qualibet filcia, ſeu librò à Parte requirendo, ita tamen, quod in quocunque caſu non poſſit exigere pro qualibet

Digitized by Google

bet perquiſitione ultra ſolidos viginti ſine licentia DD. Abbatum, qui vicini dicto Officio providebunt juxta laboris qualitatem.

Relationes Cridarum bonorum fiant tàm ad Officium Proviſionum, quàm ad Officium dicti Gubernatoris, ut vult Statutum in noviſſimis *fol. 27. ſub Rub. de ordine ſervando per Tubatores.*

Et per hos Ordines in cœteris, ſi quæ ſunt, non cenſeatur derogatum diſpoſitioni Statutorum Communis Mediolani, & Novarum Conſtitutionum.

Et prædictus Gubernator Statutorum ſingulis diebus, exceptis his, qui ex præcepto Eccleſiæ, vel de conſuetudine obſervantur, teneatur hora Campanoni aperire Officium, ubi reſidet, & apertum tenere uſque quo Judices deſcendunt ab eorum Tribunalibus, & à prandio per horam uſque ad diſceſſum Juſdicentium ſub pœna, de qua infra.

Et prædicta ſerventur per ipſum Gubernatorem, ejuſque Notarium, Coadjutorem, vel Scriptorem, nec poſſint plus accipere, etiam à ſponte dante, & quod teneant tabulam præſentium Taxarum in propatulo, & hæc omnia ſub pœna contrafacienti in quolibet caſu, pro prima vice aureorum decem pro tertia parte Accuſatori, ſeu Delatori, pro alia tertia Fiſco Regio, & pro reliquo Collegio DD. Notariorum applicandorum, pro ſecunda vice ſuſpenſionis Officii per annum, & pro tertia privationis Officii.

Et quod exercens dictum Officium etiam incurrat dictam pœnam ſcutorum decem applicandorum ut ſupra, etiam pro facto ejus Coaudjutoris, ſeu Scriptoris, ultra pœnam per eos contrafacientes incurſam; in quam pœnam etiam in ſolidum incurrant etiam omnes aſſiſtentes dicto Officio, ubi dictam tabulam in propatulo non tenuerint.

ANNOT.

OBſervantia horum Ordinum, & Taxarum præcipitur etiam in Ordine Excellentiſſimi Senatus diei 14. Decembris 1647.

Ordo circa modum ferendi ſuffragia in Collegio Juriſperitorum Mediolani.

MDLXXIII. Die XIX. Novembris.

INtellexit Senatus Excellentiſſimus gravem abuſum ſequi in ferendis ſuffragiis in Collegio D. Juriſc. hujus Civitatis, quandoquidem permittuntur ii, de quibus agitur, in eo morari: aliuſque ad alium ſe confert gratia extorquendi votum: aliqui etiam majorem numerum pillarum ſumunt, quæ nullo pacto ferenda videntur.

Propterea ſtatuit is Ordo, nequaquam permittendum eſſe, ut præſentes ſint ii, de quibus agitur, neminemque ex Juriſconſultis poſſe, dum negotium excutitur, à loco ſuo diſcedere. Singuloſque ſingulas tantùm pillas ſumere debere. Sub pœna Senatui arbitraria, juxta caſuum qualitatem.

Digitized by Google

Ordo pro unione Capſinarum quotam Cenſus Salis peculiarem, & ſeparatam habentium cum earum Communibus Dominantibus.

PHILIPPUS Hiſpaniarum Rex &c., & Mediolani Dux &c.

Dilecti noſtri. Lecta in Senatu noſtro incluſa ſupplicatione, quam Syndici Generales hujus noſtri Ducatus nobis porrexerunt, viſa eſt proviſio petita juſta eſſe, itaque illam exaudire volentes committimus vobis, ut provideatis generalitèr circa reſtitutionem, & unionem petitam, prout vobis viſum fuerit magis expedire pro utilitate publica, & Fiſci noſtri, & ad jus ſuum unicuique Communi (ut appellant) Dominanti conſervandum, ſeù reſtituendum, & æquitatem inter Subditos ſervandam in onerum ſolutione. Dat. Mediolani die 10. Novembris 1580. Subſcript. Octavianus Robius. A tergo. Spectab., & Egr. J. C., ac Nobilibus Viris Præſidi, & Quæſtoribus Redd. Ord. Status Mediolani Noſtris dilectis &c. Et ſigillat. &c.

Sereniſs. Rex. Tempore factæ deſcriptionis Buccarum Salis per Communia Ducatus hujus Almæ Civitatis Mediolani anno 1541. accidit, quod in gratia diverſorum indultum fuit, quod Maſſarii eorum ſinguli ſeparatim a ſuo Communi (ut vocant) Dominanti haberent ſuam taxam Salis, & ſeparatim ſolverent in Camera Cenſum Salis, ut vocant ordinarium, quod ſolùm tunc ſolvebatur ſuper ſtariis Salis, eaque indulgentia ità de facto, & abſque ulla cauſæ cognitione introducta fuit ſub illo plauſibili prima facie prætextu, quod id commodum foret ſingulis hujuſmodi licentiam ſeparatim ſolvendi deſiderantibus, & non noceret Communi Dominanti, ex qua pro taxa Salis eis Maſſariis contingente relevaretur, & ideò facilè concedendum foret, aliique poſteà in diverſis temporibus exemplum priorum ſequentes ſimilia ſubripuerunt Agentibus Communium Dominantium vel non vocatis, vel non advertentibus ad damna imminentia, & ideò nec contradicentibus, vel alitèr precibus præcipuè, aut minis corruptis, & quietatis, territiſvè, vel aliter, favoribus, & potentia poſtulantium oppreſſis, & obauditis, tunc præſertim cum Syndici Generales Ducatus non adeſſent, & Cives quicquid vellent, obtinerent in perniciem Terrarum Ducatus, idemque uſurparunt Capſinæ quamplures conſtructæ extrà Locum principalem Communis, & etiam quamplures Cives pro ſuis Hominibus taxam habentes particularem, aliiſque non taxatis in dicto anno 1541.; paulatim vero facultas ipſa obtenta ſeparatim ſolvendi ſuam contingentem portionem Salis ordinarii ſub prætextu majoris commoditatis, fuit etiam uſurpata pro omnibus oneribus extraordinariis poſteà ad ratam dictorum ſtariorum Salis diſtribui ſolitis, & vim totalis ſeparationis, & exemptionis à Communi Dominanti, undè factum eſt, quod multiplicatis Habitatoribus in Locis ſic ut ſuprà de facto ſeparatis, etiam multiplicati fuerunt Habitatores, & Buccæ,

ſuper

ſuper quibus ſolet taxa Salis diſtribui, nihilominus ſemper eadem taxa remanſit, quæ pro pauciſſimis à principio fuerat aſſignata, ut quæ cœpit levitas oneris modici intèr tàm multos diſtributi, allecti quoque alii Habitatores Communium Dominantium ea deſerverunt, & ſe ſe habitatum contulerunt in maxima copia ſuper hujuſmodi Locis ſeparatis, ii verò, qui ſub Communibus Dominantibus perſeverarunt, licèt admodùm diminuti à primo numero, cui Sal fuerat taxatum immodicè, gravati remanſerunt ſub onere aliàs pluribus taxato, quod gravamen tantò majùs evaſit, quantò majora onera introducta fuerunt ab eo anno 1541. citrà, & exacta ſuper eadem taxa Salis ultrà curſum ordinarium, qualia ſunt menſuale ſcut. 120V. in anno, & modò ſub aliis ſummis, & menſatis, Taxus utriuſque Equitatus, & Regalium 44. quolibet menſe, & pro quolibet Equite, Equalantia hoſpitantium, & hujuſmodi innumera. His accidit intollerabile damnum quotidianarum Hoſpitationum actualium, & frequentium à plurimis annis citrà, quæ ſemper diriguntur ſub nomine dictorum Communium principalium, ſeù Dominantium, nulla facta mentione Locorum prætenſorum ſeparatorum, utpotè nullum inſigne nomen habentium, ſed appellatorum ſub nomine Maſſariorum, putà Maſſariorum Dominorum Vicecomitum, D. Arconatorum, D. Maynæ, D.Ctticæ, & ſimilium, & licèt quantitas militum dirigatur habito reſpectu ad magnitudinem, quam habere conſueverunt dicta Communia antè prætenſas ſeparationes, nihilominùs omnes prætenſi ſeparati ſub prætextu dictæ eorum uſurpatæ exemptionis immunes evadunt, idemque ſervatur prò expenſis Reparationum Stratarum, Salariorum Prætorum, & Satellitum, ſeù Servitorum, Guaſtatorum, Curruum, Bovum, & ſimilium quamplurimorum, pro quorum expeditione monitiones diriguntur ſemper ſub nomine Communis Dominantis, & dicti prætenſi ſeparati uti non nominati ſibi exemptionem uſurpant, & quia ut plurimùm ſunt ſub Dominis potentioribus, non poſſunt ad aliquid cogi ultrà eorum prætenſionem, multiplicatis autèm gravaminibus conſequens eſt, ut etiam multiplicentur inabiles, inabilitaſque vel cedat damno Fiſci M. V., vel facto retalio alios adhuc magis gravet; Nam & ad retalia Communium Dominantium nullo modo contribuere volunt dicta prætenſa Communia ſeparata, taliaque Loca in dies magis ditantur, & augentur, Communia verò earum Dominantia depauperantur, & annihilantur, quod non eveniret, ſi omnia membra ſuo capiti unirentur, & tot ſeparationes pœnitùs tollerentur, ſingulis enim annis nova deſcriptio Buccarum fieret, & unicuique ſua contingens portio taxaretur, & cum in uno Loco non foret melior conditio, quàm in alio, omnia Loca æquè incolerentur, & Communia ipſa principalia in ſuo robore manutenerentur (omnibus ſibi invicem auxiliantibus ad onera ſolvenda.

Quarè etiam cum prædicta ad Illuſt. Magiſtratum Ordinarium delata fuiſſent à paucis annis citrà, plura Communia reintegrata fuerunt per reſtitutionem, & unionem Locorum ſic ut ſupra de facto

ſto ſeparatorum; ſed cum hujuſmodi malum in Ducatu nimiùm dilatatum ſit, & generali proviſione indigeat, ad obviandum ſuperfluis litibus, & expenſis per ſingula Communia faciendis, decreverunt Syndici Generales Ducatus ad M. V. recurrere;

Supplicando, ut dignetur injungere Illuſt. DD. Præſidi, & Quæſtoribus Reddit. Ordinariorum, ut cum interventu Fiſci M. V. generalitèr provideat circà reſtitutionem, & unionem Locorum, & Particularium ſeparatorum, vel cum ſuo Communi Dominanti contribuentium, prout magis eis viſum fuerit convenire pro utilitate publica, & Fiſci M. V., & ad jus ſuum unicuique Communi Dominanti conſervandum, ſeù reſtituendum, & æquitatem inter Subditos ſervandum in onerum ſolutione, ut ſperatur &c.

ANNOT.

PRo executione hujus Ordinis ab Illuſtriſſimo Magiſtratu Ordinar. Reddit. datæ ſunt literæ die 26. Novembris 1580. Rationatoribus Cenſus Salis, & Menſualis.

Ordo, ut Major Magiſtratus cognoſcat, an cauſa ſpectet Minori, vel Majori Magiſtratui.

Prætori Novariæ.

DIlectè noſter. Intellectis expoſitis in occluſa ſupplicatione Baptiſtæ de Vegiis de Camero, cum ad vos ſpectet cognoſcere veſtra ne ſit, vel aliena juriſdictio, vobis mandamus, ut ubi intelligatis dictam cauſam ſpectare ad Majorem Magiſtratum, & aliud juridicum non obſtet, ad ulteriora procedatis, referendo Senatui referenda. Dat. Mediolani die XIV. Auguſti MDLXXXIII.

Landrianus.

ANNOT.

JUdicem, cujus juriſdictio negatur, poſſe cognoſcere, an ſua ſit juriſdictio, probat pluribus cumulatis Cortiada *deciſ.* 38. *num.* 2., quem ſequitur Gatt. *de Majori, & Minori Magiſtrat. lib.* 2. *quæſt.* 3. *num.* 1., procedit tamen iſta concluſio, quando controverſia juriſdictionis eſt inter ipſas partes, vel inter ipſum Judicem, & partem; Idem Cortiada *ubi ſupra num.* 8.; ſecus verò quando contentio juriſdictionis eſt inter ipſos Judices; nam ſi contentio eſt inter Judicem ordinarium, & alium delegatum, tunc cognitio ſpectat ad delegatum uti majorem; Idem *d. deciſ. num.* 9.; ſi contentio ſit inter duos Judices delegatos; tunc vel cognoſcit delegans, vel eligitur arbiter juris; Idem *num.* 12. *&* 13.; ſi demum contentio ſit inter duos Judices Seculares ordinarios, tunc ad Superiorem ſpectat cauſam competentiæ juriſdictionis declarare, & decidere, ut pluribus allegatis firmat Cortiada *d. deciſ. num.* 17., & ſequitur Gatt. *ubi ſupra num.* 6.; dummodo tamen iſti Judices de juriſdictione contendentes ſint ſub eodem Principe, Cortiada *loc. cit. num.* 27.

Magnus Foſſatus.

Ordo, quod in Sententiis Senatus nemo cenſeatur condemnatus in expenſis, niſi exprimatur.

Prætori Novariæ.

DIlectè noſter. Relatis coram Senatu noſtro iis, quæ nobis reſcripſiſtis die 13. Aprilis proximè præteriti de controverſia inter

Digitized by Google

ter Octavianum Portam, & Bartholomæum Catiam Actores, & Galeacium Portam Reum conventum partes diverſas vigente: in qua controverſia Octavius, & Bartholomæus prætendunt Galeacium damnari debere ad refectionem expenſarum in Judicio criminali ad querelam ejuſdem Galeacii agitato, à quo ex Sententia Senatus noſtri abſoluti fuere, à ſe factarum, & omnibus hinc inde adductis maturè conſideratis, fuit dictum Senatus mentem non fuiſſe, ut Galeacius in expenſis damnatus cenſeatur, immo nec cenſeri illum condemnatum virtute Conſtitutionis in tit. de Judiciis, quæ quidem Conſtitutio, & ex verbis ipſis, & ex uſu hanc recipit interpretationem, ut locum non habeat in Sententiis ab ipſo Senatu latis. Nos igitur idem cenſentes vobis mandamus, ut juxta hanc declarationem exequamini. Mediol. x. Maji MDLXXXVI.

Ordo, ne Actuarii exigant honoraria proceſſuum ante illorum editionem, ſed ſolum mercedem ſcripturæ pro relationibus ſtatus cauſæ, & Judices pro hujuſmodi relationibus ne exigant ultra dimidium ejus, quod deberetur pro relatione diffinitiva.

MDXCI. Die xv. Julii.

Prætori Derthonæ.

PRo ſolutione dubii excitati in litteris noſtris die 26. Junii proximi ſuperioris ad nos datis, utrum Notarii cauſarum criminalium Officii iſtius, cum quandoque contingit ſuper precibus Reorum, à nobis decerni, ut reſcribatur ſtatus cauſæ, teneantur proceſſum originalem Prætori, à quo facienda eſt relatio, exhibere ſine aliqua mercedis, aut honorarii ſolutione, ipſe autem Prætor gratis, an verò habito prius in eam cauſam aliquo honorario reſcribere debeat, declarat Senatus noſter, quo cum litteras veſtras communicavimus, Actuariis honoraria, ſivè mercedem proceſſuum non deberi ante illorum editionem; juſtum tamen eſſe, ut illis ſatisfiat pro ſcriptura hujuſmodi relationum ſtatus cauſæ, ſi ab illis conſcribantur. Quod autem attinet ad Prætorem, cum ex ordinibus, ab ordine ipſo aliàs conditis in hac materia caveatur, dari illi debere dimidium ejus, quod deberetur, ſi cauſa definitivè referretur, cenſet, nihil eſſe innovandum, ſed in jam ordinatis eſſe perſiſtendum, ut ſcilicet, pro relationibus ſtatuum cauſarum teneantur Rei ad ſolutionem medietatis honorarii debiti pro relationibus definitivis. Vos igitur ſic de cœtero ſervari facietis, & ubi Notarii ſint renitentes illos ad exhibitionem ipſorum proceſſuum omninò cogetis. Ipſis autem Reis, tam iis, qui hactenus hujuſmodi proviſiones impetrarunt, quorum cauſas, eo impedimento interpoſito, jamdiù ſilentio involutas eſſe ſcribitis, quam aliis, ſi qui poſthac hoc remedio uti volent, aſſignabitis terminum competentem ad deponendum penès Officii Theſaurarium pecuniam, eam ex cauſa faciendæ relationis debitam,

Digitized by Google

bitam, ejuſque relationis expeditionem curandam, & eo termino lapſo, ſi aut contumaces erunt, aut negligentes, ad ulteriora pro juſtitia procedetis, ipſis reſcriptis noſtris cauſarum ſtatum reſcribi mandantibus non obſtantibus. Vos tamen monitos volumus, nullam vobis expectandam eſſe mercedis, aut honorarii ſolutionem, cum Senatus mandat, cauſæ alicujus ſtatum ex officio, non ad ſupplicationem partis, referre. Nam eis in caſibus mandamus, ut gratis, & ex officio pariter vos reſcribatis: Mandantes etiam, ut hanc declarationem apud acta veſtri Officii regiſtrari faciatis ad hoc, ut ſingulis, & ſucceſſoribus veſtris innoteſcat, & ab ipſis quoque ſervetur.

Ordo, ut Judices deſcribi faciant in libro nomina Bannitorum, eorumque notulam tranſmittant cum cauſis, & qualitatibus delictorum ordine alphabeti diſtinctam.

MDXCII. Die xx. Junii.

Juſdicentibus Mediolanenſis Dominii.

ETſi Nov. Conſtit. ſatis proviſum videtur multis incommodis, quæ oriuntur ex ignoratione eorum, qui banniti ſunt; animadvertit tamen Senatus ipſas Nov. Conſt. in hac parte non obſervari, nec bannitos omnes reperiri deſcriptos in hac Civitate apud Officium Panigarolarum, nec alibi in Albo Prætorum aliarum Civitatum. Quocirca abuſum hunc tollere omnino volens Senatus, matura ſuper ea re conſideratione habita;

Cenſuit mandandum eſſe, prout mandat omnibus, & ſingulis Prætoribus Civitatum, & aliis Officialibus, ac Juſdicentibus Dominii Mediolani, ut adamuſſim ſervent Nov. Conſt. diſpoſitionem, & librum præterea, in quo inſcribantur omnium bannitorum nomina, ſinguli habeant in loco publico appenſum catenula ferrea, in Cancellaria Officii cujuslibet eorum, ita ut avelli non poſſit; Mandatque quibuslibet Juſdicentibus tàm Regiis, quàm Feudatariorum, nec non & Commiſſariis tàm ordinariis, quàm extraordinariis Bladorum, ac Judicibus, etiam Delegatis, ut quolibet menſe notulas bannitorum, cum cauſis, & qualitatibus delictorum ordine alphabeti diſtinctas mittant ad Prætores Civitatum, in quarum Territorio, aut diſtrictu reperientur juſdicere, qui Prætores Civitatum pariter librum habeant, in quo deſcribant grandioribus litteris, bannitorum nomina ordine alphabeti ut ſupra, & eorum ſingula loca, ubi banniti fuerint, & ſingulo menſe poſtea teneantur, & ipſi mittere notulas bannitorum eo modo, quo ſupra dictum eſt, ad Capitaneum Juſtitiæ, qui & ipſe curet in ejus Officio ſimilem librum habere, ubi ita diſtinctè deſcripta ſint bannitorum nomina, & qualitates tàm perſonæ, quàm delictorum, & condemnationes, ut facile ab omnibus conſpici, & cognoſci poſſint: Et prædicta omnia mandat Senatus ad unguem ſervari, ſub pœna Nov. Conſt. comminata inobedientibus,

quos

Digitized by Google

quos vult meminiſſe ſe tempore ſyndicatus inobedientiæ rationem omnino reddituros.

Signat. Marcheſonius, & ſigillat. &c.

Ordo, quod Vicarius, & Duodecim Proviſionum Mediolani juſdicere poſſint in cauſis Mercedum a libris quinquaginta Imperialibus uſque ad libras centum quinquaginta, & à libris decem uſque ad centum.

PHILIPPUS III. Dei gratia Hiſpaniarum, utriuſque Siciliæ &c. Rex, & Mediolani Dux &c.

Syndici hujus noſtræ Civitatis dederunt nobis ſequentes preces videlicet: Pontentiſſime Rex. Adeſt inter alia Statutum in volumine primo cap. 28. diſponens quemlibet juriſdictionem exercentem in Civitate, & Ducatu Mediolani in cauſis Mercedum, quantitatem librarum quinquaginta Imperialium non excedentibus poſſe ſummariè, ac de facto, prout ſibi videbitur definire, ac de aliis etiam cauſis non excedentibus quantitatem librarum decem Imper. Cujus virtute Vicarius, ac Duodecim Viri Proviſionum hujus Civitatis talem ſemper exercuerunt juriſdictionem cum ad ipſorum Officium in dies augeatur numerus, ac concurſus pauperum, viduarum, ac hujuſmodi inhabilium perſonarum eorumque Tribunalis præcipua ſit horum Juriſdictio pro cauſis fabricationem proceſſuum, non merentibus. Verum cum tale Statutum dicatur conditum uſque de anno 1421., quo tempore potius ingenui, boni, ac juſti viri; quam fallaces, malitioſi, ac nequitioſi homines dicebantur, qui alia Mercatorum, ac quamplurimum Artificum ſtatuta uſque in præſentem diem augere fecerunt litigiis dediti, quicque non erubeſcunt Juriſdictionem Tribunalis declinare, & conſilium ſapientis petere in cauſis ipſis mercedum dictam ſummam librarum quinquaginta, ac decem parum excedentibus, & eo tempore ſumma librarum quinquaginta major poterat dici, quàm nunc ſit ſumma librarum ducentum ratione omnium rerum incrementi. Ideo Syndici dictæ Civitatis Mediolani fidiſs. M. V. ſer. ratione publicæ utilitatis, & pro reſecandis hujuſmodi controverſiis, & litibus, quæ quotidiè cumulantur ad M. V. confugere decreverunt. Supplicando quatenus dignetur literis ſuis patentibus decernere memoratam Juriſdictionem in cauſis ipſis mercedum, modo quo ſupra definiendis à dictis libris quinquaginta Imper. uſque ad libras centum quinquaginta, & ab ipſis libris decem, uſque ad libras centum Imper. exerceri poſſe per ipſos Vicarium, ac Duodecim, & per ipſos facta valere, ac tenere, quibuſcunque contrarium diſponentibus non attentis, quibus omnibus M. V. ex certa animi ſui ſcientia, motuque proprio, etiam abſolutè derogare degnabitur, & ita ſperatur &c. Super quibus priuſquàm deliberaremus juſſimus exquiri votum Civitatis, eo autem intellecto, & omnibus in Senatu relatis, de illius ordinis ſententia memoratam facultatem Juriſdictionis augemus à libris quinquaginta, uſque ad li-

bras centum, à libris autem decem uſque ad libros quinquaginta. In quorum fidem præſentes noſtro ſigillo munitas fieri, & regiſtrari juſſimus. Dat. Mediolani die xv. Decembris MDC. Signat. in calce Poggius, & ſigillat. &c. A tergo. Regiſtrat. in filo Patentium.

Ordo, quod mortuo Reo, pro exactione pœnæ pecuniariæ contraventionis procedatur contra ejus hæredes & Fidejuſſorem.

PHILIPPUS III. Hiſpaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux &c.

Dilecti noſtri. Vidimus diffinitivam relationem, quam nobis feciſtis de Nicolao Aulario imputato de emptione Salis contra Ordines, de mandato ad vulnerandum, ſeu occidendum Carolum Antonium Canetam Commiſſarium ſuper fraudibus Salis, & de contraventione promiſſioni per eum factæ, & fidejuſſioni datæ de non recedendo a quodam Cubiculo pro carcere illi aſſignato ſcutorum mille: Item de Joanne Giorrino Margatio imputato de uſu dicti Salis per Aularium empti contra Ordines; omnibus autem maturè perpenſis, cum aſſeratis Aularium pendente relatione deceſſiſſe, vobis mandamus, ut omiſſis criminibus emptionis Salis, & mandati ut ſupra dati, quæ ob ejus mortem extincta remanent; damnetis ejus hæredes, & fidejuſſorem per eum jam præſtitum de non recedendo è dicto Cubiculo, ad ſolutionem ſcutorum ducentum; Joannem autem Giorrinum relatum non moleſtetis. Dat. Mediolani die xix. Januarii MDCI.

Alexander Beſutius.

A tergo – Spectab. & Egreg. Præſidi, & Quæſtoribus Reddit. Ordinarior. Status Mediolani noſtris Dilectis, & ſigillat. &c.

ANNOT.

PRo intelligentia hujus Ordinis quoad diminutionem pœnæ pecuniariæ a Senatu factam fas eſt recenſere peculiares hujus caſus circumſtantias.

Facti itaque eſt Nicolaum Aularium die 28. Auguſti 1599. ſe conſtituiſſe in fortiis Prætoris Alexandriæ, & Commiſſarii Canetæ ſuper fraudibus Salis ob imputationem emptionis Salis contra Ordines; & eidem in Prætorio fuiſſe aſſignatum quodam Cubiculum apertum pro carcere præſtita per eum promiſſione, & fidejuſſione de non fugiendo, nec recedendo a dicto Cubiculo ſub pœna ſcutorum mille.

Die 23. Septembris dictus Aularius ſerò ſe contulit ſuper Podio penſili Prætorii aſpiciente in Platea majori viſurus ſi ejus famulus ſibi cœnam afferret, rediens vero paulò poſt ad dictum Cubiculum invenit oſtium Aulæ magnæ Prætorii, qua itur ad dictum Cubiculum clauſum, & pluries pulſato dicto oſtio, nemo ei reſpondit, nec aperuit; undè coactus fuit domum ſuam ire cœnatum, & poſtquam cœnavit, ſtatim rediit ad Prætorium, cujus januâ magna exiſtente clauſa, coactus fuit denuò domum ſuam redire; mane autem diei ſequentis ſtatim rediit ad Cubiculum ſibi aſſignatum pro carcere.

Super ejuſmodi receſſu conſtructus fuit proceſſus; & ex parte dicti Aularii pro defenſione allegata, & probata fuit ſupra narrata cauſa ejus receſſus, ſpontaneus, ſtatim ac potuit, reditus ad dictum Cubiculum, & quod ſeptem diebus ante ejus receſſum ordinatum jam fuerat a Magiſtratu, quod relaxaretur; & de his omnibus facta a Magiſtratu relatione ad Senatum prodiit ſupra recenſitus Ordo.

Hiſce

Hiſce retentis credibile eſt Senatum pœnam pecuniariam, de qua ſupra, diminuiſſe,
quia conſideraverit promiſſionem, & fidejuſſionem de non faciendo fugam, nec re-
cedendo a Cubiculo pro carcere aſſignato, eſſe copulativè accipiendas, & requiri
utrumque ſecutum fuiſſe, ſcilicet quod receſſerit, & ſimul fugam arripuerit juxta
1 tradita per Bart. in *l. ſi heredi. ff. de condit. inſtitut.*, *& in l. 1. ff. de juſtit. &*
2 *jure*, aliter ſtipulatio, & pœna non comittitur, cum dictio illa *nec* copulet utrum-
que, ut notat idem Bart. in *l. ſæpè. ff. de verb. ſignif. & in l. 2. §. quod dici-
tur. ff. ſoluto matrim.*, ſed cum ſtatim redierit, fugam feciſſe dici non poſſe.
Item, quia conſideraverit retenta etiam ſimpliciter fidejuſſione de non recedendo abſ-
que illa adjectione de fugam non faciendo; adhuc tamen dici non poſſe Aularium
contraveniſſe, quia ex ſupra narrata facti ſerie cognoverit cauſam ejus receſſus
proveniſſe, quia redire volens ad Cubiculum invenit oſtium clauſum tum Aulæ
magnæ, tum Prætorii; & propterea tale impedimentum præter expectationem ſu-
3 perventum aliquam excuſationem ei afferre potuiſſe ad *text. in l. 2. §. ſi quis in judicio.
ff. ſi quis caut. &c.* Boſſ. *tract. var. tit. de carcerat. fidejuſ. dimitt. n. 47. & ſeq.*; &
quamlibet cauſam excuſare a contemptu, & contraventione, & etiam a culpa, ut
4 per eundem Boſſ. *loc. cit. n.* 48., & quamlibet promiſſionem etiam juratam intelligi,
niſi ſuperveniente aliqua cauſa contraveniendi *l. fin.* & ibi Jaſ. *ff. qui ſatiſd. cogan.*
Item quia conſideraverit, quod etiam ſi Aularius aufugiſſet animo contraveniendi,
& recedendi, & poſtea pœnitentiâ ductus, paulo poſt rediiſſet, non poſſet dici re-
5 ceſſiſſe quoad incurſum pœnæ juxta DD. opinionem, quam communem dicit Boer.
deciſ. 215. *n.* 18. *&* 19., & omnes allegant Bal. in *l.* 1. *n.* 27. C. *de ſerv. fu-
gitiv.*, *& in l. 1. n.* 17. *C. de edil. action.*, ubi non dicitur quis aufugiſſe, qui
6 propoſitum revertendi habuit, & ſtatim rediit, concordat *l. quis ſit fugitivus. ff.
de edil. action.*, ubi dicitur fugitivum ab affectu animi, non a fuga eſſe judican-
7 dum, & affirmant Bal. in *Auth. habita. C. ne filius pro patre. in fin.*, Marſil. *conſ.*
22. *n.* 5. Viv. *comu. opin.* 120. verſic, *fugiens è carcere*, Clar. *pract. crim. §. fin.
quæſt.* 21. *n.* 27. verſic. *ſcias etiam*, & Roman. *conſ.* 193. facit hoc argumentum:
8 Quod intentio Fiſci nihil aliud eſt, niſi ut carceratus haberi poſſit, ne evadat ju-
dicium, & ne juſtitia remaneat deluſa; ſed per reverſionem Fiſcus habet ſuam
intentionem; ergo nullum paſſus fuit damnum ex illa contraventione *l. & ſi poſt tres.
9 ff. ſi quis caut.*, & ideo non poteſt agere ad pœnam præſertim purgata mora ex re-
verſione, ut firmat etiam Afflict. *deciſ.* 130. *col. fin.* & Bertaz. *conſ.* 160. *n.* 20. *& ſeq.*
Demum quia conſideravit hujuſmodi prætorias ſtipulationes, & cautiones de non re-
cedendo a loco pro carcere aſſignato, ſemper debere interpretari ſecundum jus
10 commune *l. 1. §. fin.*, *& l. in prætoriis. ff. de prætor ſtipulat.*, & ita etiam æqui-
tati convenire ad tradita per Roman. *conſ.* 193.; interpretatio autem juris com-
11 munis eſt, ut juris fictione quis receſſiſſe non dicatur, qui ſtatim rediit; unde non ſe-
cus habetur, ac ſi ſemper in eo loco ſtetiſſet text. eſt in *l. plerumque. ff. de ritu
nupt.* Bertazol. *conſ. crim.* 132. *lib.* 1. Menoch. *præſump.* 50. *n.* 7., & cum juris
12 interpretatione ille, qui ſtatim rediit, habeatur, ac ſi ſemper præſens fuiſſet, &
a loco ſibi aſſignato nunquam receſſiſſet, ut per Bart. in *l. ſi is qui pro emptore.
n. 5. ff. de uſucap.* dici poterat dictum Aularium in pœnam ſtipulatam, aut aliam
non incidiſſe, cum juris interpretatione a loco deſignato non receſſiſſet; fictitio
13 enim idem operatur in caſu ficto, quod veritas in caſu vero: Nam fictio eſt legis pro-
14 viſio, & diſpoſitio ſtabilita, quæ contrariam probationem non admittit Gloſ. in
l. 1. in principio. *C. de rei uxor. act.*, & Vivius *tract. com. opinion. opin.* 343. te-
ſtatur conſultum fuiſſe per magnos Doctores in caſu fugæ cujuſdam Rei reverſi,
ubi erat in ejus fidejuſſione appoſita clauſula quod non poſſet purgare moram,
15 etiamſi ſtatim reverteretur, & pro eo fuiſſe judicatum; unde ſuperius tradita tan-
to magis militare poterant favore Aularii, quia dicta clauſula non erat appoſita in
ejus promiſſione, & fidejuſſione de non faciendo fugam, nec recedendo a loco ſibi
pro carcere aſſignato.
Ex his credendum eſt Senatum in relato caſu ſtipulatam pœnam pecuniariam ad mi-
norem ſummam reduxiſſe; cæterum, ſi mortuo Reo nulla allegabilis ſit excuſatio
circa contraventionem, pœna pecuniaria a Fidejuſſore integraliter exigitur, ut ca-
vetur in Ord. Senat. 19. Novembris 1608. *inferius in hac Addit. impreſ.*
Per receſſum per modicum tempus a loco pro carcere aſſignato, & ſecutam reverſio-
nem ad eundem locum, non dicitur commiſſa contraventio. Ita declaravit Sena-
in caſu a me relato ſupra *ad Conſtit. tit. de Notar. pub. §. ſi quis ſponſorem dederit. n.* 53.

Mognus Foſſatus.

Ordo, ne Teſtes laici cogantur teſtimonium perhibere coram Judice Eccleſiaſtico ſub pœna pecuniaria, ſed tantum ſub penis Cenſurarum.

Prætori Derthonæ.

DIlecte noſter. Legi juſſimus coram Senatu noſtro reſponſum veſtrum ad capita querelarum M. R. iſtius Epiſcopi de impedimentis, & turbationibus juriſdictionis ſuæ per vos præſtitis, & eo una cum Actis a vobis miſſis, ac literis ejuſdem Epiſcopi maturè perpenſis, decrevimus nullo pacto impediendos eſſe Teſtes, quominus in cauſis ad Epiſcopum ſpectantibus liberè, & ea celeritate, quam Juſtitia poſtulat, accedant ad deponendum, prævia tamen proteſtatione, quod non ratione pœnæ pecuniariæ, ſed excommunicationis accederent. Quam ob cauſam literas dedimus ad eundem Epiſcopum, ut ipſam proteſtationem admitti jubeat. Dat. Mediolani die xvi. Novembris MDCII.

ANNOT.

NOn poſſe Judicem Eccleſiaſticum cogere Teſtes laicos ad perhibendum teſtimo-
1 nium pœnis pecuniariis, ſed tantum cenſuris comprobat Praxis Archiepiſcopalis Neapolis Januenſ. *cap.* 10. *tit. de Teſtib. laicis compellendis a Judice Eccleſiaſtico, & quomodo*, qui titulus oſtendit modum compellendi Teſtes laicos ad perhibendum
2 teſtimonium eſſe tantum per Cenſuras. Confirmatur per aliam Praxim Eccleſiaſticam Canonici Riccii *part.* 1. *deciſ.* 447.; idem probat Farinac. *de Teſtibus quæſt.* 78. *n.* 36., qui alios plures allegat; & textus expreſſus eſt in *c. fin. de Teſtibus cogendis*, ubi expreſſè tractat de cauſa vertente inter Eccleſiaſticos, & Seculares, & de modo cogendi Teſtes laicos ad deponendum per Judicem Eccleſiaſticum, &
3 ponit per Cenſuras tantum, quod apertè demonſtrat Campanil. Epiſcop. *in quæſt. jur. canon. rub.* 11. *cap.* 26. *n.* 37.; idem firmat. in materia mulctarum Cavalcan. *de Brachio Seculari in tit. de qualit. Teſt. par.* 1. *n.* 9. ubi dicit compulſio fit per Cenſuram Eccleſiaſticam a Judice Eccleſiaſtico, & demum egregiè Lupus *in c. per*
4 *veſtras*. §. *unum tamen non omittam* verſic. *ſed eſt pulchra dubit. n.* 17. ubi concludendo inquit *procedit ergo Judex Eccleſiaſticus contra Laicos, ſecundum quod Canones cenſent, primò excommunicando, deinde anatamizando, & interdicendo poſtea cum Eccleſia non habeat ultra quid faciat, invocat brachium ſeculare*.

Mognus Foſſatus.

Formula Fidejuſſionis præſtandæ in cauſis criminalibus.

MDCIII. Die xxi. Junii.

MEmoria promiſſionis, obligationis, & ſatiſdationis factæ, & præſtitæ etiam ex cauſa conſtituti, & aliàs omnibus modo per N. præſentem, & promitten. &c. ſe obligan., quod conſignabit toties quoties &c. ſupraſcriptum N. in fortiis præfati D. N. ſub pœna ſcut. Reg. Duc. Cameræ applican. caſu &c. obligando &c. pignori &c. mihi Notario ſtipulanti &c. nomine &c. Reg. Duc. Cam., &

Digitized by Google

& omnium quorum intereſt, quod conſignabit ſupraſcriptum N. in fortiis, & carceribus præfati D. N. ſine aliqua exceptione, quæ ei quomodolibet competere poſſit. Renuntiando &c. Item renuntiando quibuſcunque exceptionibus tàm generalibus, quàm ſpecialibus, & quæ quovis modo, via, & forma ſibi competere poſſint, quare non teneatur conſignare, ita quod allegare non poſſit ignorantiam de ipſa exceptione, ut ſe tueri poſſit, & in omnibus caſibus, in quibus non tenetur, ex nunc proteſtatur, quòd ſciens ſe non teneri, vult tamen teneri ad conſignan. ità quòd non poſſit allegare, quòd ignorans ſe non teneri, promiſerit ipſum detentum ſiſtere, & conſignare cum juramento ſpeciali. Et in ſpecie renuntiando, exceptioni facti alieni, & quòd quantum in ſe fuit omnem diligentiam adhibuit pro eo conſignando, quià nihilominus vult teneri. Item renuntiando cujuſcunque exceptioni ſecuti expoſt impedimenti, vel infirmitatis; vel mutati ſtatus, quomodocunque, & qualitercunque, vel defectus judiciorum; vel injuſtæ carcerationis, vel deteriorationis ſtatus; vel defectus cauſæ; vel quod in plus fuerit obligatus, quam principalis teneatur, etiam quod principalis nullo modo teneretur, vel quia de intereſſe Fiſci non agatur, vel quia ceſſet ratio contemptus, vel quia Reus captus non fuerit; vel impoſſibilitatis, & generaliter cuicunque exceptioni quomodolibet competenti, ita quod ſpecialitas generalitati non deroget; ità quòd ipſe Fidejuſſor præcisè teneatur ad conſignan. ipſum N. ità & taliter, & in eo ſtatu, & gradu, ut retineri poſſit per Judicem, cui conſignabitur, & contra eum procedi: alioquin ubi in alio ſtatu conſignetur, nihilominus teneatur, quia vult teneri, etiam quod in eo caſu non teneretur. Proteſtans ex nunc, quod ſciens ſe non teneri, vult teneri &c., & renuntiando cuilibet remedio, & reſtitutionis in integrum.

Excellentiſſimus Senatus mandat omnino hanc formulam ſervari in recipiendis fidejuſſionibus. Et hoc exemplum in actis relinqui.

Signat. Landrianus.

Ordo, quod Civitas Mediolani non teneatur juſtificare capturas contra ejus Debitores factas.

PHILIPPUS III. Dei gratia Hiſpaniarum, utriuſque Sicillæ &c. Rex, & Mediolani Dux &c. Syndici hujus noſtræ Civitatis Mediolani dederunt nobis ſequentes preces (*omittitur tenor brevitatis gratia*). Quibus viſis per has noſtras decernimus, & declaramus dictam Civitatem non teneri juſtificare capturas contra ejus debitores factas, quaſque in futurum fieri continget, prout in debitoribus Fiſci noſtri obſervatur. Mandamuſque omnibus ad quos ſpectat, & ſpectabit, ut ita ſervent, & ſervari faciant. In quorum fidem præſentes noſtro ſigillo munitas fieri, & regiſtrari juſſimus. Dat. Mediolani die viii. Aprilis MDCV.

Jo. Baptiſta Saccus pro Egr. Beſutio.

Ordo,

Digitized by Google

Ordo, quod frui poſſint Indulti beneficio impičti de Robaria ad ſtratam in re minoris valoris dimidii aurei, vel in Domo in re minoris valoris aureorum quinque, concurrentibus aliis requiſitis.

MDCVI. Die xxvi. Januarii.

ANceps fuit quæſtio in Senatu ſuper eo, an illi, qui robariam ad ſtratam commiſerint in re minoris pretii dimidii aurei, vel robariam in Domo, in re minoris pretii aureorum quinque, frui poſſint beneficio Decreti Gratioſi nuper indulti, ſi alia ex eodem Decreto requiſita habeant. Qua de re, ut maturius deliberaretur, exquiſivit Senatus votum omnium Fiſcalium. Quo intelle-ćto, reque diligentèr, & exaćtè perpenſa.

Cenſuit is Ordo, ſupraſcriptos, ubi alia requiſita habeant, beneficio memorati Decreti frui poſſe.

Signat. Jo. Baptiſta Saccus.

Ordo ne Fiſcales in cauſis criminalibus ſubminiſtrent Teſtes.

MDCVI. Die xxxi. Januarii.

NOvit Excellentiſſimus Mediolani Senatus, in cauſis criminalibus aliquando per Fiſcum ſubminiſtrari teſtes, quod quemadmodum probare non poteſt, ita hujuſmodi abuſui occurrendum cenſuit.

Mandat itaque omnibus Fiſcalibus, ut poſthac à ſubminiſtrandis teſtibus omnino abſtineant, ſed Nov. Conſt. de munere Fiſcalium loquentium diſpoſitionem inviolabiliter ſervent. Signat. Comes Majoragius pro Egr. Secretario Landriano.

Ordo, quod confeſſio facta in tormentis reddens Teſtem infamem non afficit Socios criminis, niſi iteretur in tormentis ad purgandam infamiam.

PHILIPPUS III. Hiſpaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux &c.

DIlećte noſter. Viſa relatione diffinitiva proceſſus iſthic agitati contra Bartholomæum Garziam Reum conſtitutum, quod in viam publicam prodierit ſclopis rotatis armatus, uno ſcilicet longo, duobus autem brevibus; & contra Deſiderium Ferrarium de ſubornatione Teſtis in offenſivo examinati ad veritatem celandam contra Fiſcum; & re tota accurate perpenſa; quod attinet ad Garziam, mandamus vobis, attentis etiam defenſionibus præſtitis, & exceptionibus, quas patiuntur Teſtes contra eum examinati, ut illum benè torqueri faciatis, non tamen interpellatis vicibus, prout iſta

Digitized by Google

iſta Curia cenſuit, & ubi nihil emergat, abſolvatis: quod autem attinet ad Ferrarium, planè cognovimus Bugnagam illum teſtem, qui in ſecundo examine Ferrarium ipſum gravat de ſubornatione, non potuiſſe interrogari de ſubornatore, & cum fateatur ſe paſſum ſubornationem, faciat propterea ſe infamem, debuiſſet iterum torturæ ſubjici, ut purgaret infamiam, & faceret indicium contra ſubornantem; & cum id factum non fuerit, non potuiſſe ſuper ejus dicto fundamentum facere, nec Ferrarium Reum conſtituere; itaque mandamus, ut poſthac diligentius advertatis; Ferrarium autem abſolvatis. Mediolani die v. Aprilis MDCVII.

Bellaſius.

A tergo ſapienti J. C. Prætori Vogoniæ noſtro dilecto.

Ordo, quod Doctores Collegiati Civitatum immunes ſint ab actuali hoſpitatione Militum.

PHILIPPUS III. Hiſpaniarum Rex &c., & Mediolani Dux II. &c.

Dilectiſs. noſter. Lectis in Senatu noſtro occluſis precibus J. C. de Collegio Judicum iſtius Civitatis, vobis mandamus, ut ipſos Juris-Conſultos præſervetis immunes à dicta actuali Hoſpitatione omnibus promptioribus juris remediis. Dat. Mediolani die xii. Maji MDCVIII.

Alexander Beſutius.

A tergo. Spectab. J. C. Prætori Papiæ Senatori noſtro dilectiſſimo.

ANNOT.

Doctores Collegiati Mediolani immunes ſunt ab hoſpitatione Militum etiam pro Domibus à Nobili eorum habitationis Ruri ſitis, ſed pro hoſpitatione ad eorum Extimum ſpectante tenentur Domus eorum Maſſariorum, vel Fictabilium juxta declarationem Illuſtriſſimi Magiſtratus Ordinar. Reddit. diei 9. Auguſti 1610., & hoc procedit etiam quoad alios Doctores Collegiatos aliarum Civitatum ex Ord. S. E. diei 11. Septembris 1618.

Magnus Foſſatus.

Ordo, quod procedatur contra Fidejuſſorem ad pœnam pecuniariam pro contraventione Banniti licet defuncti.

PHILIPPUS III. Dei gratia Hiſpaniarum, utriuſque Siciliæ &c. Rex, & Mediolani Dux II. &c.

Dilecte noſter. Cum Ferdinandus de Raude, qui ſuperioribus diebus in hoc noſtro Dominio fuit interfectus, contravenerit banno, de quo ſervando dederat fidejuſſionem pro ſumma ſcutorum duorum millium, non debet hæſitari, an contra ejus Fidejuſſorem ad dictæ ſummæ executionem agi poſſit; propterea mandamus

damus vobis, ut citato ipſo Fidejuſſore repetatis Teſtes deponentes de contraventione exilii, & contra eum ſervatis ſervandis procedatis ad pœnam in ſtipulatione comprehenſam. Dat. Mediolani die xix. Novembris MDCVIII.

Jo. Baptiſta Saccus.

ANNOT.

PŒnas ſuos tenere debere auctores ſanxerunt Imperatores Arcadius, & Honorius
in *l. ſancimus. C. de pœnis*; unde J.C. Martianus in *l. defuncto. ff. de pub. judic.*
ita reſpondit *defuncto eo, qui Reus fuit criminis, & pœna extincta eſt*; & jure
1 merito, quia, ut dicit Carena *de Offic. S. Inquiſit. par. 2. tit. 19. §. 1. n. 1.*,
mortui præventi ſunt a ſummo Judice Deo, & vocati ad majus Tribunal, adeo
ut omnia contra ipſos humana ceſſent judicia; unde videretur concludendum per
2 mortem delinquentis etiam pœnas pecuniarias extingui; juſtiſſimè tamen ordinavit Senatus in ſupra relato caſu procedendum eſſe ad exactionem pœnæ pecuniariæ contra Fidejuſſorem mortui delinquentis; quia diſpoſitio *l. defuncto. ff. de pub. judic.* cum pluribus aliis concordantibus allegatis per Caball. *reſol. crim. centuria 3. caſ. 298. n. 3.* procedit quoad pœnas corporis afflictivas, quarum per mortem incapax ſit corpus humanum; ſecus vero, quando, ut in hoc caſu, agitur de
3 pœna proveniente ex ſtipulatione *l. Lucius. 48. ff. de action. empti*, Peregrin. *de jure fiſci lib. 4. tit. 5. n. 6.*, & alii apud Tondut. *de prævent. par. 2. cap. 62. ſub n. 2.*

Mognus Foſſatus.

Ordo, quod occidens Socium Banniti moleſtari non poſſit.

Prætori Derthonæ.

DIlecte noſter. Viſis occluſis precibus Caroli Rati ex Feudatariis Vallis Ratorum, & viſis condemnationibus capitalibus contra prædictum Bernardum de Argenta appellatum *Guerra* ſecutis pro atrocibus delictis una cum Proclamationibus juſſu Illuſtris L. T. noſtri publicatis contra Bannitos diei 12. Martii 1601., & diei 10. Martii 1603., quibus permiſſum eſt non ſolum Bannitos capi, & impunè occidi poſſe, ſed etiam eos, qui cum Bannitis erant aſſociati, & viſa etiam perſonali conſtitutione, cum voto Fiſci noſtri ſuperinde excitati, vobis mandamus, ut cum ipſe ſupplicans, cujus operâ dictus Guerra capitaliter bannitus occiſus fuit una cum Joanne Facioto appellato *Muratore*, qui de ejus ſocietate in Aſſecla erat, eos impunè occidi potuerit, maxime cum mandatum haberet a Marchione Petro Malaſpina ab Illuſtri L. T. noſtro Delegato ad Bannitos capiendos, & inſequendos, eum causâ dictorum homicidiorum non moleſtetis, nec moleſtari permittatis, ſed liberè dimittatis. Mediolani die x. Julii MDCIX.

Beſutius.

ANNOT.

IDem decrevit Senatus die 8. Auguſti 1609. in cauſa Jo. Antonii Berretini, Jacobi Antonii ejus filii, Auguſtini Allegrantiæ, ac Jo. Antonii Pagani ob homicidium commiſſum in perſonam Bartholomæi Silvæ appellati *il Bigara* exiſtentis de ſocietate Banniti.

Mognus Foſſatus.

Ordo,

Ordo, ut deſcribantur in Libro nomina, & cognomina omnium, qui de furto vel ſcaccho imputantur, & quod pro obtinenda liberatione ab hujuſmodi imputatione prævia remiſſione ſufficiat habere atteſtationem unius Actuarii, quod in dicto libro non reperiatur deſcriptus.

MDCIX. Die xxi. Julii.

CUm Protectores Carceratorum Mediolani ſignificaverint Excellentiſſimo Senatui, magnam oriri difficultatem circa liberationes eorum, qui de furto, vel ſcaccho imputati ſunt, etiam quod habeant remiſſionem, quia teneantur (juxta ordinata ab eodem Excellentiſſimo Senatu) reportare fidem ab utroque Officio criminali, quod alias de ejuſmodi delicto notati non fuerint; quam fidem fere octo dierum ſpatio conſequi non poſſunt, quia Notarii vel abſentes, vel aliis impliciti ſint negotiis: & idcirco petierint aliquod adhiberi remedium, ut dicti dilinquentes citiùs e carceribus evadere poſſint.

Senatus mandat Egregiis Capitaneo Juſtitiæ, & Prætori Mediolani, ut præcipiant eorum Notariis, & Coadjutoribus rerum criminalium, quatenus termino octo dierum omnino deſcribant in libro, qui de furibus appellatur, & in ſingulo Officio habetur, nomina, & cognomina eorum omnium, qui de furto, vel ſcaccho adhuc ſunt imputati, & in dies imputabuntur. Nam is ordo declarat, ſufficere in poſterum, ut quilibet de ejuſmodi delictis notatus habeat fidem ab Actuario, quod in dicto libro deſcriptus non reperiatur, ut valeat liberationem prævia remiſſione obtinere, licet fidem à ſingulis Notariis ut ſupra ſubſcriptam non præſentet.

Ordo circa intimationes ſequeſtrorum, quæ fiunt ad inſtantiam Laici in præjudicium perſonæ Eccleſiaſticæ, vel penès perſonam Eccleſiaſticam.

MDCIX. Die xxiii. Julii.

EMilia Dugnana, & Carolus Saccus Creditores Eccleſiaſticarum perſonarum agere volentes ad conſecutionem ſui crediti per ſequeſtrum apud perſonas laicas faciendum, cujus etiam beneficio ſibi interim, dum lis penderet, eſſet cautum, petierunt à Senatu Excell. concedi ſibi facultatem adeundi Judicem Eccleſiaſticum, & ab eo ſequeſtrum, & alia opportuna impetrandi ea ratione, quia agendum eſſet contra Eccleſiaſticos, qui ſi ſequeſtrum à Judice Laico impetratum fuiſſet, exceptionem declinatoriam, & Judicis incompetentiam opponere jure potuiſſent, contra verò ſi ſequeſtrum mandato Judicis Eccleſiaſtici factum fuiſſet apud Laicos, contra quos nulla illi competit juriſdictio, dici poſſet læſa Regia juriſdictio, & ſequeſtrum nullum, & irritum, utpote factum mandato

Digitized by Google

Judicis ſequeſtratario incompetentis. Senatus igitur ad tollendas has difficultates, volens & ipſis Supplicantibus, & aliis quibuſcunque ſimilibus in caſibus, opportunè conſulendum eſſe ſtatuit decreto generali, provideri, & declarari quid ſit ſervandum poſthac, cum hujuſmodi caſus contingant, Fiſcum Regium in primis excitari, & audire voluit, ut ſciret numquid habeat opponendum, vel pro opportuno remedio proponendum, pro ut ſubditorum indemnitati proſpiceretur, & Regia juriſdictio illæſa ſervaretur. Eo igitur audito, mox re in Senatu rurſus tractata, diligenterque & maturè diſcuſſa.

Cenſuit hiſce in caſibus quandocunque contingant ſervandum poſthac eſſe hanc formam; nempe ut ſequeſtra, quæ penès Laicum facienda ſint in odium perſonæ Eccleſiaſticæ impetrentur à Juſdicente Laico, & de ejus mandato intimentur ipſi Laico, ſivè ſit Fictabilis ipſius Eccleſiaſtici, ſivè aliter debitor, eoque intimato adeatur mox Judex Eccleſiaſticus, & illud idem ſequeſtrum, pro eo quod pertinet ad jus, & intereſſe perſonæ Eccleſiaſticæ, in cujus præjuditium ſit, de mandato ipſius judicis Eccleſiaſtici illi Eccleſiaſtico intimetur: de meritis autem cauſæ ratione crediti, propter quod ſequeſtrum factum ſit, agatur mox coram ipſomet Judice Eccleſiaſtico inter creditorem Laicum, & debitorem Eccleſiaſticum; cauſaque cognita, & ab eo ſoluta, adeatur rurſus Judex Laicus, & prout ab Eccleſiaſtico Judice pronunciatum, & declaratum fuerit, ſic ille Judex Laicus mandet ſequeſtratario Laico, ut rem, vel pecuniam ſequeſtratam Laico ſequeſtranti, & actori relaxet, vel non. Si autem agatur inter Laicos utrinque, ideſt inter creditorem, & debitorem, qui ambo ſint Laici, ſequeſtrum verò pro cautione creditoris, interim dum de crediti liquidatione agatur, ſit faciendum penès perſonam Eccleſiaſticam, ſtatuit Senatus eodem ordine adire debere Judicem Eccleſiaſticum, & ab eo impetrari, ut præcipiatur ipſi Eccleſiaſtico, ut in ſequeſtrum retineat id, quod penès eum eſt de bonis debitoris Laici; cauſaque mox coram Judice Laico inter creditorem, & debitorem Laicos cognita, & diſcuſſa, relaxum mandato ejuſdem Judicis Eccleſiaſtici ſequeſtratario intimandum ab ipſomet Judice Eccleſiaſtico impetrari debere, ſic prout inter creditorem, & debitorem Laicos fuerit pronuntiatum, & hoc decretum, quo ut ſubditorum Regiorum indemnitati, ſine damno, & læſione Regiæ juriſdictionis ſatis proſpectum videtur, & inter principales, debitorem ſcilicet, & creditorem ſervabitur ſemper regula juris, ut actor forum Rei ſequatur; vult Senatus vim legis obtinere, & ab omnibus in futurum ſervari.

Digitized by Google

Ordo, ut Judices reſcribant Senatui geſta Syndicatorum, & mittant notulam eorum, qui fuerunt revocati ad carceres, qui Fidejuſſoribus dimiſſi, & qui abſoluti.

MDCX. ix. Januarii.

ORdinibus quidem jam diù conditis aptè præſcribitur, quid à Syndicatoribus ſit ſervandum, non ad inquirendum in aliorum geſta ſolum; ſed ad juſtitiam rectè ab ipſis etiàm adminiſtrandam, donèc delato ſibi Syndicatorum munere fungerentur. Verum ordines ipſos à quibuſdam parvi fieri, quæruntur in dies apud Senatum Excellentiſſimum multi; quibus, ut par eſt, conſulere, in hujuſmodique ordinum contemptores animadvertere volens; hoc decreto mandat omnibus Dominii Mediolani Juſdicentibus, ut termino menſis omninò quiſque eidem ordini reſcribat, ſi quid perperam à Syndicatore biennii proximè præteriti in actis Officii ſui geſtum compererit, in ſpecie autem mittat notulam omnium eorum qui quocunque modo fuerint revocati ad carceres, qui fidejuſſoribus dimiſſi, & qui abſoluti. Quod ut faciliùs omnibus innoteſcat, mandat inſuper omnibus Majoris Magiſtratus Juſdicentibus, ut hoc ipſum decretum ſingulis juriſdictionis ſuæ Juſdicentibus denunciari curent. Quod decretum quoque in perpetuum obſervari, & executioni mitti mandat.

Ghilinus.

Ordo, quod Reus relaxetur ſub pœnali præcepto, quando fidejuſſionem præſtare non poteſt.

PHILIPPUS III. Dei gratià Hiſpaniarum, utriuſque Siciliæ &c. Rex, & Mediolani Dux &c.

Lectis coram Senatu noſtro precibus Joſephi Boſſii exempli ſequentis &c.

P. R.

CRedit Joſeph Boſſius fidiſs. M. V. ſervus, eidem ſatis perſpectum eſſe, quibus malis ingruentibus fuerit affectus per tres annos continuos, accedente carceratione tot annorum, & menſium, ita ut multis expenſis attritus, nunc non habeat, unde neceſſitatibus ſuis ſuccurrere poſſit. Videtur autem M. V. nuper cenſuiſſe, quod relegetur in Civitate Comi per triennium ſub pœna in caſu inobſervantiæ relegationis ſcutorum mille, quoties contraventum fuerit dicto temporali Exilio; nunc exhauſtis facultatibus fidejuſſorem non invenit, ita ut impoſſibilium nulla ſit obligatio; nec M. V. pati ſolet, quod ex hac difficultate quis in carceribus moriatur, ſed aliter providet, prout melius juſtitiæ convenire videtur. Quare

 cum

cum jure ſperandum ſit, poſt tot clades, & vulnera, quod aliqua in parte malum ſuum ſit ſublevandum; ad eam ergo confugit humiliter rogando, ut dignetur mandare dictam relegationem, pro qua ſervanda fidejubere tenetur, vel in aliam pœnam eſſe commutandam, quæ tamen Supplicantis honorem non lædat, vel loco dictæ fidejuſſionis præſtandæ, quod præceptum ei fiat ſub graviori pœna de ea ſervanda; vel ad ſummum cum ſola ſpes Supplicantis ſit collocata in filiolo, qui eſt ſub cura, & poteſtate Lauræ Claneſchæ Aviæ maternæ, dignetur diſpenſare memoratam Tutricem poſſe pro ſumma moderanda per M. V. pro eo intercedere, & ſpondere, modo non excedat ſummam ſcutorum tercentum admittendo eum ab inde ſupra cum præcepto in faciem, quibus peractis dignetur indulgere aliquem competentem terminum ad componendos mœſtos pænates, qui non ante labatur, quam ex carceribus dimiſſus ſit, & ita &c. Eiſque diligenter conſideratis ex illius Ordinis ſententia decernimus, attenta notoria impoſſibilitate præſtandi fidejuſſionem de ſervanda relegatione, ſupplendum eſſe cum præcepto in faciem Supplicanti, ut illam ſervet ſub pœna remi triennalis, & quod impunè offendi poſſit, ſi extra limites loci relegationis deprehenſus fuerit; quo vero ad petitum terminum nihil decernere voluimus. In quorum fidem præſentes ſigillo noſtro munitas fieri, & regiſtrari juſſimus. Dat. Mediolani die xvi. Octobris MDCX.

Jo: Baptiſta Saccus.

ANNOT.

Iſte Boſſius detinebatur in carceribus Egr. Capitanei Juſtitiæ, ex quibus fugâ arrepta, ac relegatione minimè ſervata, ſe Socium dedit quibuſdam Bannitis, inter quos aderat famoſus Bannitus appellatus *il Caporale di Sereſina*, & latrociniis, aliiſque ſceleribus infeſtabant locum Meleti, vicinaſque regiones; cumque in loco Mezani agri Placentini propè confinia hujus Dominii, & propè dictum Meletum pernoctarent, fuere aggreſſi ab hominibus armatis, & Boſſius viriliter reſiſtens, ne caperetur, exoneratis tormentis interfecit alterum ex Aggreſſoribus, & tandem ipſe pariter fuit occiſus, & dictus Bannitus captus, & Placentiam miſſus.

Ob necem dicti Boſſii constructus fuit criminalis proceſſus contra Marchionem Jo: Baptiſtam Pallavicinum, Thomam Gallaratum, Jo: Jacobum Mareſchinum, alioſque detentos in carceribus, & dubitabatur an dictus Boſſius potuerit impunè occidi tum extra hoc Dominium; tum ob pœnam in caſu contraventionis ſimpliciter impoſitam, quod poſſet impunè offendi.

Pro defenſione horum Carceratorum allegabatur dictum Boſſium potuiſſe impunè oc-
cidi, quia in caſu non ſervatæ relegationis vigore decreti Senatus poterat impu-
1 nè offendi, & per conſequens etiam interfeci ad tradita per Jaſ. in *l. in ſuis n.*
26. verſic. *imo fortius ff. de liber & poſthum.* cum ibi adduct. Clar. *pract. crim.* §.
homicidium n. 55. *verſ. eſt tamen*, ubi dicit hanc eſſe communem opinionem, Fa-
rinac. *prax. crim. tit. de var. ac diverſ. crimen quæſt.* 103. *n.* 18. Menoch. *de ar-
bitrar. lib.* 1. *quæſt.* 90. *n.* 26. *& ſequ.*, quia appellatione offenſæ continetur etiam
2 offenſa capitalis, & graviſſima *l. quod ſi iterum ff. de aliment. leg.*; & non eſt
in poteſtate offendentis modum, & terminum offenſioni ita præſcribere, ut offen-
3 ſus non moriatur, cum in his animus nequeat factum regulare ad text. *in c. fin.
de homicidio in ſexto*.

Validior reddebatur defenſio, quia dictus Boſſius, dum fuit occiſus, erat Soccius
4 capitaliter Banniti, & propterea impunè poterat interfici, ſicut ille Bannitus, Bero.
conſ. 196. *n.* 16. *& ſequ.*, *& conſ.* 197. *n.* 4. *lib.* 3. Bertazol. *conſ.* 223. *n.* 12. *lib.* 1.

Fari-

Digitized by Google

Farinac. *d. quæſt.* 103. *n.* 172. maximè vigore Proclamatum 12. Martii 1601., & 10. Martii 1603. expreſsè permittentium poſſe impunè occidi nedum Bannitos, verum etiam Socios.

Et ſtante hac permiſſione potuit licitè occidi Boſſius etiam in Agro Placentino; quia communiter receptum eſt apud DD. poſſe Bannitos impunè offendi, & interfici etiam extra territorium, a quo Banniti ſunt, ut tradunt Boſſ. *pract. crim. tit. Banniti quid ammit. n. 6.* Clar. *d.* §. *homicidium* verſic. *ulterius quæro n. 66.* Bertazol. *conſ.* 159. Farinac. *d. quæſt.* 103. *n.* 208. verſic. *limita tertio* Rimin. Jun. *conſ.* 470. *n.* 60. *lib.* 4.

Propoſitâ hac cauſâ in Curia votum fuit pro abſolutione dictorum Carceratorum, eàque relatâ in Senatu juxta dictum votum fuit judicatum.

Mognus Foſſatus.

Ordo, ne Judices conſtruant proceſſus ſuper notificationibus Fiſcalium.

Prætori Viglevani.

Dilectè noſter. Lectis coram Senatu noſtro precibus Gaſparis Gatinariæ una cum voto Fiſci noſtri, mandamus vobis, ut Supplicantem admittatis ad defendendum per Procuratorem, & probandum rem, ſivè originem à contractu reſpectu primi facti; cœterum volumus, ut nullo pacto poſthac procedatis ſuper ſimilibus notificationibus factis à Fiſcali ſub pœna nullitatis; Fiſcalem autem ab ipſis notificationibus abſtinere, & ſcire ſui muneris non eſſe denuntiare, vel notificare delicta, ſed Antianorum, & Conſulum. Mediolani die xix. Novembris MDCXI.

Ordo, quod Doctores Collegiati teneantur concurrere ad Equalantias pro hoſpitationibus Militum, quæ fiant in Civitatibus.

PHILIPPUS III. Hiſpaniarum Rex &c., & Mediolani Dux II. &c.

Dilectiſs. noſter. Lectis coram Senatu noſtro precibus Doctorum Collegii Judicum iſtius Civitatis, & reſponſis nomine iſtiuſmet Civitatis, una cum utrinque replicatis nobis iſthinc miſſis die 14. Octobris proximè præteriti, dictum fuit dictos Doctores teneri ad memoratam contributionem hoſpitationis Militum, quemadmodum cæteri Cives, non obſtantibus deductis, quod vos monemus. Dat. Mediolani die xvi. Martii MDCXII.

Marcheſonius.

A tergo. Spectab. J. C. Prætori Papiæ Senatori noſtro dilectiſſimo.

Ordo, ut Actuarius cenſeatur ſuſpenſus à munere per ſemeſtre, ſi intra biduum non tradat atteſtationem ab altero Officio criminali requiſitam.

MDCXIII. Die xiv. Novembris.

Etſi alio decreto diei 13. Februarii 1610. ſatis dici poteſt proviſum circa promptam, & facilem editionem atteſtationum, quas Actuarii utriuſque Officii Mediolani facere debent de delictis cujuſ-

Digitized by Google

cujuſcunque captivi, tamen ad tollendam novam difficultatem, de qua Magnificus Senator Papirius Cattaneus hoc menſe viſitator Carceratorum, in Senatu Excellentiſſimo verbum fecit.

Senatus cenſuit, quando accidet ut ab uno Officio ſit petenda aliqua fides ab alio Officio, mittendum eſſe unum ex Scribis Officii petentis, cum notula fidei, quæ requiritur, ut ipſemet ſolicitet Actuarium alterius Officii, ad eam fidem faciendam: quæ ſi intra biduum non fiat, ex nunc talis Actuarius negligens intelligatur ſuſpenſus ab Officio per ſemeſtre.

Ordo ne in Deputatos Ven. Fabricæ Templi Majoris Mediolani eligantur intereſſe habentes cum ipſa, aut minores annorum viginti.

PHILIPPUS III. Dei gratia Hiſpaniarum, utriuſque Siciliæ &c. Rex, & Mediolani Dux II. &c. Deputati Fabricæ Templi Majoris hujus Urbis dederunt nobis ſequentes preces: P. R. Uſu comperuerunt Prior, & Deputati Ven. Hoſpitalis Majoris Mediolani, quod cum alias adminiſtrationi ejuſdem Hoſpitalis creatæ fuerint in Deputatos aliquæ perſonæ intereſſatæ cum dicto Hoſpitali, ſcilicet debitores, creditores, Emphyteotæ, & ſimiles, illud paſſum fuiſſe damna notabilia, qua de cauſa nullus quovis modo intereſſatus creatur in Deputatum ipſius Hoſpitalis, & hactenus ſemper ſic ſervatum fuit; cum autem Rector, & Deputati Admirandæ Fabricæ Eccleſiæ Majoris Mediolani fidiſs. M. V. ſervi aliquando ſenſerint idem, ordinaverunt, quod in futurum per eorum Cancellarium, ſeu ejus Coadjutorem per menſes tres ante finem Anni tradatur notula in ſcriptis futuris per tempora Rectoribus omnium debitorum, creditorum, & Emphyteotarum, ac habentium jura maximè adaquatoria cohærentia bonis ipſius Fabricæ, ac ſecum quovis modo intereſſatorum, ad effectum, ut illam defferant Vicario, & Duodecim Proviſionum, ac etiam Abbatibus Collegii Juriſconſultorum Mediolani ad effectum, ut nullus cohærens, vel intereſſatus debitor, aut creditor ipſius Fabricæ ut ſupra, aut minor annis vigintiquinque eligatur in Deputatum ipſius Fabricæ, & quatenus eligatur, poſſit recuſari, & pro eo, ſeu eis recuſandis ad M. V. recurri. Verum dubitantes Supplicantes, ne eveniente caſu, aliqui ſint, qui etſi intereſſati, & recuſati, ſeu minores annis vigintiquinque, poſtquam electi fuerint, nolint tamen abſtinere. Ideo dicti Supplicantes, ut bona Divæ Mariæ nullam jacturam patiantur, & omnia recto tramite pertranſeant, decreverunt ad M. V. confugere ſupplices rogando, ut poſtquam Anteceſſores M. V. ipſam Fabricam inſtituerunt, ſimulque etiam Deputatos decreverunt, dignetur etiam per ſuas patentes literas edicere, & decernere nullum in futurum per dictos Vicarium, & Duodecim Proviſionum, ac dictos Abbates Collegii Doctorum Mediolani nominandum, nec eligendum eſſe ex intereſſatis quovis modo ut ſupra cum ipſa Fabrica, aut ejus bonis cohæ-

Digitized by Google

cohærentibus, aut minoribus vigintiquinque annis, & per eam recuſari poſſe, mandando omnibus, ad quos ſpectat, & ſpectabit, ut ita ſervent, & ſervari faciant, quod ſperatur &c. Super quibus antequam deliberaremus, mandavimus Vicario Proviſionum, ut negotio in ſuo Tribunali propoſito votum ſuum ſubjiceret; viſo poſtea Vicarii voto, omnibuſque coram Senatu noſtro propoſitis, per has noſtras de ejuſdem Ordinis ſententia narratam ordinationem per Supplicantes factam approbamus, & confirmamus, ita tamen, quod admittantur minores annum vigeſimum excedentes. Mandantes omnibus, ad quos ſpectat, ſpectabitque, ut illam ſic ut ſupra approbatam obſervent, & obſervari faciant. In quorum fidem præſentes noſtro ſigillo munitas fieri regiſtrari juſſimus. Dat. Mediolani die xii. Maji MDCXV.

Alexander Beſutius.

Ordo, quod re non integra quis non admittatur ad reſpondendum Poſitionibus in cauſa principali productis.

MDCXV. Die iv. Decembris.

CUm indicta fuiſſet hodierna dies colligendis votis, & ferendæ ſententiæ per Excellentiſſimum Senatum Mediolani in cauſa appellationis à præcepto exequutivo per Egr. Capitaneum Juſtitiæ conceſſo ad favorem Catherinæ Brugnolæ contra Dominam Benedictam Brugnolam, & Hieronymum, ac Annibalem fratres pariter Brugnolos interpoſita per dictam D. Benedictam, & Hieronymum, ac Annibalem commiſſa Magnif. Senatori D. Hieronymo Parravicino ad inſtruendum proceſſum, & Senatui referendum, & jam per ipſum Senatorem in Senatu, & ad præſentiam ipſarum Partium, ſeu agentium pro eis relatæ, propoſuit idem Magnificus Senator, fuiſſe nomine ipſius Donnæ Benedictæ oppoſitum, non deveniri debere ad hujus cauſæ expeditionem, ſed eam imprimis, & ante omnia admitti debere ad reſpondendum poſitionibus in principali cauſa per dictam Catherinam coram Capitaneo productis, quæ in ejus contumaciam pronunciatæ fuerunt, ſuper quibus ſic ut ſupra pronunciatis, fundatur præceptum per ipſum Capitaneum conceſſum; & hoc ſaltem refectis expenſis contumaciæ, & prout in petitione de hoc in ſcriptis coram ipſo Magnifico Senatore facta, & cum beneficio literarum Regiarum ad ejus preces datarum ad ipſum Senatorem mandantium, ut ſuper petitis provideret, prout ſibi convenire videretur, de quibus in actis; propoſuit etiam adverſus dictam petitionem ſe oppoſuiſſe ipſam Catherinam, multa in contrarium adducentem, & præſertim, quod hujuſmodi admiſſiones concedi non debent, nec concedi ſolent re non integra, in hac autem cauſa dici non poſſe rem eſſe integram, cum per conceſſionem dicti præcepti lata fuerit per Capitaneum Juſtitiæ ſententia, & ſic terminatum judicium illud; immò etiam dictum ejus præceptum exe-

Digitized by Google

exequutioni demandatum fuerit, & capta pignora; & poſt hæc omnia deventum etiam in cauſa prædicta appellationis, ad relationem in Senatu de omnibus utrinque deductis, atque ideo contendentem de jure non debere D. Benedictam admitti ad reſpondendum, & in hoc articulo conſultus Excellentiſſimus Senatus utrum admittenda, vel non admittenda eſſet D. Benedicta.

Reſpondit Senatus. Rem dici non poſſe amplius integram, atque ideo Donnam Benedictam non eſſe admittendam ad reſpondendum; ſed ad expeditionem cauſæ deveniendum ea exceptione ſublata; ſtatuto tamen prius ipſi Donnæ Benedictæ termino dierum quindecim ad deducendum, & probandum, ſi quid aliud vult præter jam per eam, ſeu ejus nomine deducta.

Ordo pro executione capitalis condemnationis non obſtante Rei detentione ſecuta in alieno Dominio.

DIlectiſſime. Audito in Senatu noſtro, quem vos retuliſtis, ſtatu condemnationis capitalis in contumaciam ſecutæ adverſus Cæſarem Flamenum ob crudelem necem in via publica commiſſam in Alphonſum Ferrarium, & Federicum ejus ſervum, qui Flamenus poſtea in Oppido Corrigii captus ad hos carceres Capitanei Juſtitiæ fuit traductus; Auditiſque allegationibus pro eo hic factis tam contra captivitatem extra Dominium Mediolani, quam contra ipſam condemnationem capitalem; nec non auditis Fiſci noſtri Advocatis, & denique re tota multo ſtudio perpenſa.

Venit Senatus in hanc ſententiam, ut non obſtantibus pro eo deductis, condemnatio capitalis in iſta Cremonæ Civitate mittatur executioni; ſed ipſe prius denunciata morte torqueatur arbitrio Curiæ ad nominandos complices homicidii Ferrarii. Quare ipſum Flamenum ſub bona cuſtodia iſtuc ad veſtros carceres mittimus, vobiſque mandamus, ut ſtatim de eo ſancita executioni demandari curetis. Mediolani vi. Februarii MDCXVI.

Landrianus.

A tergo J. C. Propraetori Cremonæ Senatori noſtro dilectiſſimo.

Die decima tertia ejuſdem menſis dictus Flamenus in dicta Civitate Cremonæ pro executione memoratæ ſententiæ, & in loco ſolito fuit capite obtruncatus.

A N N O T.

REus captus in alieno Dominio, & ductus ad Judicem loci delicti an ab ipſo puniri poſſit, vel potius relaxari debeat, & remitti ad Dominum, ſeu Judicem loci, in quo captus fuit, examinant Clar. *pract. crimin. §. fin. quæſt. 96. n. 6.*, & Cabal. *reſolut. crimin. cent. 3. caſ. 291. per tot.*

Mognus Foſſatus.

Ordo,

Ordo præſcribens dies pro expediendis in Senatu Cauſis Civilibus, & Criminalibus.

MDCXVI. Die xiii. Octobris.

CUm actum fuiſſet in Excellentiſſimo Mediolani Senatu de ordine, quo nunc incumbitur negotiis, tùm civilibus, tùm criminalibus coram ipſo Senatu; & propoſitum fuiſſet, expedire pluribus de cauſis, ut ſtatuatur certò, quibus diebus, quibus negotiis, & per quos vacandum ſit.

Cenſuit is Ordo, præſcribendos eſſe, pro ut præſcribit dies Lunæ, Mercurii, & Veneris, quibus Magnifici Senatores, per tempora lectores rerum civilium incumbant negotiis civilibus, quæ pro eorum libito proponantur: dies verò Martis, Jovis, & Sabbathi, quibus lectores criminalium negotiis tantum criminalibus incumbant, quæ pariter ad eorum libitum proponantur: atque hanc normam ad unguem ſervandam eſſe decernit, niſi quatenus ex aliqua cauſa ipſi Excellentiſſimo Senatui, vel Illuſtri Præſidi aliter videatur.

Ordo, ut in cauſa vulnerum illatorum Commiſſario Salis, & ejus Officialibus actu exercitii eorum muneris procedat Magiſtratus Ordinar. Reddit.

MDCXVII. Die xxvi. Januarii.

FActo verbo in Excellentiſſimo Senatu Mediolani per Egr. Fiſcalem Panigarolam de litteris Prætoris Caſalis Majoris ad Ill. ejus ordinis Præſidem datis die decima octava Decembris proximè præteriti, quibus narrat exceſſum ſecutum die quintadecima ejuſdem menſis in loco Capellæ juriſdictionis ejus Oppidi contra Antonium Reſcazinum Commiſſarium deputatum adverſus fraudes Salis, & contra ejus Officiales, quorum aliqui dicuntur fuiſſe vulneribus lethalibus eo actu affecti à Fratribus Stortis, & ab aliis, quemadmodum etiam ipſemet Commiſſarius. Et lectis eodem tempore aliis ejuſdem Prætoris litteris de eodem facto datis ad Quæſtores Reddituum Ordinariorum Regiorum hujus Dominii. Quæ quidem binæ litteræ ad ipſum Fiſcalem miſſæ fuerunt, tàm per Senatum, quàm per Quæſtores, ea ratione ut votum ſuum ſubjiceret de forma procedendi; Si quo præferendo abſtinere viſum illi fuerit, donec articulus interea propoſitus de juriſdictione, & cognitione cauſæ decidatur, prætendentibus Quæſtoribus, juriſdictionem, & cognitionem ad ſuum Tribunal pertinere, quippè quia exceſſus commiſſus ſit in perſonam exercentem munus ab ipſo Tribunali dependens, offenſam non modo ex cauſa ipſius ſui muneris, ſed eam in actu exercitii illius; & propterea Conſultus Senatus, cui hæc cognitio ſpectet, an ſcilicet Quæſtoribns propter prænarratas rationes, an verò dicto Prætori, propter locum patrati delicti.

Reſpondit Senatus, maturè, & diligentèr perpenſis omnibus in utramque partem propoſitis, cognitionem pertinere ad Quæſtores, qui tamen teneantur referre Senatui referenda. Ideò monendum Prætorem Caſalis Majoris ex ordine Senatus ut abſtineat à proceſſu ad ulteriora; & cauſam, & partes remittat ad ipſos Quæſtores, vel ad eum, qui ab eis ad hujus cauſæ, & proceſſus perfectionem delegabitur, una cum proceſſu, hactenus ab ipſo Prætore formato.

Ordo circa injuriam illatam.

PHILIPPUS III. Hiſpaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux II.

DIlecte noſter. Relata fuit in Senatu cauſa Jo: Baptiſtæ Tadini Rei conſtituti, quod altero abhinc anno dum eſſet ex Deputatis proviſionis iſtius loci, in conventu, ſeu Conſilio ipſorum Deputatorum auſus fuerit probra multa, & gravia ingerere in Hieronymum Tadinum ex eiſdem pariter Deputatis unum, ut eum abſterreret a proferenda liberè ſententia ſua de rebus ibi propoſitis, omnibuſque maturè perpenſis, una cum Fiſci noſtri voto, venimus in ſententiam, ut dictus Jo: Baptiſta Tadinus cogatur petere veniam in eodem Conſilio tum a Deputatis, tum ab ipſo Hieronymo, ibique a vobis graviter reprehendatur, atque inſuper mulctetur pœnâ viginti quinque aureorum Cameræ Marchionali applicandorum, quibus adimpletis, attento carcere, & aliis pœnis, quas dedit, abſolvatur. Cæterum declaramus eundem Jo: Baptiſtam ad arbitrium Senatus noſtri eligi non poſſe Conſulem, nec Conſiliarium ipſius Communitatis, ubi Hieronymus in ea aliquo munere ſungatur, volumuſque ambos fidejubere de ſe invicem non offendendo, nec offendi faciendo ſub pœna aureorum quingentorum, & alia corporali arbitrio ejuſdem Senatus; ſic igitur obſervate, & a quibus opportuerit, obſervari jubete. Dat. Mediolani die 1. Decembris MDCXVIII.

Jo: Baptiſta Saccus.

A tergo Sapienti J. C. Prætori Caravagii noſtro dilecto &c.

Ordo circa præcedentiam à Judice Monetarum prætenſam in Curiis cum Egr. Advocatis Fiſcalibus Generalibus.

MDCXVII. Die xxx. Junii.

CUm prætenderet Judex Monetarum, quotieſcunque ad Curias Capitaneatus Juſtitiæ, ac Prætoriam ex cauſa Officii ſui accedere contigerit, primum locum tenere poſt Vicarium Juſtitiæ, & Judices Prætorios, & ad id obſervandum reſpectu Egr. Fiſcalium Generalium exhibuiſſet declarationem Senatus ad ſui, & ſucceſſorum favorem factam ſub die tertio Septembris *1609.* adverſus Protectores Carceratorum ad mutuas ipſorum preces continentes ex parte dicti Judicis tenorem quorundam Capitulorum, quæ inter alia ſtatuiſſe aſſeritur Excellentiſſimus Gubernator Comes de Fuen-

tes

Digitized by Google

tes de menſe Januarii 1602., quo tempore id munus in Juriſconſultos conferendum decrevit, & (re uni ex Magnificis Senatoribus oretenus demandata, ut partes audiret, & verbum faceret) multa per dictos Egr. Fiſcales opponerentur, contendentes dictam Senatus declarationem ad Protectores tantum, & ad viſitationes Carceratorum reſtrictam, eos non afficere, nec etiam dicta Capitula Excellentiſſimi Gubernatoris, & obſtare dicto Judici uſum, & obſervantiam.

Senatus his auditis, & perpenſis, ac habita notitia allegatæ ab Egr. Fiſcalibus obſervantiæ, cenſuit in ea perſiſtendum eſſe. Cæterum ſi dictus Judex Monetarum adhuc in propoſita prætenſione Fiſcales tangente perſiſtat, Suam Maeſtatem adeundam.

Marcheſonius.

Ordo circa auctoritatem Magnifici Senatoris Conſervatoris Fluminis Olonæ in reſpicientibus bonum ejuſdem regimen.

MDCXIX. Die xii. Julii.

Relata in Excellentiſſimo Mediolani Senatu per Magnif. ejuſdem Ordinis Senatorem, & Fluminis Olonæ Conſervatorem D. Valerium Confalonerium viſitatione Fluminis per eum Ordine ipſo annuente, facta; & relatis contraventionibus, & uſurpationibus inventis una cum voto ſuo circa remedia adhibenda, & iis, quæ in Proclamate de more publicando auferenda, vel addenda judicavit, ac demum propoſitis nonnullis ad bonum regimen Officii pertinentibus, & omnibus benè perpenſis.

Approbavit is Ordo viſitationem per dictum Magnif. Dominum Senatorem factam, & juxta illius votum, cenſuit Proclama publicandum eſſe iis additis, vel ſublatis, quæ ipſi Domino Conſervatori videbuntur; & lapſis terminis in dicto Proclamate præfixis, ad executionem in eo contentorum, & pœnas comminatas viriliter eſſe procedendum, ut uſurpationes, & abuſus in Flumine introducti omnino tollantur, & Nov. Conſtitutionum diſpoſitio adamuſſim ſervetur. Et quoniam hæc maxima ex parte à bono regimine Officii Commiſſarii pendere Ordo ipſe dignovit, proviſiones in hac materia per dictum Magnif. D. Conſervatorem propoſitas ſummoperè commendavit, cenſuitque tàm recenſitas, quàm quaſcunque alias eidem beneviſas adhibendas eſſe, ut omnia in Officio ipſo recto tramite pro juſtitia, & bona ipſius Fluminis adminiſtratione pertranſeant.

Belingerius Proveria.

Ordo, quod Bannitus non poſſit nominare aliquem liberandum, qui poſt publicationem Proclamatis præmium promittentis, deliquerit.

MDCXX. Die xv. Februarii.

Quamvis in Edicto generali adverſus Exules promulgato ſpeciatim cautum ſit, ut nemo capiens, vel occidens aliquem Bannitum poſſit in præmium talis operæ liberare Bannitum, aut

Digitized by Google

Delinquentem, qui poſt publicationem ipſius Edicti in delictum inciderit: tamen compertum eſt in aliquibus aliis Edictis, in quibus præmium liberationis alicujus Banniti, vel Delinquentis promittitur, eam conditionem non fuiſſe appoſitam, id, quod quaſi anſam delinquendi præferre videtur. Volens propterea Senatus Excellentiſſimus huic malo occurrere.

Hoc decreto ſtatuit, non licere alicui ſimile præmium petenti, nominare liberandum aliquem, qui poſt publicationem Proclamatis præmium promittentis deliquerit.

Landrianus.

A N N O T.

VIgore hujus Ordinis Excellentiſſimus Senatus die 18. Januarii 1621. cenſuit non poſſe Delinquentem poſt Edictum liberari, licet Princeps ex mera benignitate conceſſerit præmium liberationis Banniti poſt Edictum promulgatum, & poſt delictum patratum ab eo, qui proponebatur liberandus; die verò 25. Auguſti ejuſdem anni declaravit poſſe frui benefitio ultimi cujuſdam Proclamatis editi contra infeſtantes, licet delictum patratum eſſet à liberando poſt primum Proclama, ut refert Magnif. Senator Bellonus *de poteſt. eorum &c. lib.* 2. *cap.* 11. *ſub num.* 9.

Mognus Foſſatus.

Ordo, quod conſtito de homicida, non conſtituatur Reus Auctor rixæ, quæ ordinata non fuit ad homicidium.

PHILIPPUS III. Hiſpaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux II. &c.

DIlecte noſter. Ex relatione proceſſus iſthic agitati in cauſa necis Matthæi Scarlatini, cognovimus de ipſa nece imputari Franciſcum Criſpum, Galantinum, & alios; Auctorem autem rixæ habitum fuiſſe Jo. Mariam Acinum. Omnibus autem accuratè perpenſis, cenſuimus omnes in tormentis diligenter interrogandos eſſe ſuper iis, de quibus fuerunt Rei conſtituti; non tamen Acinum ſuper eo, quod fuerit Auctor rixæ, cum de eo fuerit Reus conſtitutus contra formam ordinationis Senatus noſtri, qui re benè intellecta decreverat de Auctore rixæ agendum non eſſe, cum de homicida conſtaret, & rixa ad id ordinata non eſſet, quod ſi nihil emergat, omnes abſolvendos; ſic igitur exequamini. Mediolani die xvii. MDCXX.

Marcheſonius.

A tergo – Prudenti Viro Prætori Mottæ noſtro dilecto.

Ordo circa modum intimandi præcepta Monaſteriis Regularium, & Perſonis Eccleſiaſticis Utentibus aquis Fluminis Olonæ.

MDCXXIII. Die xix. Julii.

LEctis in Excellentiſſimo Senatu Mediolani ſequentibus precibus Syndicorum Fluminis Olonæ videlicet: P. R. Cum pro executione Ordinis Excellentiſſimi Senatus editi ſub die 15. menſis Maji

Digitized by Google

Maji 1623. præſentis intimandum ſit præceptum omnibus Utentibus aquis Fluminis Olonæ effectus, ut fieri faciant Soratorios ad effectum, ut aquæ poſt eorum legitimum uſum revertantur in dictum Flumen ad formam Nov. Conſtitutionum, & Ordinum præfati Excellentiſſimi Senatus; ex dictis Utentibus adſunt nonnulla Monaſteria tàm Monachorum, quam Monialium, ac aliæ perſonæ Eccleſiaſticæ, qui nullos habent Fictabiles pratorum, quæ irrigantur ex dictis aquis; & propterea neſcitur quomodo præcepta ipſa eis intimari poſſint; ideo pro opportuno remedio Syndici dicti Fluminis Olonæ ad M. V. confugiunt humiliter ſupplicando, ut dignetur præſcribere formam circa intimationem dicti præcepti recitatis Eccleſiaſticis ad effectum, ut Ordo prædictus Excellentiſſimi Senatus executioni mittatur, & ita &c.

Et eis maturè perpenſis cenſuit is Ordo memoratam Ordinationem jam factam publico Edicto publicandam eſſe, ut omnibus innoteſcat.

Belingerius Proveria.

Ordo, ne Officialibus togatis detur Syndicator non togatus, nec eligatur e loco, ubi Officialis Syndicandus jus dixit.

MDCXXIII. Die xxix. Novembris.

CONſultus Senatus Excellentiſſimus an conveniat Officialibus togatis dari Syndicatorem non togatum, deligive Syndicatorem Oppidanum ejus Oppidi, in quo Prætor jus dixit; Ordo ipſe omnibus conſideratis cenſuit utrumque eſſe in futurum prohibendum.

Belingerius Proveria.

Ordo, quod Minor Magiſtratus procedat in cauſa vulneris illati Presbytero origine, & habitatione Subdito Feudatarii.

PHILIPPUS IV. Hiſpaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux &c.

DIlectè noſter. Retulit ad nos Prætor Ugloni ſtatum cauſæ proceſſus per eum inſtructi in cauſa vulneris ſuper capite illati à Baptiſta Caſtanea Presbytero Jacobo Applano expoſuitque vos pariter in cauſa ipſa, licet juriſdictionem non habeatis, procedere velle, & eundem Judicem competentem turbare, & petiit proceſſum ad ſe remitti. Quo ſtatu cauſæ per nos viſo, cum Sacerdos offenſus ſit origine, & habitatione Subditus Feudatarii Ugloni, venimus in ſententiam non poſſe Majorem Magiſtratum in cauſa ipſa ſe ingerere. Ideo mandamus vobis, ut illam eidem Prætori Ugloni remittatis, & reſtituatis expenſas, vel ſi quid in contrarium habetis, reſcribatis. Mediolani die xxvi. Junii MDCXXIV.

Saccus.

A tergo Sapienti J. C. Vicario Martheſanæ noſtro dilecto &c.

Ordo

Digitized by Google

Ordo pro commutatione pœnæ torturæ in pœnam pecuniariam.

PHILIPPUS IV. Hiſpaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux III. &c.

Dilecte noſter. Lectis in Senatu iis, quæ diffinitivè ad nos retuliſtis in cauſa proceſſus inſtructi contra Ludovicum Raudenſem Reum conſtitutum de converſatione, & receptatione Jo: Franciſci Feralis Brixienſis capitaliter ab hoc Dominio banniti ſecuta in domo propria ipſius Ludovici in loco S. Columbani, nec non & de retentione Scloporum rotatorum brevioris menſuræ, & contra ipſum Feralium Reum peractum de Sclopi oblongi delatione, banni contraventione, diſertione militiæ, ac de oppoſitione per eum facta Satellitibus in actu officii, in quo vulneratus remanſit unus ex Satellitibus iſtis ictu Sclopi rotati, quo tunc Feralius erat armatus, una cum defenſionibus ab utroque præſtitis, mandamus vobis, ut loco torturæ ipſi Raudenſi inferendæ eum damnetis ad ſolvendum aureos centum applicandos ſolutioni ſtipendiorum iſtorum Satellitum. Quo vero ad Feralium nihil eſt, quod vobis dicamus; etenim audita altera relatione de eodem nobis facta per Spect. Papiæ Prætorem, ob occiſum Paulum de Licoleis Militem Hiſpanum nil mali cogitantem ex inſidiis ictu Sclopi deliberatè, propter quod crimen fuerat capitaliter damnatus, & juſſu noſtro ad novas defenſiones admiſſus, eum furcis ſuſpendi juſſimus, ita ut moriatur, & cum in carceribus Egr. Capitanei Juſtitiæ hujus Civitatis de præſenti detineatur, mandavimus Egr. Fiſcali noſtro Arguis, ut tamquam Delegatus recitatam condemnationem executioni mitti faciat, ſed denunciata prius morte, memoratum Feralium ſuper aliis, & complicibus arbitrio ejus torqueri faciat, ita ut habeatur pro repetito, & confrontato, reſpectu nominatorum, vel nominandorum. Dat. Mediolani die iii. Julii MDCXXV.

Jo: Baptiſta Saccus.

A tergo Egr. J. C. Prætori Laudæ noſtro dilecto.

Ordo, ut munus Lectoris tàm civilis, quàm criminalis deferratur ſolum Magnif. Senatoribus præſentibus, nec ipſis liceat alium in ſui locum ſufficere.

MDCXXVI. Die ix. Januarii.

Quia dubitari ſæpe contingit, num Senatores abſentes, vel impediti initio menſis deſcribi debeant in albo lectorum civilium, vel criminalium, numvè iidem, & qui cœpto jam menſe, abeunt, vel impediantur, poſſint ſibi ſubrogare Collegam, qui ipſorum vices ſuppleat. Excellentiſſimus Senatus, negotio maturè perpenſo.

Cenſuit munus prædictum præſentibus, & non impeditis ſolum-

Digitized by Google

lummodo eſſe deferendum, neque licere cuiquam, alium in ſui locum ſufficere, neque etiam ob ſuperveniens impedimentum; ſed alios Collegas in lectura impediti vices ſupplere debere: quod ſi ob impedimentum, aut abſentiam alicujus, quæ non ſint modici temporis, neceſſaria erit ſubrogatio, illam arbitrio Illuſtris Præſidis ejuſdem ordinis fieri debere.

Belingerius Proveria.

Ordo, ut captò Bannito in pœnam capitis condemnato, Judex banni ſtatim traſmittat ad Senatum relationem ſtatus cauſæ ipſius Banniti.

MDCXXVI. Die xiv. Januarii.

Juſdicentibus Mediolani.

COnſultus nuper Senatus noſter per Pro-Prætorem Mediolani, an condemnatio in pœnam capitis ſequuta contra quendam, qui poſtea in Dominio deprehenſus captus fuit, & in Carcerem detruſus eſſet exequutioni demandanda, quia de objecto crimine, cujus cauſa condemnatio facta fuit, convictus videretur, an verò eo non obſtante concedenda nihilominus eſſet ipſi damnato facultas novarum defenſionum; Reſpondit de alterutro nihil deliberandum, niſi prius cauſæ ſtatu relato in ſcriptis eoque maturè poſt auditum Fiſcum noſtrum perpenſo. Quod ut fieri poſſit maturius, & totius proceſſus ſerie planè cognita, ſtatuit id inpoſterum ſervandum in omnibus hujus generis caſibus, prout in cauſis forenſibus, ut ſtatim poſt alicujus banniti capitis pœna damnati detentionem, redigatur in ſcriptis per Juſdicentem illum, à quo condemnatio proceſſit, relatio ſtatus cauſæ ipſius condemnationis, eaque ad Senatum clauſa, & ſigillo munita mittatur; mox Secretarius, ad cujus manus illa pervenerit, illam tradat uni ex Egreg. Fiſcalibus noſtris, quemadmodum fieri conſuevit de aliis relationibus rerum criminalium, quas Juſdicentes aliarum Civitatum, & locorum hujus Dominii faciunt, ad hoc ut ea viſa, votum ſuum de more ſubjiciat, deinde habito Fiſci voto detur uni ex Spect. Senatoribus, qui verbum de omnibus in Senatu quamprimum faciat. Nos igitur idipſum probantes mandamus vobis, ut pro eo, quod ad vos ſpectat, & ſpectabit, ſic in poſterum ſervetis, & exequamini.

Ordo, quod Gubernatores Banci Sancti Ambroſii Mediolani parere poſſint quibuſcunque relaxis per Judices conceſſis.

PHILIPPUS IV. Hiſpaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux III. &c. Syndicus Banci Sancti Ambroſii hujus Urbis nobis dedit preces &c. Quibus in Senatu noſtro lectis decernimus ipſius Banci Guber-

Digitized by Google

Ubi autem caſus Viſitationis extitiſſet, opportunas jam diligentias expleverat Curia Feudalis; ideoque nihil prorſus debebatur Curiæ Majoris Magiſtratus; nec opus erat acceſſu Notarii Viſitatoris in Territorio Feudali, ubi delinquens incertus erat; & proindè Cauſa ad Minorem Magiſtratum ſpectabat; ideoque nunquam poterat Curia Martheſanæ ullam petere ſolutionem.

Ut itaque modus ponatur indebitarum vexationum curſui, & ni-

Digitized by Google

nimiæ animoſitati, qua imperterritè per Curiam Martheſanæ Communitas prædicta torquetur; Alphunſus Arcellus ipſius Communitatis Syndicus, & fidiſs. M. V. ſer. ad eam confugit

Humillimè illam exorando dignetur decernere nullam debitam fuiſſe, nec deberi mercedem Curiæ Martheſanæ pro dicta aſſerta Viſitatione, cum agatur de incerto delinquente, ideoque reſtituenda ipſi Communitati pignora derobata; reficiendaſque per ſupradictam Curiam expenſas omnes, hac de cauſa per Communitatem Mariani factas, & faciendas; quod &c.

1743. 8. Junii.

Junctis &c. ad Fiſcum edoctum, ſin minus ad Egreg. Advocatum Fiſcalem Marchionem Belcredium.

Signat. STUPPANUS, & PERTUSATUS.

26. Junii 1743.

Mercedes pro Viſitationibus delictorum, ubi delinquentes ſolvendo non ſint, vel incerti Auctores, juſtè exigunt Juſdicentes à Communitate, cum probationes corporis delicti, quæ ex Viſitationibus habentur nedum Regio Fiſco expediant, ſed Communitatibus etiam proſint.

Præfatam tamen mercedem, & expenſas, quæ eadem occaſione per Actuarios fiunt, nemo non dubitat deberi ei dumtaxat Judici, ad quem ſpectat Cauſæ cognitio, nec ratio patitur, quod in caſibus, in quibus pro Viſitatione facienda eſt ſolutio Actuario, illa dupliciter, Majori nempè, ac Minori Magiſtratui erogetur, ubi ab utroque fiat Viſitatio, non etenim juriſdictionis quæſtio, quæ inter Judices oriatur damno eſſe debet Communitatibus; hinc cum enunciata fractura in loco infeudato ſecuta ſit, alio non docto ad Minorem Magiſtratum Cauſa pertinet. Cum igitur à Supplicante aſſeratur, quod ex parte Curiæ feudalis expleta jam fuerit Viſitatio, non videt Fiſcus quo jure ad relatam pignorationem pro prætenſa mercede, & expenſis proceſſerit Vicarius Martheſanæ; ſi etenim ad ſuum officium Cauſam ſpectare credit; jura ſua proponere poterit coram Excellentiſſimo Senatu, & ejus Oraculum expetere. Interim autem non licuit, nec licèt præfato Vicario Communitatem vexare: Hiſce retentis ſentit Fiſcus dandas litteras Regio Vicario Martheſanæ, ut res pignoratas Communitati relaxari faciat, refectis etiam expenſis, & ſi quid habet in contrarium reſcribat Excellentiſſimo Senatui opportunè proviſuro, ſe tamen &c.

Signat. BELCREDIUS.

MARIA THERESIA Regina Hungariæ, Bohemiæ &c., Mediolani Dux &c. &c. &c.

Dilectè noſter. = De Senatus Sententia, coràm quo lectæ fuere annexæ preces Communitatis Mariani, prævio etiam voto Fiſci noſtri, vobis mandamus, ut res pignoratas Communitati relaxari faciatis, & ſi quid habetis in contrarium reſcribatis Senatui

tui opportunè proviſuro. Mediolani die vii. Octobris MDCCXLIII.
Signat. Galliorius. = Et ſigillat. &c.
A tergo: Sapienti J. C. Vicario Martheſanæ noſtro dilecto.

Ordo, ut Syndicatores efforment librum pro enunciandis, & regiſtrandis eorum geſtis, ac relatione Syndicatus relinquendum Succeſſori in Officio; ut Prætores litteras abſolutionis à Syndicatu à Senatu obtentas dimittant in actis Syndicatoris, & poſt captam poſſeſſionem revideant geſta Syndicatorum; utque Prætores Feudales termino menſis exhibeant reſpectivo Judici Majoris Magiſtratus documenta liberationis Præturæ ultimo loco geſtæ, & approbationis pro novo munere exercendo.

xxvi. Novembris MDCCXLIII.

SAncita non ſemel per Senatum circa ea, quæ per Juſdicentes tàm Regios, quàm Feudales, eorumque Syndicatores in ipſorum reſpectivè obeundo, gerendo, abſolvendoque munere pro recta Juſtitiæ Adminiſtratione ſervari opportet, ſenſim à pleriſque neglectu, & oblivione poſtergari compertum eſt, undè diſcretus rerum Ordo à Majoribus noſtris optima ratione præſtitutus prorſus invertitur, qua de re Conſulto etiam Regio Fiſco, eoque inſtante feriò occurrere volens Senatus, ipſe, retentis in ſuo robore, & firmitate cœteris in hac re ordinamentis, peculiari hoc Edicto in Civitatibus, & inſignibus Locis evulgando, atque inſuper in Cancellariis cujuſlibet Officii Prætorii tàm Regii, quàm Feudalis omnino palam ſervando diſtrictè mandat.

Teneri inpoſterum omnes Syndicatores tàm Regios, quàm Feudales hujus Dominii Mediolani peculiarem librum Syndicatus efformare, in quo enuntiari, & regiſtrari debeant omnia acta per eos geſta durante Syndicatu, nec non ea, quæ in Cauſis Criminalibus accidi contigerit, in quo itidem libro relationem Syndicatus per eos geſti etiamſi nulla intervenerit querela, ſeù accuſatio regiſtrare habeant, ita ut liberationem Syndicatus minimè Prætori Syndicato edant, ſed expectent quid Senatus ſuper dicta Syndicatus relatione decernat, quod ſi placuerit Senatui, recognita hujuſmodi relatione abſolutionis litteras impertiri, iis per Prætores (prout tenentur) in actis Syndicatus præſentatis, eaſdem itidem in prænarrato libro regiſtrare facere, mox documentum authenticum ipſius liberationis ab actis deſumendum, & gratis edendum Prætoribus tradere, iis prius adimpletis, quæ fortaſsè ex Senatus juſſu exequi opportuerit.

Teneri itidem ipſoſmet Syndicatores in receſſu ab Officio librum ipſum Syndicatus, & omnia dicta acta Succeſſori relinquere, ita quod in eodem Officio ſemper ſerventur, & per Delegatos ad reviſionem Sportularum tempore viſitationis adinveniri, eoſdemque Syndicatores pro Ordinationibus, vel relationibus de Sportularum ſolutione conveniri poſſint, prout & relinquere debeant in Offitio cœte-

cœteros omnes libros Criminales, quos initio Syndicatus ab Offitiali Syndicando receperint, pariter ſuper dicto Syndicatus libro ſingillatim regiſtrandos; ſciantque ulterius ipſi Syndicatores eorum geſta durante Syndicatu, vel Pro-Prætura per Succeſſores ſuos eſſe Senatui deferenda.

Prætores autem Regios, ac Feudales non aliter docere poſſe in actis Senatus de aſſecuta abſolutione Syndicatus muneris antea per eoſdem reſpectivè geſti, cujus ope ad aliud biennale exercendum Offitium cooptari, niſi literas hujuſmodi abſolutionis à Senatu obtentas in actis Syndicatoris dimiſerint ad complendum Syndicatus librum, ab iiſque reportato antigrapho liberationis ex ipſo libro Syndicatus deſumendæ illud præſentaverint, denegata per Syndicatores, & Pro-Prætores Contrafacientibus novi muneris poſſeſſione.

Teneri inſuper Prætores omnes Regios equè, ac Feaudales illico poſt nactam muneris poſſeſſionem quidquid geſtum eſt à Syndicatoribus revidere, & diligenter, introſpectis etiam Criminalibus libris, ipſoque ſuperius narrato Syndicatus libro, ſcrutari, ac Senatui nullâ interpoſitâ morâ ex Offitio emergentia refferre, & ubi ipſi Syndicatores in Offitio ſuccedant, geſta tempore Syndicatus pariter Senatui refferre debere, inſuperque notulam Cauſarum omnium pendentium, & impedimenta, ſi quæ &c. ad manus Egr. Secretarii reſpectivè Provincialis omnino remittere debere, ſecus noſſe debebunt de hujuſmodi omiſſione ſe teneri in Syndicatu, ac Senatum de iis peculiarem habiturum rationem, cum de ſucceſſivis approbationibus agetur.

Prætores omnes, ac alterius nominis Juſdicentes Feudales præſenti Sanctione ſe monitos eſſe debere quatenus intra terminum menſis à die eorum electionis in unoquoque biennio decurrendum cum effectu exibuiſſe debeant documenta liberationis Præturæ per ſingulos reſpectivè ultimo loco geſtæ, nec non approbationis pro novo actuali munere exercito, juxta Ordines ut ſupra reportatarum, in manibus reſpectivorum Juſdicentium Majoris Magiſtratus illius Juriſdictionis, cui reſpectivè ſubſunt, qui gratis ea recipere, & regiſtrare habeant, & ſi quis defecerit in hujuſmodi præſentationibus, ipſe Regius Juſdicens, cui in ſua Juriſdictione ſpectat contra Tranſgreſſorem diligenter inquirat, & refferat Senatui opportunè proviſuro.

Pœna aureorum centum, ultra alias graviores etiam corporales arbitrio Senatus cuilibet Contrafacienti pro quolibet contraventionis titulo, & qualibet vice ſtatuitur incurrenda; Spectatiſſimæ autem Magnificorum P.P. in re Sportularia Delegatorum vigilantiæ, & zelo commendatam exhibet Senatus peculiarem Superintendentiam, ut hujuſmodi præſcripta, à quibus ſpectat executioni mittantur.

Stampa.

Ordo,

Digitized by Google

Ordo, ut Cancellarii Provinciales defferant ad Egregium Secretarium Provincialem Approbationum geſta per Prætores à Senatu durante biennio reprobata.

xxvi. Novembris MDCCXLIII.

PEculiari hac Sanctione monitos eſſe jubet Senatus Cancellarios omnes Provinciales, ut inpoſterùm ſingula geſta per Prætores, alioſque Juſdicentes Biennales, præſertim Regios, quæ per eundem Senatum, durante Biennio, reprobari contingat, defferant poſt expeditiones identidem ad Egregium Secretarium Provincialem approbationum penès Cancellarium ejuſdem Provinciæ, cujus erit omnia ex Ordine diſpoſita ſingulo biennio Senatus Judicio in ejus relatione ſubjicere occaſione ipſarum expediendarum Approbationum.

Interim verò ipſimet Cancellarii Provinciales perquirant in actis, nùm in aliqua Cauſa, ex Senatus-Conſulto reprobata fuerint geſta alicujus Prætoris, & hujuſmodi Scripturas defferre habeant quamprimùm memorato Egr. Secretario Provinciali ad effectum, de quo ſupra.

Stampa.

Ordini per li Stampatori, e Librari.

Nos Marchio Don Petrus Goldonus Vidonus Aymus Reg. Duc. Senator Mediolani Pro-Præſes Senatus Excell., & ab eodem Delegatus ſuper viſione, & approbatione Librorum, & quorumcumque Operum &c. excudendorum, vendendorum &c., & promulgandorum in hoc Dominio per quoſcumque Typographos, & Bibliopolas.

SEbbene con li molti Decreti fatti dal Senato Eccellentiſſimo di Milano, e li reiterati Editti altre volte pubblicati per ordine delli Signori Delegati noſtri Preceſſori, di tenore, che non eſcano in pubblico Libri, nè Scritture contrarie a' buoni coſtumi, bene univerſale dello Stato, e quiete pubblica, e particolarmente quelli dell'anno 1627. 29. Ottobre, ed altri negli anni 1639. 6. Maggio: 1641. 27. dello ſteſſo meſe: 1656. 17. Agoſto: 1670. 20. Maggio: 1683. 26. Marzo: 2. Settembre del medeſimo anno: 13. Giugno 1694.: 15. Aprile 1698.: 24. Aprile 1701.: 28. Gennajo 1715.: 10. Settembre 1725.: e 13. Ottobre 1736., dovrebbe reſtare baſtantemente provveduto all'importante loro oſſervanza; ad ogni modo avendo preſentito, che alcuni Stampatori, e Librari di queſta Città, e Dominio ſi fanno lecito deviare dalle coſe ordinate negli accennati Editti; a fine di provvedere a qualunque contingibile abuſo, abbiamo determinato di rinnovare, ed anche aggiungere maggior forza alli medeſimi, acciò in ogni, e qualſivoglia caſo, non s'abbia d'addurre preteſto d'obblivione, ignoranza, o in-

Digitized by Google

o inavvertenza circa il contenuto nel preſente Editto, da chiunque avrà ardire di contravvenire; e far intendere a tutti generalmente gli Stampatori, Librari, e qualſivoglino altri Venditori de Libri delle Città, e Terre tutte di queſto Dominio, niuno eccettuato, che ſi procederà irremiſſibilmente in caſo di contravvenzione alle pene qui ſotto comminate.

E in primo luogo, niuno de' Stampatori, o Librari avrà ardire di ſtampare, o permettere, che ſi ſtampino, o ſi riſtampino nelle loro riſpettive Officine Libri di qualunque ſorta, come neppure altre Opere, Relazioni, Scritture, Concluſioni, Almanachi, Odj, Sonetti, Boſinate, Canzoni, ed altre coſe in qualſivoglia materia, ſe prima non ſaranno vedute, approvate, e ſottoſcritte dall' infraſcritto Egregio Segretario, ed in caſo d'abſenza del medeſimo, da quell' Egregio Segretario, che da noi ſarà nominato, e ciò ſotto le pene di ſcudi venticinque d'applicarſi alla Regia Ducal Camera, ed anche maggiore, e corporale all'arbitrio del Senato Eccellentiſſimo, alle quali ſaranno tenuti li riſpettivi Principali per i loro Lavoranti, e Subalterni, ſecondo la qualità de' caſi, e Perſone.

Si riſerva però a'ſuddetti Stampatori la facoltà di potere ſtampar Atti, Allegazioni, e Scritture riguardanti le Cauſe, che ſi trattano nel Foro, per le quali non ſaranno tenuti per ora riportare veruna approvazione.

In ſecondo luogo, che niuno ardiſca, ſtampati, o riſtampati, che ſaranno li detti Libri, ed altre Opere, come ſopra, quantunque approvate, e ſottoſcritte nel modo ſuddetto, di laſciar ſortire dalle loro riſpettive Stamperſe, nè vendere, divolgare, contrattare, nè permettere ſotto qualunque premura, ſcuſa, o preteſto, anche di donativo, che ſi divolghi, venda, o conſegni, nè pure all' Autore, nè a qualſivoglia Perſona, che per ſuo conto farà ſtampare qualunque Opera, o Libro, e come ſopra, ſe in primo luogo non ſarà conſegnata al detto Egregio Segretario una copia di qualunque Libro, ed Opera, come ſopra ſtampata, o riſtampata, come pur anche, ſe da noi non avrà riportata la licenza, non già ſopra l'Originale, ma ſopra una copia parimente ſtampata, con il ſolito Decreto *Publicetur*, e nel medeſimo tempo preſentata alle noſtre mani un' altra copia di ciaſcun Libro, Opera, e come ſopra, che in avvenire ſi ſtamperà, e ciò ſotto la pena di ſcudi venticinque da applicarſi come ſopra, tante volte, quante ſaranno le contravvenzioni.

In terzo luogo avvertiranno li detti Stampatori, e Librari a non mettere nelle loro ſtampe come ſopra approvate, il nome noſtro, ſe non in caſo, che nell' iſteſſo Libro, Opera, o Scrittura originale vi foſſe la noſtra ſottoſcrizione col proprio noſtro nome, e ciò ſotto la pena di ſcudi venticinque, ed anche maggiore, e corporale all'arbitrio del Senato Eccellentiſſimo come ſopra, ſecondo la qualità de' caſi, e Perſone.

In quarto luogo ſi fa intendere a tutti gli additati Stampatori,

tori, Librari, e a qualſiſia altra Perſona quantunque preteſa privilegiata, che non ardiſchino ſtampare il nome del detto Egregio Segretario in qualunque Libro, Opera, o Scrittura, come ſopra, ſe dallo ſteſſo non ſarà ſtato con effetto riconoſciuto, e firmato l'Originale, e ciò ſotto la pena di ſcudi venticinque da applicarſi come ſopra, ed anche corporale ad arbitrio parimente come ſopra, nel qual caſo, e caſi ſi procederà criminalmente contro qualunque Contraventore.

E perchè alcuni degli antedetti Stampatori, Librari ec. ſi ſervono molte volte di quelle parole: *Con licenza de' Superiori* ſotto molti Componimenti, Odi, Sonetti, ed altre Opere ec. ſenza aver riportata l'approvazione, e la firma del riferito Segretario, perciò ſi fa ſapere a chiunque di loro, che anche nel caſo, e caſi ſuddetti, ſi procederà contro li Contraventori alle pene comminate nel precedente Capo quarto.

In quinto luogo, niuno de' ſuddetti Stampatori, e Librari ardirà di portare, o mandare alla reviſione dell' additato Egregio Segretario Manuſcritti, o Sfogliacci diſordinati, e mal ſcritti, perchè in tal caſo non ſaranno dallo ſteſſo ricevuti, nè approvati, volendo noi, che gli Originali ſieno ſcritti con chiari, e diſtinti caratteri, ed al di più, ben legati, e cuciti in forma di vero Libro, con la dovuta appoſizione, o ſia regiſtro de' numeri, dalla prima ſino all' ultima pagina; avvertendo in oltre li medeſimi Stampatori, e Librari, che nelli riſpettivi Originali doveranno eſſer compreſe tutte quelle parti di ciaſcuna Opera, o Libro, che ſi vorranno con effetto ſtampare, anche riſpetto alle Dedicatorie, ed altri qualunque Componimenti, e Poesìe Encomiaſtiche, di modo, che non ſi poſſa, nè ſi debba ſtampare, nè aggiungere veruna benchè minima parola, che non confronti in tutto, e per tutto con li riſpettivi Originali ſtati come ſopra riveduti, ed approvati; perchè in queſt' ultimo caſo ſi procederà irremiſſibilmente contro qualunque Contraventore, all'immediata carcerazione, con quel di più, che richiede la gravità di un tal delitto, oltre la pena come ſopra comminata nel ſuddetto Capo quarto.

In oltre reſtano avvertiti li detti Stampatori, e Librari, che in avvenire ſopra la coperta di qualunque Originale da preſentarſi al detto Egregio Segretario per la reviſione, debbano ſcrivere di propria mano il riſpettivo loro nome, e cognome, con l'eſpreſſione del Segno di ciaſcuna Bottega, come pure della Contrada, ove tengono la loro abitazione, acciò in caſo di qualſivoglia contravenzione alle coſe, come ſopra, ed abbaſſo ordinate, ſi renda più facile alla Giuſtizia la prova di chi veramente avrà mancato alla propria obbligazione; altrimenti non ſarà ricevuto, nè approvato dal detto Egregio Secretario verun Manuſcritto, nè Originale.

In ſeſto luogo s'incarica preciſamente a tutti li Stampatori, e Librari di queſta Città, e Dominio, che in avvenire debbano eſſi (non già gli Autori) eſſer ſolleciti di portare, o mandare a dirittura

alla reviſione del detto Egregio Secretario qualunque Originale, o Manuſcritto, che intenderanno di volere ſtampare, con avvertenza però, che dopo di avere ottenuta l'approvazione del Segretario come ſopra, non ſia in alcun modo lecito l'alterare l'Originale ſuddetto, maſſimamente col pretesto di farvi nuove aggiunte, e volendo gli Autori di qualunque Opera da ſtamparſi, fare alcuna mutazione, o aggiunta all'Originale già ſtato riveduto, come ſopra, doveranno in tal caſo gli Stampatori ſuddetti portar nuovamente alla reviſione come ſopra la mutazione, o aggiunta fatta all'Originale ſuddetto ſotto le ſteſſe pene, in caſo d'inoſſervanza, e contravenzione già comminate nel Capo quarto: e ciò per impedire le frodi, che in ſimile materia poſſano commetterſi.

Eſſendoſi ancora preſentito, che alcuni Stampatori, e Librari abbiano ardire di ſtampare, e riſtampare qualche Libri, ed Opere col finto frontiſpicio di eſſer quelli ſtampati fuori di queſta Città, e Dominio, perciò ſi fa intendere a chi ſi ſia de i ſuccennati Stampatori, e Librari, che ſuccedendo un tal caſo, oltre la perdita di tutti li Libri, ed Opere in tal modo ſtampati, e ſtampate, ſi procederà irremiſſibilmente alla perſonale detenzione, ed a quelle maggiori pene, anche corporali, che il Senato Eccellentiſſimo ſecondo la qualità de' caſi, ſtimerà convenire.

Di più niuno Stampatore, Libraro, o Venditore de Libri, nè qualſivoglia altra Perſona quantunque preteſa privilegiata avrà ardire di vendere, nè divolgare alcuna Opera, nè Libro, che ſia ſtampato in altro luogo fuori di queſto Stato, ſe prima non otterrà l'approvazione, e licenza noſtra in ſcritto, ſotto pena della perdita de' medeſimi Libri, ed Opere, e di ſcudi venticinque per ciaſcuna volta, che contraverrà d'applicarſi come ſopra; avvertendo in oltre, che in caſo di contravenzione ſi procederà omninamente da noi, alle pene di ſopra eſpreſſe, contro qualunque Perſona, niuna eccettuata; e ciò anche in eſecuzione di ſpeciale Decreto del ſuddetto Eccellentiſſimo Senato del dì 29. Agoſto 1724., che però ciaſcuno ſtarà ben avvertito a non traſgredire, nè dar occaſione, che ſi debba procedere alle pene, come ſopra reſpettivamente comminate, al qual effetto ſarà pubblicato, ed intimato a cadauno de' ſuddetti Stampatori, e Librari il preſente Editto.

Dat. Mediolani die 28. Januarii 1744.

Firmat. Marchio Goldonus Vidonus Aymus.

Berſanus.

Ordini per li Medici, e Chirurghi.

INvigilando gl'Illuſtriſſimi Signori Abati Rettori, e Protettori dell' Illuſtriſſimo Collegio de' Nobili Signori Fiſici Conti, e Cavalieri Pontificio-Ceſarei della Città, e Ducato di Milano in eſecuzione degli Ordini del Senato Eccellentiſſimo, ed in adempimento del loro carico, all'oſſervanza de' Statuti, tanto della Città medeſima, quanto del loro

loro Collegio ordinati egualmente all' aſſicuramento della pubblica ſalute, ed a ſvellere tutte le corrutele ad eſſe pregiudiziali, quali dalle vicende de' tempi, e dall' ineſperienza d'alcuni Profeſſori, sì di Medicina, come di Chirurgía veggonſi alla giornata introdotte, inerendo al decreto fatto dall' Eccellentiſſimo Senato, a favore del detto Collegio li 20. Febbrajo dell' anno *1669.*, in ordine alli ſuddetti emergenti del tenor ſeguente:

Cenſuit is Ordo, recenſita Edicta, tùm ex ordine ipſius Senatus, tùm Protophyſici publicata præjudicare non debere Statutis, tùm ipſius Civitatis, tùm ipſius Collegii, quoad mederi volentes in hac Civitate, & Ducatu, & propterea ità eſſe ſervanda, ut quoad ipſam Civitatem, & Ducatum, examen, & approbatio Phyſicorum, & Chirurgorum, ac conceſſio facultatis medendi ſpectare debeat ad dictum Collegium ad præſcriptum recenſitorum Statutorum, itaut inpoſterum reſpectu noſtratum minus exterorum, nemo admittatur ad medendum niſi ſit laureatus in Academia Ticinenſi, & ex poſt alia ſervaverit, de quibus in dictis Statutis, & niſi exhibuerint juratas atteſtationes unius, vel plurium Phyſicorum Collegiatorum hujus Civitatis, vel Ducatus circa praxim ſaltem per biennium continuum factam ſub diſciplinà eorumdem atteſtantium ſub pœnis contentis in Edicto diei noni Aprilis *1668*. Reſpectu verò exterorum mederi volentium, ut ſupra cogendos eſſe à Collegio prædicto, ad exhibenda eorum privilegia, & alia peragenda ad normam Statutorum ut ſupra, ita tamen ut artem in hoc Dominio exercere nequeant, niſi præcedente decreto Senatus, ſervata in reliquis omninò per Collegium forma præſcripta in dicto Edicto diei *9.* Aprilis *1668.*

Ed inerendo ancora al decreto nuovamente fatto dal medeſimo Eccellentiſſimo Senato del giorno quattro di Settembre 1711. anno proſſimo paſſato del tenor ſeguente:

Omnibuſque in Senatu propoſitis, una cum Voto Fiſci ſuperindè excitati, ſtetit ejuſdem Ordinis ſententia, renovandum eſſe ſupraſcriptum Proclama in omnibus prout jacet, ita tamen ut exteri artem in hoc Dominio exercere non valeant, niſi præcedente decreto Senatus in eodem ordine expedito.

Inerendo parimente al decreto ultimamente ſortito dal medeſimo Eccellentiſſimo Senato di Milano li cinque Marzo corrente 1744., quale è, come ſiegue:

Quibus in Senatu noſtro lectis, una cum Fiſci noſtri Voto ſuperindè excitati, per has noſtras, de ejuſdem ordinis ſententia decernimus, renovandum eſſe Proclama, in precibus enuntiatum, in omnibus, & per omnia, prout jacet, ut alias declaratum extitit à Senatu noſtro diei 4. Septembris 1711. &c.

Pertanto, acciò non reſti luogo ad alcuno, che intenda eſercitar dette profeſſioni in queſta Città, o Ducato di diſſimulare la loro preciſa obbligazione preſcritta da' medeſimi Statuti, ed Ordini; con il preſente Editto, quale con il conſenſo del Senato Eccellentiſſimo, ſi pubblica, e rinnova, e riſpettivamente affiggeraſſi a' luoghi ſoliti della

Digitized by Google

preſente Città di Milano, e ſuo Ducato, eſpreſſamente ſi proibiſce ſotto pena di ducento ſcudi a qualſiſia perſona, qual non eſſendo admeſſa dal detto Illuſtriſſimo Collegio eſerciſca, o pretenda eſercire nella detta Città, ovvero ſuo Ducato l'Arte di Medicina, o di Chirurgía, che dalla pubblicazione di queſta in avanti ſi aſtenga onninamente da tal eſercizio ſotto la detta pena, nè ardiſca ingerirſi in alcuna delle operazioni Mediche, o Chirurgiche, finchè preſentatoſi al detto Illuſtriſſimo Collegio, e giuſtificate le circoſtanze neceſſarie dell' Addottoramento nello Studio di Pavia, e d'aver fatta la pratica per riſpetto della Medicina con uno, o più de' Fiſici Collegiati, o admeſſi dal detto Collegio, e riſpettivamente per la Chirurgía con uno, o più de' Chirurghi del Vener. Oſpedal Maggiore, o altri approvati, e riportate di ciò le dovute fedi autentiche, con le quali abbia poi ottenuto dall' Illuſtriſſimo Collegio l'approvazione, e licenza di potere eſercire alla forma sì del detto Editto de' *9.* Aprile *1668.*, come da' detti decreti de' *26.* Aprile *1668.*, e 28. Febbrajo *1669.*, e 4. Settembre 1711. ultimamente emanati.

Dichiarando, che delli Profeſſori di dette Arti di queſta Città, e Ducato, abbenchè aveſſero eſercito fino al preſente, niuno reſti eccettuato, ſe non ſarà ſtato, o verrà di nuovo admeſſo dal detto Illuſtriſſimo Collegio con termine d'un meſe a preſentarſi come ſopra per quelli della Città, e due meſi a quelli del Ducato, ſotto le dette pene, e maggiori all' arbitrio dell' Eccellentiſſimo Senato.

E per riſpetto delli Foraſtieri, non poſſono quelli eſercire dette profeſſioni in queſta Città, o Ducato, ſe non averanno eſebito negli atti del ſopradetto Illuſtriſſimo Collegio li loro privilegj, ed eſeguito quanto diſpongono il detto Editto delli 9. Aprile 1668., e decreti antedetti ec., ed averanno avuta l'approvazione del medeſimo Illuſtriſſimo Collegio come ſopra, precedendo ſempre li requiſiti de' Statuti, ed Ordini come ſopra, quali di più non doveranno, nè potranno eſercire l'Arte di Medico, o Chirurgo, ſe prima non averanno eſpreſſamente ottenuta la licenza dell' Eccellentiſſimo Senato, come diſpongono detti Ordini, con dichiarazione, che nell' iſteſſa maniera ſi procederà ancora con tutti quelli, quali contro detti Ordini eſerciſcono in queſta Città, e Ducato, in tutto ſotto le dette pene ec.

Dat. Mediolani die decimaſeptima Martii 1744.

Firmat. Don Aſcanius Bebulcus P. Abbas, & Rector Senior.

Firmat. Don Antonius Aſſander Abbas, & Rector Junior.

J. C., & C. C. Jo. Baptiſta Baldinus Mediolani Notarius dictique Illuſtriſſimi Collegii Cancellarius &c.

Ordo,

Ordo, ne Protectores Carceratorum ſinant aliquem detentum traduci ad Arcem Portæ Romanæ inconſulto Præſide Senatus.

MARIA THERESIA Regina Hungariæ, Boemiæ &c. Mediolani Dux &c. &c. &c.

Dilectè noſter. Propoſitis in Senatù, prævio Fiſci noſtri Voto junctis antecedentibus habito, precibus Protectorum Carceratorum hujus Urbis, unà cum aliis Scripturis concernentibus Detentos Arcis Portæ Romanæ; De ejuſdem Ordinis Sententià Vobis iterùm mandamus, ut neminem ſinatis traduci ad Arcem Portæ Romanæ, inconſulto Illuſtri Senatus noſtri Præſide: In reliquis opportunam exaravimus Conſultationem Illuſtri Locum Tenenti noſtro. Mediolani die XI. Januarii MDCCXLV.

De Albertis.

Ordo, ut Egr. Fiſcales, ac Vicarii Generales noctu cum Familia ſatellitia perluſtrent vias Mediolani.

Egr. Fiſcalibus, ac Vicariis Generalibus Status Mediolani.

MARIA THERESIA Regina Hungariæ, Boemiæ &c. Mediolani Dux &c. &c. &c.

Dilectè noſter. Graviſſimè accepit Senatus noſter ingruentem in præſentiarum Latronum, Homicidarum, aliorumque infenſiſſimorum Hominum nimiam frequentiam, audaciam, atque ſævitiem, id circò non defuit, habito priùs Fiſci noſtri voto, opportunà exarata Conſultatione, tùm ad Viennenſem noſtram Aulam, tùm ad Ill. Adminiſtrum Plenipotentiarium noſtrum, Remedia illa è re ſuggerere, queis tàm immani, ac truculento Hominum genere Provincia hæc valeat emundari. Inter cœtera autem interim de ejuſdem Ordinis Sententià ad afferendas in majorem ſecuritatem noctis tempore vias hujus Civitatis, litteras dedimus hiſcè Juſdicentibus, diſtrictiùs præſcribentes nocturnam perluſtrationem rarò intermittendam, hancque legem nùnc etiam ad vos extendimus, ut & ipſi ad rem hanc ſaluberrimam accedatis; Nam in plurimos per turnum diſtributa ſingulis minùs oneris addet, & poterit indeſinentèr exequi; In executores autèm ejuſdem perluſtrationis quiſquis inciderit cum armis vetitis, non obſtante cujuſcumque generis teſſera pro deferendis armis, aut exceptione declinatoria, titulo alterius fori, volumus, ut detineatur, vel die ſequenti conſignandus ſuo Tribunali, vel ulteriora, & promeritam pœnam ſubiturus; Cœterum alios Ordines, & præcipuos Juſdicentibus hujus Civitatis, & alios Circulares cœteris omnibus Juſdicentibus hujus Dominii dedimus, quos è re magis eſſe exiſtimavimus.
Mediolani die iv. Junii MDCCXLV.

Galliorius.

Ordo

Digitized by Google

Ordo ne Judices dimittant detentos ex titulo delationis Armorum inconſulto Senatu.

Juſdicentibus Dominii Mediolanenſis.

MARIA THERESIA Regina Hungariæ, Boemiæ &c. Mediolani Dux &c. &c. &c.

Dilectè noſter. Graviſſimè accepit Senatus noſter ingruentem in præſentiarum Latronum, Homicidarum, aliorumque infenſiſſimorum Hominum nimiam frequentiam, audaciam, atque ſævitiem; Id circò non defuit, habito priùs Fiſci noſtri voto, opportunà exaratà Conſultatione, tùm ad Viennenſem noſtram Aulam, tùm ad Ill. Adminiſtrum Plenipotentiarium noſtrum, remedia illa è re ſuggerere, queis tàm immani, ac truculento hominum genere Provincia hæc valeat emundari. Inter cœtera autèm interim in puncto delationis Armorum quo ad totum hoc Dominium, de ejuſdem Ordinis Sententià, id vobis mandamus, proùt & circulares Ordines dedimus omnibus Juſdicentibus ut omninò veſtrum quilibet ſciat debitam Legum, & Edictorum cuſtodiam præſtandam eſſe, & abſtinendum à dimittendis detentis ex titulo delationis Armorum, inconſulto Senatu, ſub quacunque ex gravioribus animadverſionibus.
Mediolani die iv. Junii MDCCXLV.

Galliorius.

Ordo, ut Egr. Fiſcales, ac Vicarii Generales procedant contra detentos occaſione nocturnæ perluſtrationis viarum Mediolani.

Egr. Fiſcalibus, ac Vicariis Generalibus.

MARIA THERESIA Regina Hungariæ, Bohemiæ &c. Mediolani Dux &c. &c. &c.

Dilecte noſter. Poſt vobis datas litteras noſtras diei 4. nuperi Junii, mandantes ut & vos nocturnam perluſtrationem viarum hujus Civitatis loco Judicum per turnum frequentare debeatis; congruum Nobis viſum eſt pro majori Juſtitiæ implemento facultatem ad ulteriora procedendi, ubi opus fuerit, vobis impertiri: quamobrem, cum in hoc puncto factum fuerit verbum in Senatu per Spectabilem Senatorem noſtrum Marchionem Don Petrum Goldonum Pro-Præſidem, de ejuſdem Ordinis Sententia iterum vobis mandamus, ut inconcuſsè dictam nocturnam perluſtrationem exequamini, & ubi quiſpiam eà occaſione detineri contingat, contrà illum tanquam à Nobis ſpecialitèr delegati ad ulteriora viriliter procedatis, referendo referenda.
Mediolani die xvi. Julii MDCCXLV.

Berſanus.

Ordo

Digitized by Google

Ordo circa Salaria, ſeu Honoraria Senatui debita tam pro ejuſdem Decretis, quam pro Ordinationibus ab Ampliſſimis Patribus factis pro declaratione, ſeu executione mentis Senatus.

MDCCXLVI. Die ii. Maji.

OCcurrere volens Senatus dupplici abuſui, quò Theſaurariæ cenſus fraudatur, tàm ob neglectam, ſeù protractam exhibitionem decretorum Egr. Theſaurario, ut prò ejus muneris implemento debitam dicti Ordinis labori honorarii reſponſionem expoſcat, quam ob non curatam ſolutionem importantiæ ſalariorum, ſeu &c., quæ Senatui correſpondenda eſt ſuper Ordinationibus, quæ ab Ampliſs. Patribus de mente præfati Ordinis perſæpè fiunt prò dictæ mentis exequutione; mandat propterea præfato Egr. Theſaurario, ut inpoſterùm prò quibuſcumque Ordinationibus, Sanctionibus, aut decretis ad inſtantiam Partis reſpectivè emanatis, prò quibus juxta Ordines aliquod Theſaurariæ debetur Salarium, ſeù Honorarium, etſi Partes vel iis nolint uti, vel editiones non requirant, eaſdem nihilominus omninò adigat ad Theſaurariæ ſolutionem.

Prò ſententiis autem, ſivè Ordinationibus, quæ per aliquem ex Magnificis PP. fient, tàm prò declaratione, quàm prò exequutione mentis prælaudati Ordinis; idem Egr. Theſaurarius immediatè poſt latas eaſdem Ordinationes, vel Decreta, Partes paritèr, intèr quas cadit ſubjectum, cogat ad ſolutionem importantiæ Salarii, ſeù Honorarii Senatui debitæ deducto honorario calculando, re priùs partecipata cum Egr. Theſaurario per reſpectivos Cancellarios, & per eos exigendo occaſione dictæ declarationis de mente Senatus faciendæ ſervatâ tamèn in utroque casù, quò ad pauperes ad normam Ordinum exemptione.

Ad quem effectum jubet ipſe Senatus, quod ſenior ex Oſtiariis per tempora, collectas quolibet menſe omnes expeditionum ſchedulas, quæ in dies publicè exponuntur in Cancellaria, defferat Egr. Theſaurio, qui prò ſua diligentia, factâ opportunâ collatione, moroſos adigat ad ſolutionem.

Reſpectivi autem M.M. Patrum Cancellarii, quaſcumque Ordinationes, & Proviſiones per ampliſſimos P.P. factas de mente Senatus defferre teneantur abſquè mora, eidem Egr. Theſaurio prò congrua exactione ut ſupra ordinatâ.

Stampa.

Ordo pro Cauſidicis, Solicitatoribus, Scriptoribus, & Actuariis circa exercitium, & adimplementum eorum muneris.

ETſi non ſemel ab Ordinibus Senatus præſertim diei 22. Auguſti *1686.* cautum ſit in iis, quæ in Civili Foro ſervari debent non minùs prò admiſſionibus ad gerenda Cauſidici, & Solicitatoris officia, quàm ad eamet ritè, & legaliter adimplenda, tamen,

men, cum in præſens compertum fuerit ſaluberrimas hujuſmodi ſanctiones ab aliquibus in Foro verſantibus ſivè ex imperitiâ, ſivè ex malitiâ poſthabitas fuiſſe, idcircò Senatus ipſe ex Voto etiam Regii Fiſci hac in gravi re audito cenſuit deligere Ampliſſimos Senatores Don Alexandrum Caſtillioneum, & Don Cæſarem Crucejum, una cum Egr. Advocato Fiſcali Comite Andriano edocto, & cum aſſiſtentiâ Egr. Seoretari Stampæ ad ſumendas prò eorum ſedulitate opportunas informationes de abuſibus, & corruptelis irreptis, ut prò ejus inſtituto in univerſum certà ineluctabili lege proſpicere valeat publicæ, privatæque rei incolumitati; Quamobrem in aliquibus circà dictum munus Cauſidici, & Solicitatoris proviſurus, hoc Edicto in locis ſolitis exponendo, & palàm ſervando jubet, & mandat Senatus.

Quod nemo audeat officium Cauſidici, vel Solicitatoris exercere, aut ſe uti talem ſubſcribere, aut ſiſtere in Judiciis ſivè coram Tribunalibus, ſivè coram Judicibus Inferioris ſubſellii, vel aliter, ad agendas in Foro cauſas, retinere Studium apertum, niſi priùs, reſpectù Cauſidicorum, à Collegio Notariorum, & Cauſidicorum, &, reſpectù Solicitatorum, ab Abbatibus ejuſdem Collegii ritè fuerit ad reſpectivum munus approbatus indictâ in quemlibet contravenientem pœnâ aureorum vigintiquinque toties quoties, & majori arbitrio Senatus.

Cauſidici nullum admittant ad ſubeundam praxim Solicitatoris, niſi prævià notitiâ bonæ qualitatis, & famæ, aptitudiniſque ad ſcribendum latino idiomate claro caractere. Ad Solicitatoris verò munus nemo admittatur, niſi per biennium operam dederit in Studio Cauſidici de Collegio, ſeù approbati, nec alitèr, quàm obtentâ approbatione Abbatum, & exhibitâ eis atteſtatione Cauſidici de exercitio fideliter præſtito in ejus Studio, nec non atteſtatione excluſivâ delictorum, &, reportata approbatione, deſcribatur in libro particulari, qui remaneat penès Collegium dictorum Abbatum, & dictæ approbationes fiant gratis, demptâ mercede Scripturæ, ſub pœna Contrafacientibus ſuſpenſionis à munere.

Scriptores, qui erunt approbati uti Solicitatores ut ſupra, teneantur nomen, & cognomen diſtinctum, & claris caracteribus inſcribere in, & ſuper quibuſcunque citationibus, & ſcripturis, quæ ad formam Ordinum ab iiſdem Solicitatoribus ſubſcribi debebunt, addito etiam cum eàdem claritate cognomine Cauſidici, in cujus Studio militant, ità quod ſaltem mediâ notitiâ Cauſidici aſſequi poſſit illa Scriptoris, & hoc ſub pœna excluſionis contravenientium ab illo Studio, & ſuſpenſionis à munere Solicitatoris, ac etiam pecuniariâ arbitrio Senatus.

Acta, & preces, quæ coram Senatu, vel cæteris Tribunalibus agitantur claro, & intelligibili caractere conſcribantur ſub pœna ſuſpenſionis à munere, & aliâ majori arbitrio Senatus.

Quicumque ſupplicare volentes, & cauſas agere, potiſſimùm coram Senatu, omninò abſtineant in precibus, & reſponſis, & in

qui-

quibuſcumque actis à verbis, & periodis mordentibus, vel lædentibus partes ſub pœnâ aureorum quinquaginta ſtatim exigendâ à ſubſcribente, & provocante, & aliâ etiam corporali per Senatum arbitrandâ juxta facti, & perſonarum qualitatem.

Quod ſubſcriptiones precum, actorum civilium, & præceptorum cujuſvis generis ſint tàm à Cauſidico, quàm à Solicitatore exarandæ non alitèr fiant, quàm cum reſpectivâ expreſſione nominis, & cognominis per verba integra, & extenſa, clariſque caracteribus, nec cuique alteri liceat hujuſmodi ſubſcriptiones edere præterquam Advocato, vel Cauſidico Collegiato, ſivè approbato, cum Solicitatore pariter approbato, qui reſpectivam operam præſtat in cauſa de qua reſpectivè agitur, ſub pœnâ non ſolum nullitatis ipſo jure, & facto eorundem actorum, ſeu præceptorum, ſed etiam ſub pœnâ de qua ſupra §. *Quod nemo*, ſalvo ſemper jure Clientibus contra eum qui non Advocatus, nec Cauſidicus Collegiatus, nec approbatus patrocinium alicujus cauſæ ſuſcipere, & acta facere, & ſubſcribere voluerit; Actuarii autem hujuſmodi acta, & præcepta aliter quàm ut ſuprà edita, & ſubſcripta recipere minimè præſumant ſub pœna ſuſpenſionis à munere, in caſu contraventionis, incurrendæ.

Ad quem effectum ultrà diſpoſita in antecedentibus Ordinibus licebit Abbatibus, & unicuique eorum, aliiſque per eos delegandis accedere ad quæcunque ſubſellia Judicum Inferiorum, & eorum Tribunalia, ubi Actuarii reſident, & filtias quorumcunque actorum judicialium, ac etiam relationum recognoſcere, & ab eis extrahi facere, & deponere penès Cancellarium, ſeù Vice-Cancellarium Collegii illa omnia acta, quæ vel non ſubſcripta, vel alitèr quàm ut ſuprà reperta fuerint, quæ inſuper debeant ſtatim per ipſum Cancellarium Collegii, ſeù ut ſuprà regiſtrari in libro particulari ad hunc effectum tenendo, ut ſemper de illis conſtare poſſit, & ſuper eorum fundamento procedi in Contravenientes ad pœnas ſuperius expreſſas. Prout pariter tenebuntur Actuarii, & Coadjutores ut ſuprà, affixam habere ad eorum reſpectivè ſubſellia notulam impreſſam continentem nomen, & cognomen illorum omnium Cauſidicorum de Collegio, & eorum, qui per Collegium approbati fuerint, ne ſub prætextu ignorantiæ alias ſubſcriptiones, quàm ut ſuprà dictum fuit, admittere poſſint.

Quod nemo ex Cauſidicis, ſeù Solicitatoribus, etſi approbatis prò altero licèt approbato preces, acta, præcepta, & ſimilia ſubſcribere præſumat, vel in judiciis comparere, &, ſi ſubſcripſerit, vel comparuerit, in caſu cujuſcunque correptionis pœnæ pecuniariæ, vel corporalis, ſivè interdictionis in patrocinatores, ſeù patrocinatorem ferendæ, ipſemet ſubſcribens, vel comparens teneatur pro omiſſis, commiſſis, ſeù neglectis, ac ſi reverà auctor fuerit, qualibet excuſatione remotâ, nec eidem competere poſſit jus regreſſus prò reintegratione expenſarum, & damnorum adverſus mandantem.

Non admittantur Eccleſiaſtici ad patrocinium, & ſollicitudinem cauſarum, niſi agatur de eorum causâ propriâ, juxtà Regios

Digitized by Google

Ordines, & ſinè præjudicio diſpenſationum obtentarum; ubi autem aliter ab Actuariis admitti compertum fuerit indicitur iiſdem pœna ſuſpenſionis à munere, ultrà etiam graviorem Senatus arbitrio.

Quod omnes, & ſinguli Cauſidici, & Solicitatores, qui in actis judicialibus ſe ſubſcribunt Juriſconſultos, eundemque titulum exprimi faciunt in Diario Fori Mediolanenſis quin conſtet de eorum Doctorali laureâ juxtà ordines aſſecutâ, teneantur intrà terminum menſis exhibere privilegium laureæ obtentæ in manibus infraſcripti Eg. Secretarii Stampæ, vel Egr. Secretarii Berſani, ut haberi poſſit ratio, quæ juris fuerit; Quo termino elapſo, & non exhibitis eorum reſpectivè documentis non audeant inpoſterùm uti titulo Juriſconſulti ſub quacunque pœnâ pecuniariâ, & etiam corporali Senatui arbitrariâ. Super emergentibus verò hujuſmodi executionem reſpicientibus Magnifici Pro-Præſes, & nominati ſuperius Delegati providere debeant prout ſibi, facto etiam verbo in Senatu ſi eis videbitur.

Datum Mediolani die iii. Auguſti MDCCLI.

Stampa.

Ordo ne Judices obſignent monitiones, aliaque Acta reſpicientia executionem decretorum Senatus, niſi prius ipſorùm literis in forma editis, ſibi præſentatis, viſis, atque recognitis.

MARIA THERESIA Romanorum Imperatrix, Regina Hungariæ, & Bohemiæ &c., ac Mediolani Dux &c. &c. &c.

Dilectè noſter. Non finit Juſtitiæ adminiſtrandæ ratio, civiles cauſas minus ritè, & rectè ex Patrocinatorum verſutiâ in Juditiis pertractari. Cautum eſt ex Statutorum diſpoſitione, ex Novarum Conſtitutionum cenſurâ, & ex Senatus Ordinibus ſignantèr 30. Octobris 1647., 23. Januarii 1664., 4. Martii 1665., 1. Maji 1675., & 6. Novembris 1716., quid hoc in ſubjecto ſervandum, exequendumque inconcuſsè: His tamen a nonnullis in Foro verſantibus, interdùm minimè attentis, palam fuit Senatui, aliquos Juſdicentes in iis, quæ reſpiciunt executionem Literarum Senatus, ipſis Literis non viſis, &, prout opus eſt, perlectis incautè nimium obſignaſſe Monitiones, ſeù Citationes, ac alios conſecutivos actus, quandoque citrà tenorem earumdem Literarum, & formam a jure, & rectâ juditiorum praxi inſtitutam, atque prætereà corruptelas alterutrius ex Actuariis, ſeù eorum Coadjutoribus contigiſſe, quod haud acceptâ, recognitâque Judicis debitâ hujuſmodi obſignatione, Monitiones, ſeù Citationes, aliaque ad inſtruendos, ſivè proſequendos Cauſarum Proceſſus pertinentia, fuerint ſubſcripta, & edita; Quarè cum ſuper hujuſmodi abuſibus ſeriò actum fuerit in hodierno Senatu, de ejuſdem Ordinis Sententiâ mandamus vobis, ut nullo modo exequamini Senatus Decreta, nec ad ullam obſignationem monitionum, alio-

Digitized by Google

aliorumque actorum reſpicientium executionem eorumdem deveniatis, niſi ipſorum Decretorum literis in formà editis, ab altero ex Egr. Secretariis noſtris ſubſcriptis, & vobis prius præſentatis, viſis atque recognitis; & diligenter perpendatis, ne in hujuſmodi monitionibus, aliiſque actis conſecutivis per vos obſignandis aliquid irrepat citrà ordinata in ipſis Senatus Literis, & citrà methodum, juxta juris, & probæ juditiorum praxis regulas ſervandam, aliter ſciatis Senatum in vos graviter animadverſurum, & etiam habendam eſſe rationem tempore Syndicatus veſtri: Ulterius autèm præmonere non deſinatis, feriò Actuarium iſtius Officii veſtri, ac ejus Coadjutorem, ſi qui, ut omninò caveat ab expediendis quibuſcumque Monitionibus, Citationibus, vel aliis hujuſmodi judicialibus Actis, in quibus interponi debeat approbatio veſtra, niſi viſa prius, & recognità actuali ſubſcriptione, ſeù obſignatione identidem veſtrà, indictà in eoſdem pœnà ſuſpenſionis a munere, & alià arbitrio Senatus casù contraventionis. Mediolani die xiv. Julii MDCCLVI.

Stampa.

Ordo ne Antiani, & Conſules actu exequutionum accipiant depoſita fiducialia.

TOtus ſemper fuit Senatus in evellendis corruptelis, quæ a Debitorum verſutia invehi animadvertebat ad eludendos, fraudandoſque Creditores, quas inter Decreto xx. Decembris MDCCXLVII. damnavit ea Depoſita, quæ fiducialia vocant penès Antianos, aut Conſules actu, quo Præcepta exequutiva relaxantur. Cum verò moleſtè accipiat, ſerpere adhuc hujuſmodi abſurdum in fraudem Creditorum, quibus cautio præripitur, atque in eorum perniciem inane Depoſiti nomen relinquitur loco pignoris judicialis; Antianoſque præſertim in hanc eamdem fraudem conſpirare; quod a falſi crimine non eſt alienum: Eapropter decrevit eos in officio continendos eſſe, indictis pœnis ſine cunctatione exigendis.

Hoc igitur Decreto Senatus diſtrictè mandat Conſulibus, atque Antianis, caveant omnino ab hujuſmodi fiducialibus Depoſitis accipiendis, indictà eiſdem pœnà aureorum quinquaginta, ſi contrafecerint, Fiſco, Notariorum Collegio, & Creditori æquis portionibus obveniendà, præter ſuſpenſionem a munere pro tempore arbitrio Senatus deſignando, ſalvis juribus Creditoris erga eos quoſcumque, qui pro iiſdem Conſulibus, & Antianis tenentur, ſi, & prout juris: Quodſi pœnæ præſtandæ impares ſint, iidem ſtatim in Carcerem conjiciendi erunt, ibi manſuri arbitrio pariter Senatus. Mandat propterea idem Ordo ſingulis Juſdicentibus, ut in hujus Decreti exequutionem feriò incumbant.

Mediolani die xxv. Auguſti MDCCLX.

Stampa.

Digitized by Google

Digitized by Google

INDULTO
PONTIFICIO
SOPRA
L' ASILO SACRO
DELLA
LOMBARDIA
AUSTRIACA.

Digitized by Google

Digitized by Google

BENEDICTUS PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

PAſtoralis Officii Nobis licet immerentibus divinitus commiſſi ſollicitudo Nos admonet, ut votis præſertim Catholicorum Principum, per quæ Eccleſiaſticæ Immunitati nihil ſit detractum, & ſimul publicæ conſultum ſit tranquillitati, Apoſtolicum præbeamus aſſenſum. Sanè, cum pro parte Chariſſimæ in Chriſto Filiæ Noſtræ MARIÆ THERESIÆ Hungariæ, & Bohemiæ Reginæ, Illuſtris, Chariſſimi in Chriſto Filii Noſtri FRANCISCI Romanorum Regis in Imperatorem electi Conjugis, Nobis expoſitum fuerit, quod ipſa ad eliminandas, & omnino præcidendas controverſias, & contentiones, quæ oriri ſolent inter Curias Eccleſiaſticas, & Magiſtratus, ſeu Tribunalia Sæcularia in Ditionibus in Italia exiſtentibus Dominio ejuſdem MARIÆ THERESIÆ Reginæ ſubjectis ſuper facultate extrahendi Reos ab Eccleſiis, aliiſque Locis immunibus, ad quas, & quæ ipſi Rei poſt patrata gravia crimina, & delicta confugiunt, plurimum deſiderat, ut æquam legem hac in re de benignitate Apoſtolica præfigere, atque etiam declarare dignaremur, quænam ſint, & eſſe debeant loca, quæ in poſterum Immunitate Eccleſiaſtica minimè gaudeant, neque gaudere poſſint, prout etiam quænam ſint delicta, propter quæ Delinquentes ad publicam quietem, & ſecuritatem, ne pœnam juxta patrata crimina effugiant, Eccleſiaſticum Aſylum minimè habeant. Nos igitur, qui nihil curamus impenſius, quam ut Juſtitia, & Pax ſe ſe invicem oſculentur, piis ejuſdem MARIÆ THERESIÆ Reginæ votis hac in re quantum cum Domino poſſumus, favorabiliter annuere volentes, motu proprio, ac certâ ſcientiâ, & matura deliberatione noſtris, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine declaramus, ſtatuimus, atque decernimus

I.

Riſugiandoſi nel Luogo immune qualcuno de' Delinquenti Laici ſuppoſto Reo di eccettuato delitto, ad ogni inſtanza, e richieſta del Laico Magiſtrato, cogl' indizj *ad capturam*, concedaſi da' Veſcovi, e loro Vicarj generali in Città, e negli altri Luoghi da' Vicarj Foranei, ed in mancanza di queſti, dalla Perſona Eccleſiaſtica più degna, che fa figura di Superiore nel Luogo, la licenza di trarlo dal ſacro Aſilo, coll' intervento di Perſona Eccleſiaſtica da deſtinarſi da' medeſimi, e ſi conſegni alla Curia Secolare, coll' obbligo giurato *in ſcriptis* di ritenere il Reo *nomine Eccleſiæ*, e di reſtituirlo alla Chieſa in caſo ſi decida, che debba goderla; e non reſtituendoſi, rimanga al Veſcovo la facoltà di proceder contro del Magiſtrato Secolare colle pene Canoniche di violata Immunità.

I I.

Nel caſo, che riſpetto agli accennati Delinquenti, detta li-

cenza foſſe negata, doppo ricercata nel modo detto di ſopra, ſia lecito al Giudice Laico, ſenza timore d'incorrere nelle Cenſure, eſtrarre il Delinquente con tutta modeſtia, e ſenza ſcandalo, coll' obbligo però in iſcritto, come ſopra, da traſmetterſi alla Curia Eccleſiaſtica del Veſcovo.

I I I.

Coſtituito il Reo nelle Carceri Laicali ſi formi dal Giudice Secolare il Proceſſo informativo ſopra il Delitto, e nel termine di quattro meſi ſi eſebiſca alla Curia del Veſcovo, e queſti dentro il termine di un meſe debba dichiarare, ſe il Reo goda, o nò.

I V.

Quando poi il Giudice Laico fra lo ſpazio di quattro meſi non eſebiſca il Proceſſo, dovrà il Veſcovo richiederlo per la reſtituzione del Reo alla Chieſa, la quale reſtituzione non potrà dal Giudice Laico ritardarſi, a forma dell' obbligo fatto nell' atto della conſegna. E quando il Veſcovo nello ſpazio preſiſſo di un meſe non avrà dichiarato, s' intenda *eo ipſo* devoluto il Giudizio al Tribunale di ſeconda inſtanza, che ſarà quello, di cui ſi parlerà nell' Articolo ſettimo.

V.

Perchè poſſa il Veſcovo dichiarare, che l' Inquiſito non goda del beneficio dell' Aſilo, baſtino gl' indizj *ad torturam*.

V I.

Dichiarandoſi dal Veſcovo, che il Reo non goda, in tal caſo debba ceſſare l'effetto dell' obbligo fatto dal Giudice Laico nell' atto della conſegna detto di ſopra, ed all' incontro dall' iſteſſo Giudice Laico dovrà farſi novo obbligo del tenore di quello detto di ſopra, di rimettere il Reo in Chieſa, qualora il medeſimo abbia nelle ſue difeſe purgati gl' indizj ſopra la qualità, che rende il delitto eccettuato, reſtando ciò a carico della coſcienza dello ſteſſo Giudice Laico.

V I I.

Dal giudizio del Veſcovo non ſi ammetta al Reo neſſun ricorſo; ma potranno tanto il Fiſco Laico, quanto il Fiſco Eccleſiaſtico ricorrere al Tribunale di ſeconda inſtanza, al quale ſia lecito impinguare, o ordinare novo Proceſſo, quando così ſtimi bene. Il Tribunale poi di ſeconda inſtanza, tanto per i ſuddetti effetti, quanto per l'altro eſpreſſo nell' Articolo quarto, ſarà quello dell' Arciveſcovo di Milano in rapporto a tutte le altre Curie Eccleſiaſtiche della Lombardia Auſtriaca; e in rapporto alla Curia Arciveſcovile di Milano, ſarà quello del Veſcovo di Pavia; come pure in caſo di Vacanza, o d'impedimento dell' Arciveſcovo di Milano, e del Veſcovo di Pavia, ſarà quello del Veſcovo di Mantova; concedendo la Santità Sua tutte le facoltà neceſſarie, e opportune a' prefati Arciveſcovo, e Veſcovi di procedere ne' riſpettivi caſi nelle Cauſe della diviſata natura riguardanti il punto dell' Immunità Locale.

VIII.

Digitized by Google

VIII.

Che ſotto nome di Veſcovi s'intendano i veri Veſcovi, e non già i Prelati inferiori di qualunque ſpecie, quantunque abbiano proprio, e ſeparato Territorio, e giuriſdizione quaſi Epiſcopale, dovendoſi per tali Luoghi eſenti ricorrere al Veſcovo Diocesano, ſe il Luogo è nella Diocesi, oppure al Viciniore, alla riſerva bensì di quei Prelati inferiori, che aveſſero ottenuto, o che otteneſſero dalla Sede Apoſtolica uno ſpeciale indulto di procedere in queſte Cauſe d'Immunità Locale.

IX.

Non goderanno per l'avvenire del benefizio dell' Aſilo tutti i ſeguenti.

X.

relinquit Magnificus Senator Sertorius *ad tit. Conſtit. de immunitate
duod. liberor.*

Ad Ord. XXX. Octobris MDL.

ANNOT.

ULtra deciſiones jam relatas in meis annot. ad hunc Ord. n.
13., immemorabilem poſſeſſionem obſtare etiam Fiſco, fuit
iterum deciſum a Magiſtratu, nempe die 23. Martii 1650. decer-
1 nendo Communitatem Brippii, ac Particulares, & Homines dicti
loci manutenendos eſſe in ſua poſſeſſione juris piſcationis, ac Piſ-
2 cheriarum in Flumine Abduæ lacus Brippii, & die 2. Aprilis *1672*.
in concurſu Communitatis, & Particularium Olginati decernendo
manutenendam eſſe Communitatem ipſam Brippii, ſeu ejus jura
metientes in poſſeſſione tam piſcandi, quam portizandi in Lacu de
Lavello, & de Brippio.

Jure merito ſic fuit deciſum; planum ſiquidem eſt in jure aſ-
ſiſtere innitenti poſſeſſione immemorabili validiſſimum, ac meliorem
de Mundo titulum, quem allegare ſufficit, cum ex lapſu tanti
temporis, ſatis, & concludentiſſimè probatum remaneat ex uberri-
3 mè collectis per Epiſcop. Roccam *diſput. ſelect. cap.* 84. *n.* 19. Ga-
briel. *commun. opinion. lib.* 5. *tit. de præſcript. concluſ.* 1. *n.* 45. *&*
46., Card. de Luca *de Regal. diſc.* 47. *n.* 2. 3. Roſa *conſ.* 12. *n.* 22.
Lagunez *de Fructib. par.* 1. *cap.* 15. §. 4 *n.* 70., *& ſeqq.*, apud
quos plures alii.

Et

Et ſanè quod poſſeſſio immemorabilis vim habeat privilegii,
4 & Principis conceſſionis, ultra ſuperius deductos, probarunt Rol.
a Valle *conſ. 66. tom. 2.*, Cravet. *de antiquit. temp. par. 4. §. ab-*
ſolutis n. 6. Fontanel. *de pact. nupt. clauſ. 4. Gloſ. 17. n. 30.* Bar-
boſa *in c. ſuper quibuſdam 26. §. præterea. de verb. ſignif. n. 4.,*
& in c. 1. de præſcript. in 6. n. 10. Conciol. *allegat. 14. n. 44.*,
quod & non jam ſimplicis, & generici Privilegii; verum quidem
5 ſpecialis, & ex certa ſcientia conceſſi Lagunez *de fruct. d. par. 1.*
cap. 15. §. 4. n. 82., Carena *reſol. 8. n. 7.*, ubi ſubjungit ejuſmo-
6 di poſſeſſionem tantum poſſe, quantum Rex, & Imperator, Balb.
de præſcript. in 2. par. 3. part. princip. quæſt. 6. n. 17.; & dicta
poſſeſſio conſideratur potentior ipſo Privilegio, & Principis conceſ-
7 ſione, ut proſequitur Fontanel. *de pact. nupt. dicta clauſ. 4. gloſ.*
17. n. 32., Capon. *controv. 262. concluſ. 5. Tom. 4. n. 15. &*
ſeqq., quia difficilius tollitur acquiſitum conſuetudine, quam Pri-
8 vilegio, Valenzuela *conſ. 93. n. 48.* Caſtill. *de Tertiis lib. 6. cap.*
21. n. 18. verſic. *dubium etiam facit in fin.*

Habet hæc poſſeſſio vim pacti expreſſi, & contractus oneroſi
9 *l. hoc jure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quotidiana, & eſtiva:* ibi:
ductus aquæ, cujus origo memoriam exceſſit jure conſtituti loco habe-
tur, & ex communi omnium ſenſu tradunt Cravet. *conſ. 10. n. 11.*
cum aliis latè per Rol. a Valle *conſ. 66. n. 40. & ſeqq. lib. 2.*
Buratt. *deciſ. 673. in fin.*, Menoch. *præſumpt. 131. n. 44. lib. 3.*
Peregrin. *de jure fiſci lib. 6. tit. 8. n. 15.* Lagunez *de fruct. par. 1.*
cap. 15. §. 4. n. 80. Rota Lucenſ. apud Palm. Nep. *deciſ. 345. n. 9.*

Immo fortius etiam operatur quam pactum, cum ſolemnis ſen-
10 ſentiæ vim habeat *tex. in l. quicunque. C. de fund. limitroph. lib.*
11. ibi: *& de quibus judicavit antiquitas*, prout deducit ibi Gloſ.
verb. *antiquitas.*

Item vim habet conſtitutionis, & legis *l. 1. §. denique*, ibi:
11 *vetuſtatem vicem legis tenere. ff. de aqua pluv. arcend.* Menoch. *d.*
præſumpt. 131. n. 44. in fine lib. 3., Peregrin. *ubi ſupra*, Lagunez
d. par. 1. cap. 15. n. 78.

Et nedum legis civilis, vel municipalis, ſed juris gentium,
12 a quo deſcendit, & in quo fundatur, cum dicatur, & ſit alterum
quodam jus naturale, quod immutari non poteſt, ut ex ſententia
Baldi ſpeciatim tradunt Cravet. *conſ. 238. n. 9.* Lagunez *d. par. 1.*
cap. 15. §. 4. n. 86. Fontanel. *de pact. nupt. tom. 1. clauſ. 4. gloſ.*
17. n. 33.

Quæ hucuſque dicta ſunt de operatione poſſeſſionis immemo-
13 rabilis, procedunt non ſolum in cauſis inter privatos, ſed etiam
in cauſis fiſcalibus, ex *text. in c. ſuper quibuſdam. §. præterea. de*
verb. ſignif., & tradit Bartol. *in l. ſi Publicanus. §. in omnibus ve-*
ctigalibus. ff. de publican. & vectigal., & ut videre eſt pænes Ga-
ron. *obſerv. ad tit. de jure, & privileg. fiſci art. 44. n. 3.* verſic.
Porro, Peregrin. *de jure fiſci lib. 6. tit. 8. n. 15.* Card. de Luca
de Regalibus diſc. 47. n. 2. Roſam *conſ. 12. n. 23.* Petr. Barboſ.
ad

Digitized by Google

ad l. competit. 6. C. de præſcript. 30. *vel* 40. *annor. n.* 19. cum
cæteris cumulatis Conciol. *allegat.* 14. *n.* 34. *&* 35.

Inter autem rationes, quibus tanta virtus, & efficacia tribui-
tur immemorabili ea eſt, quia nedum civilis, verum etiam natu-
14 ralis ratio convincit, ut ex una poſſibile non ſit, quod quis tan-
diù per ſæcula in quaſi poſſeſſione permanſerit, niſi habuiſſet titu-
lum, & quidem validum, & efficacem, ac meliorem de Mundo;
& ex alia nedum poſſibile, verum etiam quaſi quædam ſit conſti-
tutio rerum humanarum, ut tituli per tantum temporis ſpatium
15 diſperdantur, eorumque etiam memoria pertranſeat, & omnino pe-
reat *text. in Auth. hæc Conſtitutio innovat Conſtitutionem. Novel.*
3. §. *dudum*, ibi, *quoniam per tantum ſæculi magis, quam temporis
ſpatium, nec documentis integritas, nec actis fides, nec ætas valet
teſtibus ſuffragari, quam rationem latè exornat Donde. conſult.* 65.
n. 1. *&* 2., *& ſub n.* 12. verſic. *nec enim dici poteſt*, ubi infert,
quod ideo cum iſta præſumptio profluat a natura, nec per Princi-
pem tolli poſſit.

Ad Ord. II. Auguſti MDLII.

ANNOT.

AD ſuſtinendam favore Fiſci bonorum confiſcationem etiam
mortuo Reo ante ſententiam condemnatoriam, ut in caſu,
de quo agitur in hoc Ordine, allegari poſſet ex diſpoſitione Con-
ſtitutionum hujus Dominii in *tit. de jure, & privileg. Fiſci in.*
§. *omnium* pœnam confiſcationis bonorum, ipſo jure a die commiſſi
criminis irrogari, & per conſequens deveniri poſſe ad ipſam bono-
rum confiſcationem, & procedi contra ipſos hæredes ad ſententiam
condemnatoriam etiam defuncto Reo; quia quando bona ipſo jure
confiſcantur, mors non extinguit pronunciatum, nec impedit pro-
1 nunciandum ad notabiliter tradita per Bal. in Rub. *C. ſi pend.
temp. appell. mors interv.* per text. in *l. Cajus. ff. ad Syllan. & in
l.* 1. §. *hæc autem. ff. quod quiſque jur.;* bona enim hoc caſu adeo
cenſentur, patrato delicto, incorporata, & applicata Fiſco, ut de-
linquens, ſi moriatur, non alium, quam Fiſcum habere poſſit hæ-
2 redem, per quem eo caſu a quolibet detentore bona avocabuntur
l. fin. ff. de bon. eorum &c., & l. commiſſa. ff. de public. &c., &
propterea effectus pœnæ tranſire debet ad hæredem, Bart. in *l.* 1.
3 *in prin. n.* 3. *ff. de privat. delict.* Bal. *in l.* 1. *n.* 7. *C. ex delic.
defunct.;* & tradit Carpan. in *d.* §. *omnium.* in verb. *& ipſo jure,
& facto. n.* 649. firmans quod, ubicunque pœnæ ipſo jure impo-
4 nuntur, declarari poteſt pro hæredibus, & contra hæredes, & hoc
ſuſtinet etiam Menoch. *conſ.* 99. *n.* 172. *lib.* 1.

Ulterius pro Fiſco addi poſſet ex diſpoſitione earundem Con-
ſtitutionum in *cit. tit. de jure, & privileg. Fiſci.* §. *nec opponi*

poſſit. prohiberi bonorum confiſcationi opponi poſſe non apparere
de aliquo proceſſu; cum autem appellatione proceſſus veniat ſen-
5 tentia *l. in fraudem*. §. *neque inſtrumenta*, & ibi Gloſ. in verb. *ne-
que acta*, & Bartol. *n. 6. ff. de jure Fiſci*, textus *in c. cum I. &
A. de ſenten. & re judic.* ubi Bal. *n.* 2. dicit irritato proceſſu an-
6 nullatam cenſeri ſententiam, & e contra annullata ſententia irrita-
ri Proceſſum; & Principem, vel Statutum annullans proceſſum per-
neceſſe annullare ſententiam probat Signorol. de Homodeis *conſ.*
154., ſequitur propterea ex prohibitione opponendi de non exi-
ſtentia proceſſus Reis facta ab hac Conſtitutione, videri quoque
prohibitum eorum hæredibus allegare non extare ſententiam, & ſic
contra eos procedi poſſe pro confiſcatione bonorum, ac ſi contrá
Reum ſententia jam prolata fuiſſet.

Hiſce tamen non obſtantibus, vera concluſio eſt non eſſe lo-
cum bonorum confiſcationi Reo ante condemnationem defuncto,
quod ſanè probatur ex ipſa met diſpoſitione Conſtitutionum in ſu-
7 pra citato §. *omnium*, ubi expreſſe præſcribitur ante confiſcationem
prætedere debere Rei condemnationem, ibi, *omnium qui in contu-
maciam, vel convicti condemnati erunt;* ex quibus verbis clarè con-
ſtat Conſtitutiones, licet pœnam confiſcationis bonorum *ipſo jure*,
& facto a die commiſſi criminis infligant, requirere tamen delin-
quentem non ſolum fuiſſe convictum, vel contumacem, ſed etiam
condemnatum; unde cum condemnatio ſit qualitas ab ipſis Conſti-
8 tutionibus requiſita, qua non verificata in caſu mortis Rei ante
condemnationem, illarum ceſſare diſpoſitionem neceſsè eſt *l. divus*.
ubi Bart. & communiter DD. *ff. de milit. teſtam.*, quam ſanè ve-
ritatem in punctualibus terminis harum Conſtitutionum agnoſcunt,
& fatentur Plot. *conſ.* 30. *n.* 32. Carpan. *in d.* §. *omnium*. *n.* 654.
Boſs. *tract. var. tit. de pœn. n.* 34., ubi ſe obtinuiſſe dicit, & Curt.
Sen. *conſ.* 59. *n.* 6. verſic. *tum quia*.

Ulterius ad rem facit, quod ubi non conveniunt verba, diſ-
9 poſitio non militat *l.* 3. §. *quoties*. ubi Bart. & Angel. *ff. de dam-
no infec.;* ſed dicta verba Conſtitutionum *condemnati erunt* non
conveniunt eo caſu, quo Reus ante condemnationem decedat, er-
go non militabit earundem diſpoſitio.

Demum firmata concluſio comprobatur, quia ubicunque *ipſo
10 jure, & facto* imponitur aliqua pœna, hæc nunquam exigi poteſt,
niſi ſecuta ſententia declaratoria *tex. in c. cum ſecundum*. in fin.
cum ibi not. per Jo: Andream, Archidiac., & Gemin. *de Hæret.
in 6.*, Burſat. qui innumeros colligit *in conſ.* 14. *n.* 18. *& ſequ.
lib.* 1. Rol. a Val. qui teſtatur de communi *in conſ.* 8. *n.* 7. *vol.*
11 3.; ſed ſic eſt, quod ſententia declaratoria contra mortuum pro-
ferri non poteſt *l. penult.*, *& fin. ff. quæ ſenten. ſine appellat. reſcind.
c. fin.* in fine, ubi Gloſ., Abb., Ancar., Card., & alii. *de dona-
tion.*, *l. ult.*, ubi Bal., Ripa, Salicet., & alii. *C. de revoc. donat.*,
Jaſ. *in l.* 3. §. *quod autem*. *ff. quod quiſque jur.* Curt. Sen. *conſ.* 59.
n. 7. Boſs. *d. tit. de pœn. n.* 34. verſic. *eſt verum;* ergo mortuo

Reo

Digitized by Google

Reo ante ſententiam condemnatoriam locus eſſe non poteſt confiſ-
cationi ejus bonorum.
Non obſtant modo, quæ in contrarium pro Fiſco ſuperius ad-
ducta ſunt; nam ad primum objectum reſpondetur diſtinguendo
12 duos caſus: aut enim Lex, Conſtitutio, aut Statutum ſimpliciter
confiſcant bona *ipſo jure*, neque ulterius quidquam requirunt; aut
etiam ſententiam deſiderant condemnatoriam; primo caſu facilius
admitti poſſet objectum, quod ſecundo abſolutè negatur; nam Con-
ſtitutiones verſantur in hoc ſecundo caſu, ut patet ex illis verbis
omnium qui in contumaciam, *vel convicti condemnati erunt*, ex qui-
bus clarè apparet Conſtitutiones requirere condemnationem, quia
alias dicere cogeremur ſuperfluo appoſitum fuiſſe verbum *condemnati*
13 contra text. *in l. 4. in princ. ff. de jure jur. & c. ſi Roman. 19.
diſtinct.*; quæ ſanè condemnatio, cum mortuo Reo tam quoad
14 perſonam, quam quoad confiſcationem ipſius bonorum proferri non
poſſit *l. de qua re*. §. *cum abſentem*, ubi Bart., & Angel. *ff. de
judic.*, *l. penult.*, *& fin. ff. quæ ſenten. ſine appell. reſcin. &c. &
l. defuncto*, ubi omnes. *ff. de pub. judic.*, neceſſario ſequitur hære-
dem pro bonis Rei ante condemnationem defuncti moleſtari non
poſſe; & hujus concluſionis veritas clarius emicat retenta diſpoſi-
tione juris communis, per quod quandocunque bona *ipſo jure* con-
fiſcantur, tamen hujuſmodi executio, vel bonorum ipſorum occu-
15 patio niſi prolatâ ſuper crimine ſententiâ fieri non poteſt, ubicun-
que ſententia declaratoria requiritur ad latè notata per Curt. ſen.
in *conſ. 59. n. 5.* verſic. *venio ad ſecundum*; & in terminis noſtra-
rum Conſtitutionum latè firmant Plot. *conſ. 30. n. 32.* Carpan. *in
d.* §. *omnium. n. 650.* Boſs. *tit. de pœn. n. 34.* verſic. *ſed ponderat*.
Reſpondetur etiam, quod licet Conſtitutiones pœnam bono-
rum confiſcationis a die commiſſi criminis *ipſo jure* imponant, om-
16 nino tamen volunt, ut effectum ſortiatur confiſcatio vivente ipſo
Reo tempore condemnationis, ut convincitur ex illis verbis *omnium
condemnati erunt*, *bona*, *& jura ipſorum omnium malefactorum*, quæ
de jam mortuis prædicari non poſſe omnes noſcunt, cum mortui
17 non dicantur habere bona, & jura, nec amplius homines ſint, &
per conſequens deſierint venire appellatione Malefactorum, ut aliis
adductis ponderat Carpan. *in* §. *homicida. n. 773.*; undè cum Con-
ſtitutiones, ut bona *ipſo jure* confiſcata ſint, duo eodem tempore
18 copulativè requirant, nimirum condemnationem, & vitam delin-
quentis, hac deficiente, illarum ceſſare diſpoſitionem neceſsè eſt ad
text. *in l. ſi hæredes plures. ff. de condit. inſtit.*, & quando plura
19 requiruntur, res perficitur ex ultimo *l. quoties. C. de rei vindic.*
Cum ergo Conſtitutiones requirant ſententiam condemnatoriam
tempore vitæ delinquentis, & poſtea prohibeant opponi poſſe non
conſtare de proceſſu, innegabile argumentum eſt eaſdem nolle,
quod appellatione proceſſus veniat ſententia, qua neceſſario præ-
exiſtente ante mortem delinquentis, non poteſt opponi non conſta-
20 re de illius exiſtentia; quia alioquin dicere cogeremur eaſdem con-

 tinere

tinere repugnantiam, & ſe ſe incontenenti correxiſſe contra text.
in l. non ad ea; ubi Gloſ. & DD. *ff. de condit.*, *&* *demonſtrat.;*
unde concludendum eſt prohibitum non eſſe hæredibus Rei ante
condemnationem defuncti opponere poſſe de non exiſtentià ſententiæ
condemnatoriæ, & per conſequens locum eſſe non poſſe bonorum
confiſcationi.

Quamobrem deſtructis fundamentis, quibus inniti poſſet Fiſci
prætenſio, firma ſtat ſuperius probata concluſio, quod bonorum
confiſcationi locus eſſe non poteſt, niſi ſecuta ſententia cendemna-
toria ipſo Reo vivente, licet ex Conſtitutionibus pœna confiſcatio-
nis impoſita ſit *ipſo jure & facto* a die commiſſi criminis. Hanc ſen-
tentiam eſſe receptam Mediolani teſtantur Boſſius loquens etiam in
21 crimine læſæ Majeſtatis *in tit. de accuſat. ſub n. 34.*, *in tit. de
crim. læſæ majeſt. n. 76.*, *& in tit. de ſtupr. deteſt. ſub n.* 3. ubi
ait ſe obtinuiſſe pro bonis D. Baptiſtæ de Sabadinis, item *in tit.
de pœn. ſub n. 34.*, *in tit. de bonor. publicat. ſub n. 80.*, *& in tit.
de ſent. n. 49.*, & Clar. *pract. crim.* §. *fin. quæſt.* 51. *ſub n.* 15.
Idem atteſtatus eſt Magiſtratus extraord. reddit. in ejus voto con-
22 ſultivo diei 15. Julii 1622. tranſmiſſo Sacræ Cathol. Majeſtati in
cauſa D. Præſidis Mendotiæ vitâ functi ante ſecutas contra eum
pecuniarias condemnationes occaſione Regiæ Generalis Viſitationis,
quod approbatum fuit ab eadem Sac. Cathol. Majeſtate ejus litte-
ris diei 21. Februarii 1623. directis Excellentiſſimo Duci Feriæ
hujus Dominii Moderatori.

In alio caſu eadem quæſtio promoveri poſſet per Fiſcum, nem-
pe in caſu gratiæ a Principe per Reum obtentæ, ſed reſtrictè quo-
ad perſonam tantum, & poſtea vita functo nulla ſecuta ipſo vi-
vente ſententia condemnatoria quoad bona; & in tali caſu videre-
tur Fiſcum fortius fundamentum pro obtinenda bonorum confiſca-
tione contra hæredes deſumere poſſe ex Conſtitutionibus *in tit. de
23 jure*, *& privil. Fiſci.* §. *litteræ gratiæ*, ubi diſponitur, quod litte-
ræ gratiarum non concedantur niſi fatentibus delictum cum ſuis
qualitatibus; qua Rei confeſſione exiſtente, etiam non lata ſenten-
24 tia, poſt ipſius mortem procedi poſſe ad bonorum confiſcationem
docet text. *in l. proinde.* §. *ſi procurator.* *ff. ad leg. Aquil.*, quia
25 ex confeſſione datur actio ac ſi ſententia lata fuiſſet Specul. *de ac-
cuſat.* §. 1. *n.* 25. *&* 26.*;* unde cum confeſſio habeat vim ſenten-
tiæ, Reus defunctus, dum vivens fuit confeſſus, per æquipollens
26 ipſi ſententiæ, præjudicaſſe dicitur hæredi, Innoc. *in c. cum dilectus.
de ſucceſ. ab inteſt.*, quem ſequuntur Angel. *in l.* 2. §. *hoc Edicto.
in fin. ff. de vi bonor. rapt.*, & Bal. *in l. 1. n. 9. C. ex delic. de-
fun.*, & augeretur Fiſci fundamentum ex *cit.* §. *litteræ gratiæ*, quia
ita diſpoſitum fuiſſe ad hunc dumtaxat finem, ut ex delinquentis
27 confeſſione ipſius bona poſſent confiſcari tradit Boſſ. *tit. de remed.
ex ſola clemen. Princip. n.* 29.

Vera tamen etiam in hoc caſu concluſio eſt non poſſe proce-
di ad bonorum confiſcationem contra hæredem delinquentis, qui

peti-

Digitized by Google

petita, & a Principe obtenta gratia quoad perſonam tantum, de-
ceſſerit ante ſententiam condemnatoriam quoad bona, & hoc clarè
patebit deſtructo fundamento pro Fiſco in contrarium adducto.

Reſpondetur itaque in *d.* §. *litteræ gratiæ* non diſponi, ut pe-
28 tentes gratiam confiteantur delictum, ſed ſolum ut illud exprimant
cum ſuis qualitatibus -- ibi -- *exprimant delictum cum qualitatibus ei
adjunctis*, & hoc juſtum eſt, ut Princeps cognita qualitate delicti
deliberare queat an velit gratiam concedere; ſed non inde ſequi-
tur, quod petentes gratiam fateantur delictum, cum ſæpè impictis
de crimine expediat ſe ſe eximere a perſonali moleſtia per viam
gratiæ, & non per viam juſtitiæ, vel ob impotentiam, vel ad evi-
tandas graves expenſas, quas ſubire cogerentur, ubi vellent pro-
priam innocentiam probare, vel aggravantes delicti qualitates de-
ſtruere; & ſanè ſi Conſtitutionum Conditores Juriſperitiſſimi voluiſ-
ſent in petentibus gratiam confeſſionem expreſſam proprii crimi-
nis, ſciviſſent loco verbi *exprimant* ponere verbum *confiteantur;*
unde ex tali omiſſione deducendum eſt quoad veram confeſſionem
delicti ſe ſe remiſiſſe diſpoſitioni juris communis, quo inſpecto
29 petens gratiam non cenſetur fateri delictum, Gloſ. in *c. exhibita.*
in verb. *veniam poſtulavit. de homicid.*, Alex. *in l. 1. in prin. ff.
de nov. oper. nunc;* Marſil. pluribus cumulatis. *pract. crim.* §. *dili-
genter. n.* 180.

Et licet in *d.* §. *litteræ gratiæ* inducatur delicti confeſſio ex
petitione gratiæ quoad effectum condemnationis nunquam tamen ejuſ-
modi confeſſio erit vera, & propria ipſius delinquentis, ſed ficta, ta-
cita, & præſumpta, cujus virtute procedi non poteſt ad confiſcatio-
30 nem bonorum contra hæredem Rei vitâ functi antequam per Judicem
pronunciatum ſit ipſum habendum eſſe pro confeſſo, ut apertè præ-
ſcribitur in *l. ejus qui delatorem. ff. de jure Fiſci* -- ibi -- *verum opor-
tet conſtare prius, & de crimine pronunciare*, Bart. *in l.* 2. §. *quod
ſi actor. in fine. C. de jur. calum.*, Bal. *in l.* 2. verſic. *ſecundo que-
ritur. C. de edendo*, ubi dicit, quod ſi Bannitus, qui pro convi-
31 cto, & confeſſo habetur, ante ſententiam moriatur, ex illa tacita,
& ficta confeſſione fieri non poterit executio contra ejus hæredes,
Curt. Sen. *conſ.* 59. *n.* 7. verſic. *ſecunda eſt; & n.* 8. ubi teſtatur
32 objectum procedere in vera confeſſione, quæ æquiparatur ſenten-
tiæ, non in ficta, quod etiam approbat Plot. *conſ.* 30. *n.* 33., ubi
inquit, quod ſi confeſſus fictè ex forma Statutorum moriatur ante-
quam retificet, vel condemnetur, ejus bona per Fiſcum non pote-
33 runt retineri, ſed erunt ipſius hæredum, quamvis Conſtitutio *ipſo
jure* bona confiſcet, idem profitetur Boſs. *tit. de pœn. n.* 34., &
Carpan. ad *d.* §. *omnium. n.* 653.

Nec obſtat, ſi dicatur non requiri ſententiam, nec particula-
rem pronunciationem, quod quis habendus ſit pro confeſſo, vel
34 condemnato, quando ficta confeſſio tranſit *ipſo jure* in condemna-
tionem, & ex ipſius Statuti diſpoſitione trahit ſuum effectum con-
fiſcationis bonorum, vel alterius pœnæ pecuniariæ, ut *in d.* §. *lit-*

teræ

Digitized by Google

teræ gratiæ -- ibi -- *hujuſcemodique confeſſio habeat eundem effectum*, *ac*
ſi condemnatio ſecuta eſſet juxta theoricam Bal. *in l. un. C. ex de-*
lic. defun. n. 12. *&* 16., quam ſequitur Alex. *in addit. ad Bart.*
in l. ejus qui delatorem. 31. *ff. de jure Fiſci lit. B. in fine*, & tenent
Boſſ. *in tit. de ſent. ſub n.* 47. Oſaſc. *deciſ.* 106. *n.* 2.
Hæc enim Baldi theorica intelligenda eſt de ſententia condem-
35 natoria hominis, non de declaratoria, ut intelligit ipſe Baldus *loc.*
cit., & clarius explicat Peregrin. *de jure Fiſci lib.* 4. *tit.* 5. *n.* 8.,
Guazzin. *de confiſcat. bonor. concluſ.* 18. *n.* 67., & in his terminis
admittit Oſaſc. in allegata *deciſ.* 106. *n.* 2. *&* 3. *in fine*.
Rurſus intelligenda eſt de ſententia declaratoria Judicis quoad
36 effectus juris, non autem de ſententia declaratoria quoad effectus
facti, ſicuti diſtinguendo docet Peregrin. *d. lib.* 4. *tit.* 5. *n.* 13.
verſic. *& nota quod;* quia in caſibus, in quibus pœna imponitur
ipſo jure, ſemper requiritur ſententia ſaltem declaratoria ſuper fa-
37 cto, qua declaretur eum, cui pœna eſt inferenda, deliquiſſe, & hæc
præcedere debet, ad hoc ut clauſula *ipſo jure* ſuos operetur effe-
ctus, ut in terminis noſtrarum Conſtitutionum tradidere Curt. Sen.
conſ. 59. *n.* 6. verſic. *confirmamus prædicta*, Boſſ. in *tit. de crim.*
læſæ majeſt. n. 75. *& in tit. de pœn. n.* 34. Plot. *conſ.* 30. *ſub n.*
6. Alba *conſ.* 117. *n.* 4. *lib.* 1., Clar. in §. *fin. quæſt.* 51. *ſub n.* 15.
ubi ſubdit ſe ita ſemper vidiſſe obſervari, & Carpan. ad *d.* §. *om-*
nium. *n.* 569. 589. 591. 607. 632. 633. 634. *&* 644., quibus in
locis defendit, & probat, quod etiam in terminis noſtrarum Con-
ſtitutionum, per quas pœna confiſcationis bonorum intelligitur im-
poſita *ipſo jure* ſemper requiritur declaratoria ſententia ſuper facto,
& qualitate criminis, dicitque hanc veram, & communem eſſe
opinionem, maximè propter illa verba Conſtitut. *condemnati erunt*.
Et quamvis quoad ſententiam declaratoriam ſuper facto aliqui
38 velint, eam, ferri poſſe etiam mortuo Reo citatis ejus hæredibus,
ut tenent Menoch. *conſ.* 99. *ſub n.* 171., *&* 172., Peregrin. *de*
jure Fiſci lib. 4. *tit.* 5. *n.* 13., Bajard. in *addit. ad Clar. d. quæſt.*
51. *n.* 38.
Contrarium tamen firmant Jaſ. in *l. ſi quis*. 3. §. *quod autem*.
39 *n.* 7. *ff. quod quiſque jur.*, Curt. Sen. *conſ.* 59. *ſub n.* 6. verſic. *ſi ergo*,
& verſic. *confirmamus*. *in fine*, Plot. *conſ.* 30. *n.* 32. *& conſ.* 50. *ſub n.* 7. Ri-
pa in *l. fin. C. de revoc. donat. n. fin.*, Oſaſc. *deciſ.* 106. *n.* 2. *&* 3.,
Cravet. *conſ.* 983. *n.* 31., & aliis relatis Burſat. *conſ.* 77. *n.* 22. Ga-
briel. *concluſ.* 35. *n.* 16. *lib.* 7. Farinac. *de inquiſit. quæſt.* 10. *n.* 69.,
qui volunt mortuo Reo nullam amplius declaratoriam ferri poſſe,
nec pœnam tranſire ad hæredes.
Hanc DD. opinionem Mediolani eſſe receptam probatum eſt
ſupra *n.* 21. *&* 22., eamque procedere etiam in ſecundo ſuperius
40 propoſito caſu dubitari non poteſt; quippe quia mortuo Cæſare Bo-
netto Cremonenſi poſt obtentam gratiam quoad pœnam corporalem
tantum, ſed ante condemnationem quoad bona, & inſtante Fiſco
contra ejus hæredes pro apprehenſione bonorum vigore *d.* §. *litteræ*
gra-

Digitized by Google

gratiæ, res delata eſt ad Senatum, qui referente Magnifico Senatore Petracino cenſuit die 30. Julii 1635. ad apprehenſionem & confiſcationem bonorum dicti Cæſaris procedi non poſſe.

Ad Ord. XIII. Novembris MDLIII. renovatum die IX. Junii MDCCXIV. qui incipit cohibere curavit.

ANNOT.

QUamvis iſtæ Sanctiones indiſtinctè loquantur, non tamen comprehendunt Minores, aut alios privilegiatos, ſi in petitione coram Senatu ſuccumbant, niſi in decreto rejiciente ejuſmodi petitionem exprimatur expenſarum condemnatio, quia in generali diſpoſitione non cenſentur comprehenſi, qui in jure ſunt privilegiati ad text. in *l. unic. §. ſi quæ vero. C. de Juſtinianeo Cod. confirm.*, *in l. ult. C. de jure dot.*, & *in l.* 3. ibique Gloſ. *C. de ſilentiar. lib.* 12., & ita declaravit Senatus ſuper informatione Egr. Secretarii hebdomadarii Don Antonii Cabiati in caſu quorundam Minorum. Ita mihi atteſtatus eſt præſatus Egr. Cabiatus.

Ad Ord. XXVII. Julii MDLIV.

ANNOT.

LIcet Milites regulariter accuſare prohibeantur ex *textu in l. qui accuſare. in prin. ff. de accuſat. & in c. prohibentur.* 2. *qu.* 1. Decian. *tract. crim. tom.* 1. *lib.* 3. *cap.* 16. *n.* 1., attamen non prohibentur in crimine fraudatæ Annonæ text. clarus in *l. mulierem. §. milites. ff. de accuſat.*, *& in l. famoſi in prin. ff. ad L. Jul. Majeſt.*, quia cum pro pace publica excubent, multo magis pro ſalute, & vita publica excubare debent, Decian. *d. cap. n.* 10., qui *n.* 11. ex dictis juribus notandum eſſe ait magis expedire Reipublicæ conſervari Annonam, quam pacem, vel quam delicta puniri.

Ad Ord. XV. Junii MDLVI.

ANNOT.

DE Debitore fugitivo, vel ſuſpecto de fuga late agit Mauſon. *de cauſis executiv. prælud.* 2. *per tot.*

Pro obſervantia hujus Ordinis quoad probationem ſuſpicionis fugæ intra quatriduum præſtandam ſteterunt ſententiæ; altera nimirum Magiſtratus anni 1632. favore Franciſci Mariani referente
1 Spectab. Quæſtore Cavalchino poſtea Senatore; & altera Senatus

anni

2 anni 1656. referente Magniſ. Senatore Carillo favore Æmilii Ri-
goni.
Appellatio non admittitur a ſententia ſive in favorem, ſive
contra Debitorem lata ſuper ejuſdem detentione ob ſuſpicionem
fugæ. Ita decrevit Senatus die 6. Novembris 1593. ſuper precibus
3 Tiberii Sylvæ, & Julii de Sancto Ambroſio, datis literis Executo-
ribus Regiæ Cameræ.

Ad Ord. XXIX. Maji MDLVII.

ANNOT.

QUæ dicta ſunt in mea annotatione ad hunc Ordinem *n.* 8. *&
ſeqq.* intelligi debent procedere, quando in conceſſione civi-
litatis ſimpliciter appoſita ſit obligatio habitandi; nam ubi
ea conceſſa ſit cum obligatione habitandi intra præſcriptum tem-
pus, & cum clauſula annullativa conceſſionis in caſu inademple-
1 menti, tunc hujuſmodi privilegium non attenditur non probato
adimplemento dictæ obligationis, ut firmat celeberrimus olim Ad-
vocatus, poſtea Senator Sertorius penes Redenaſch. *conſ.* 90. *n.* 28.
& ſeqq.
Et quamvis ejuſmodi obligatio dici poſſit adjecta in viam modi,
& non conditionis, ita ut tamquam de modo quis non teneatur il-
2 lum adimplere niſi interpellatus, nec per inademplementum annul-
letur Civilitatis conceſſio, & tantum agi poſſit ad implementum per
ea, quæ de modo tradunt Caſtill. *contr. cap.* 55. *n.* 46., Cyriac. *contr.*
153. *n.* 54., & Andreol. *contr.* 358.
Attamen hoc non procedit, quando in conceſſione eſt præ-
3 ſcriptus terminus habitandi, qui ſemper interpellat, ut ſe explicat
idem Andreol. *contr.* 271. *n.* 30. *& contr.* 272. *n.* 13., & adeſt clau-
ſula reſolutiva, ubi intra præſcriptum tempus non fuerit adimpleta
obligatio; nam licet dicta clauſula conceſſionem non ſuſpendat in
vim conditionis, ſed in vim modi reſolvat ad tradita per Caſtill.
4 *contr.* 109.; effectus tamen reſolutionis ut nunc, idem eſt ac ſuſ-
penſionis ex tunc per text. in *l.* 1. *C. de donat. quæ ſub modo* Cyriac.
contr. 230. *n.* 22., *&* 23., & in puncto Rimin. Jun. *conſ.* 23. *n.* 10.
vol. 1.
Et ubi privilegium Civilitatis ab initio ſuum ſortitum ſit ef-
fectum per actualem habitationem, per ejuſdem deſertionem cenſe-
5 tur amiſſum; quia Civis ex privilegio, ſi non habitat, amittit
omnia privilegia Civilitatis, laudatus Sertorius *ubi ſupra.* *n.* 37.
38. *&* 41. Capyc. Galeota *lib.* 2. *contr.* 67. *n.* 20. Coſta *conſ.* 16. *n.* 30.
Cum in caſu inademplementi conditionis habitandi in hoc Do-
minio, bona ſtabilia a Cive ex privilegio acquiſita devolvantur ad
6 Fiſcum, ſequitur exceptionem contraventionis a Fiſco dumtaxat eſſe
proponibilem juxta communem DD. traditionem; Bald. *conſ.* 480. *n.* 4.
lib.

lib. 1. Rimin. Jun. *conſ.* 23. *n.* 177. *&* *conſ.* 193. *n.* 22., Cephal.
conſ. 706. *n.* 26. Manent. *conſ.* 83. *n.* 12. Bardellon. *conſ.* 144. *n.*
23. Cyriac. *contr.* 205. *n.* 170. *cum ſequ.* Pignant. *ad Stat. Ferrar.*
rub. 98. *n.* 6. Melius *allegat.* 52. *n.* 8. *&* *allegat.* 110. *n.* 8. *lib.* 3.,
Surd. *conſ.* 48. *n.* 21., *&* *conſ.* 93. *n.* 15., latè Bonden. *colluct.* 31.
n. 306. *&* *ſequ. vol.* 2., Rota Rom. *deciſ.* 4. *n.* 25. *&* 26. *part.* 16.
recent. Cenſal. *deciſ.* 85. *n.* 49. Ricius apud Gob. *conſult.* 50. *n.* 28.
vol. 2., & ibidem Manſ. *n.* 81. *&* 84., & in terminis Conſtitutionum
hujus dominii prohibentium alienationem rei immobilis in non ſub-
ditum ſub pœna devolutionis ipſo jure & facto in Fiſcum, quod
7 ſolus Fiſcus poſſit opponere de hac pœna notat poſt plurimos Car-
pan. *in ſuis comment. ad N. C. tit. de pœnis §. collegiis. n.* 186.

Conceſſum fuerat a Senatu die 11. Februarii 1579. Comiti
Trinitatis privilegium Civilitatis ſub expreſſa conditione habitandi
in hoc Dominio, ita quod ſi deſiiſſet habitare, bona ipſo jure ad
Fiſcum devolverentur, & contractis nuptiis cum Lavinia Viceco-
mite habitis in dotem æſtimatam ejus bonis in hoc Dominio exi-
ſtentibus habitaverat a dicto anno 1579. uſque ad annum 1585., &
poſtea deſeruerat incolatum habitando in Regione Sabaudiæ, ubi
poſſidebat bona propria; elapſis nonnullis annis, & defuncto dicto
Comite Trinitatis, inſteterant Delator & Fiſcus, quod Lavinia ſe-
cundo loco nupta Alexandro Viſtarino ob deſertionem habitationis
primi ejus Mariti in eam pœnam incidiſſet, & bona translata eſſent
in Fiſcum, e contra vero dicebatur ex parte dictæ Laviniæ dictam
pœnam debere intelligi remiſſam vigore generalis Indulti diei 26.
Februarii 1600.

Contendebat acriter Fiſcus hunc caſum non eſſe comprehen-
ſum in dicto Decreto gratioſo, quia ageretur non de pœna crimina-
li, ſed de pœna conventionali proveniente a contractu conceſſionis
Civilitatis, & per conſequens bona eſſe devoluta Fiſco non in pœ-
nam delicti, quale non eſt deſerere habitationem, ſed in pœnam
non adimpletæ formæ in conceſſione Civilitatis præſcriptæ.

Re demum in Senatu propoſita ſancitum fuit dictam Lavi-
8 niam abſolvendam vigore dicti generalis Indulti, ut notat Porrus
faſcic. rer. crim. §. judicium. verſic. *cæterum pag.* 1., & ſub verſic.
reſpondente pag. 2., qui uſque *ad pag.* 26. refert hinc inde latè de-
ducta in hac cauſa.

Expedit Civilitatis privilegia Alienigenis concedere, & facilius
creſcunt, & augentur imperia, ſi honorarii ejuſmodi Cives admit-
tantur ad civica munera, & ad Civitatis adminiſtrationem, ut ad-
9 monet occulatiſſimus Contarenus *in ſua Repub. ſub tit. a far riuſcir*
la tua Metropoli più potente fol. mihi 79. in hæc verba: *admetti i*
Foraſtieri alla Civiltà per aver forze da creſcer l'imperio: comunica
con Cittadini il governo della Città, e parimemte con Sudditi Fora-
ſtieri.

Ad Ord. IV. Septembris MDLXI.

ANNOT.

1 HOc privilegium non competit Tubatoribus Civitatis Mediolani, ut referente Magniſ. Marchione Caxa declaravit Senatus die 1. Septembris *1664*. -- Egr. Secret. Coſſa.
Barenderius habitans in Curia Regia prætendebat vigore hujus
privilegii conducere aliam domum pro exercenda paleſtra gladiato-
ria, & causâ in gradu appellationis propoſitâ coram Senatu ad rela-
2 tionem Magnifici Senatoris Arconati, rejecta fuit appellatio quoad
utrumque effectum contra ipſum Barenderium, & favore Viduæ
Fraſconæ die 12. Octobris *1668*. -- Egr. Secret. Sadarino.
Non competit hoc privilegium Egregiis Vicariis Generalibus
3 hujus Dominii. Ita referente Magnifico Com. Burro declaravit Se-
natus die 15. Julii *1669*. in caſu Egr. Vicarii Generalis Petri Pauli
Bonetti J. C. C. Cremonæ, mox Regii Advoc. Fiſcalis, & demum
Senatoris -- Egr. Secret. Sadarino.
RR. Patres Chartuſienſes prætendebant non poſſe eorum domum
aſſignari Curialibus, cum & ipſi dici poſſent tales attentis eorum
privilegiis. Referente Magnifico Senatore Puteo Senatus decrevit
4 die *26*. Novembris *1670*. habere locum eorum petitionem, ubi
eam locare vellent perſonis ipſis inſervientibus; reſervato tamen
jure, ubi venirent in Urbem Perſonæ Regiæ -- Egr. Secret. Maddio.
Hoc privilegium non extenditur ad Apotecas. Ita in caſu
5 cujuſdam Palermitani decidit Senatus die *9*. Septembris 1671. refe-
rente Magnifico Com. Burro -- Egr. Secret. Gradignano.

Ad Ord. XI. Decembris MDXCII.

ANNOT.

BArbara Tapella, de qua in hoc ordine, imputata fuerat de
homicidio patrato in perſonam Marani Aurificis ejus Mariti,
ut Amaſium ſuper induceret, ut contigit; nam dicta Mulier & Ama-
1 ſius poſquam fuerunt torti, & in tormentis ſuſtinuerunt innocen-
tiam, quam profitebantur, matrimonio mutuo ſe junxerunt, ut re-
ſert Porrus *in ſchol. ad cap.* 2. Ambroſin. *de proceſ. informat.*, &
opinatur illud matrimonium ſubſecutum fuiſſe ex fide data viven-
te primo Marito, & teſtatur ſe eos vidiſſe ad mendicitatem pror-
ſus redactos; & Cauſidicum tam injuſtam forte cauſam patrocinan-
tem fuiſſe occiſum.
Hoc decretum non procedere in ſuſpicione violenta, & vehe-
2 menter probabili firmat laudatus Por. *loc. cit.* Illa autem dicitur
ſuſpicio violenta, quæ oritur ex gravioribus, & urgentibus indiciis
reddentibus animum Judicis conſtantem, & ſine dubitatione, ipſum-
que

Digitized by Google

3 que impellentibus ad uni parti potius, quam alteri adhærendum,
quia credulitatem, fidemque cauſat. *Auth. ſi quis ei. C. ad l. Jul.
de adulter.*, & ita tradit Menoch. *de præſumpt. lib.* 1. *quæſt.* 7. *n.*
56., quem ſequitur Farinac. *de indic. & tortura quæſt.* 36. *n.* 183.
apud quos latè agitur de aliis gradibus ſuſpicionis.

Ad Ord. IV. Januarii MDXCIV.

Annot.

PRæcepta alicui tranſmiſſa, nulla expreſſa causâ, patenti nulli-
1 tate, & injuſtitia laborant per text. in *l. ſciendum. ff. de ap-
pellat.*, & *c. veniens, & c. propoſuit. de filiis Preſbyt.* Pariſ. de Put.
tract. de Syndic. in verbo *præceptum. cap.* 2. *n.* 7. & *cap.* 3. *n.* 2.
circa med. Scaccia *de judic. lib.* 1. *cap.* 58. *n.* 10. Bajard. ad Clar.
quæſt. 31. *n.* 16. Bertazol. *conſ.* 416. *n.* 7., unde ſi is, contra quem
2 relaxatum fuit hujuſmodi præceptum, non obtemperet, & contu-
max exiſtat, mulctari non poteſt *l.* 1. & 3., ibique Scribentes. *ff.
ne quis eum qui &c.* Bart. in *l.* 1. §. *is videtur. n.* 3. *ff. ſi quis Juſ-
dicenti non obtem.* Scaccia *ubi ſupra*. Cyriac. *contr.* 101. *n.* 42., &
contr. 637. *n. fin.* Antonin. de Amat. *reſol.* 72. *n.* 32.

Secluſa hujus Ordinis diſpoſitione ignorantia intimationis præ-
cepti ſufficit ad evitandam pœnam; ſiquidem in ignorante non
3 conſideratur culpa, ſine qua nemo incurrit pœnam *l. fin. ff. de de-
cret. ab ord. facien.* Bart. in *l. cunctos populos. n.* 20. *C. de ſum. Tri-
4 nit. l. ſi qua pœna. ff. de verb. ſignif.* Giurba *conſ.* 12. *n.* 25. &
26. cum ibi plenè cumul.; imò ignorantiam excludere contemptum
Judicis certum eſt, ut ex pluribus concludit Giurba *conſ.* 34. *n.* 29.
& *d. conſ.* 12. *n.* 16., ubi tradit, ad hoc ut ratione contemptus
5 pœnæ locus ſit, requiri ſcientiam certam, plenam, & veram, &
non ſufficere præſumptam.

Si præceptum oretenus fiat alicui exiſtenti in Eccleſia, vel alio
6 loco ſacro, ejuſmodi præceptum, ſaltem quoad pœnam infligendam,
nullum eſt *c.* 1. & *c. cum Eccleſia. de immunit. Ecclеſ.* Plot. *conſ.*
2. *n.* 41. *inter conſ. crim. diverſor. tom.* 2. Carpzov. *in prax. cri-
min. par.* 3. *quæſt.* 110. *n.* 91.

Mulcta infligi non poteſt, niſi quando quis Judici non obtem-
perat in ipſius contemptum; non autem quando ex aliqua alia cau-
7 ſa etiam minus juſta, ſed colorata, citra tamen contemptum Judi-
cis non obtemperat text. cum Gloſ. in *l. ſatiſque pœnæ. ff. de in
jus voc.* Plot. *d. conſ.* 2. *n.* 6.; in ſola enim inobedientia non con-
8 ſideratur contemptus, ob quem ſolummodo pœna incurritur Gloſ. *in
c. de libellis.* 20. *diſtinct.* Bal. in *l.* 1. *C. de his quæ pœnæ nom.*
Decian. *conſ.* 14. *n.* 9. *lib.* 3. Giurba *conſ.* 33. *n.* 20., & juſta cauſa
credulitatis non contemnendi Judicem per ſolam inobedientiam ex-
9 cuſat a culpa, a pœna, & a contemptu Judicis, Giurba *conſ.* 34. *n.*

Digitized by Google

25. Capyc. Latro *conſ.* 1. *n.* 106. 107. 108. Capyc. *deciſ.* 20. *n.* 10.
Gabriel. *commun. opin. lib.* 7. *concluſ.* 8., & non obediens ex aliqua
10 cauſa colorata, & etiam beſtiali, non præſumitur inobediens in con-
temptum Judicis, quo ſecluſo locus non eſt pœnæ Antonin. de Amat.
reſol. 72. *n.* 33. & 34. cum ibi plenè congeſtis.

Si poſt tranſmiſſum, & non executum primum præceptum,
aliud denuo intimetur, ut, qui primo non paruit, ſe conſignet in
fortiis Juſtitiæ, & huic ſecundo obtemperet, tunc contumacia reſpe-
ctu primi præcepti purgata cenſetur ejuſmodi conſignatione, adeo ut
mulctæ amplius locus non ſit; nam iniquum eſt hominem poſſidere,
11 & pœnam expoſcere pecuniariam *l. apud Celſum.* §. *Labeo. ff. de doli
excep.* Ponte *de poteſt. Proreg. art.* 1. *de diverſ. pœn. fieri ſolit. n.*
28., *l. reſcriptum.* §. *ſi facto. ff. de pact.* Giurba *conſ.* 33. *n.* 11.
& 12. & *conſ.* 34. *n.* 34., & facit, quod pœna ratione contemptus
12 debita, cum exacta ſit res principalis, evaneſcit *l. ſi duo.* §. *item
ſi duo. ff. ſi quis caut. &c.* Giurba *d. conſ.* 33. *n.* 1.

Ad Ord. XVI. Septembris MDXCIV.

ANNOT.

FIdejuſſor condemnatus ob non præſentatum Reum, liberatur a
moleſtia, ſi eadem die ipſe Principalis ſe præſentet in carcere.
1 Ita referente Magnifico Puteo cenſuit Senatus die *9.* Novembris
1668. in caſu Fratrum de Canis e loco Galiati, quorum Fidejuſſo-
res condemnati fuerant a Prætore Novariæ -- Egr. Secret. Sadarino.

Si Fidejuſſor de præſentando Reum, non poſſit ipſum præſenta-
re, quia Judex miſerit Satellites ad eum capiendum, & aufugerit,
an liberatus remaneat a ſuſcepta obligatione illum præſentandi exa-
minat. Farinac. *quæſt.* 34. *n.* 169. & 170. adductis rationibus, & DD.
tam favore Fidejuſſoris, quam Fiſci, & licet videatur ejus opinionem
eſſe pro Fiſco, reſolvendum tamen eſt favore Fidejuſſoris; quia Ju-
dex mittendo Satellites dedit cauſam fugæ, & per conſequens Fidejuſſor
utpotè impeditus ex facto Judicis Reum repræſentare, debet cenſeri
liberatus ab ejus obligatione de illum conſignando; ubi enim Reus cul-
pâ Judicis aufugit, non tenetur Fidejuſſor ſubire aliquam pœnam ad text.
2 *in l. ſancimus. C. de pœnis*, & aliis adductis firmat Giurba *conſ. crim.* 35.
n. 28.; culpa autem fugæ in tali caſu tribuenda procul dubio eſt Judici,
qui mittendo Satellites cogitare, & prævidere debet, quod de facili
evenire poteſt, nempè fugam Rei, ut ponderat Giurba *d. conſ. ſub n.*
28. Hanc ſententiam Fidejuſſori favorabilem ſequi ſolet Senatus,
eamque præ cæteris amplexus eſt in cauſa vertente inter Regium Fiſ-
cum, & Hieronymum Ferrarium, ac Jo. Andream Pectium Ghirin-
ghellum ejus Fidejuſſorem audito Egr. Capitaneo Juſtitiæ referente ſta-
tum cauſæ contraventionis, quam Fiſcus prætendebat feciſſe Ferrarium
fidejuſſioni, quam dederat pro ſumma ſcutorum bis mille de ſe continen-
do domi, ex eo quia ſemel perquiſitus a Capitaneo Juſtitiæ non fue-

rit

Digitized by Google

3 rit repertus, decernendo die 25. Junii 1620. Fidejuſſorem eſſe abſol-
vendum -- Egr. Secret. Marcheſonio.

Peremptoriè citato Fidejuſſore ad præſentandum Reum, hic recurſum habuit ad Senatum, & obtinuit terminum dierum decem ad ſe conſignandum; lapſo termino, & durante adhuc peremptorio Judex ad condemnationem devenit tam Fidejuſſoris, quam ipſius Rei, cum ambo ſe ſe obligaſſent. Fidejuſſor porrectis precibus Senatui petiit declarari nullam condemnationem ex eo, quod facta fuiſſet novatio per terminum conceſſum, ſecutaque fuiſſet condemnatio non renovato peremptorio. Re in Senatu propoſita per Magnificum Com. Loayſam, deciſum fuit die 27. Octobris 1672. condemnationem ſubſiſtere, non obſtante voto Egr. Advocati Fiſcalis Baldironi -- Egr. Secret. Oliverio.

Non poſſe Fidejuſſorem allegare non ſuperveniſſe nova indicia;
ſed inconcuſsè ſervandum eſſe formulam Fidejuſſionis Rovedianæ, ſan-
5 xit Senatus die 14. Junii 1663. in caſu Paſſii Laudenſis, referente Ma-
gnifico Marchione Caxa -- Egr. Secret. Coſſa.

Fidejubens Reum detentum non abiturum etiam oſtiis apertis,
quæ tamen clauſa remanere debeant, ſi detentus oſtiis apertis aufu-
6 git, non tenetur. Ita referente Magnifico Senatore Petracino decidit
Senatus favore Antonii Scalæ, pro quo ſcripſit Donde. *conſult.* 44.

Item liberatur Fidejuſſor de conſignando Reum per decretum
capturæ ipſius Rei. Ita reſcripſit Senatus Prætori Domus Oſſulæ die
7 15. Januarii 1680., & Judex fuit condemnatus ad reſarciendum dam-
num Regio Fiſco illatum.

Ad Ord. XX. Octobris MDXCIV.

A N N O T.

CONdemnatio Fidejuſſoris ob non conſignatum Reum, & a Senatu confirmata ſuper relato ſtatu ipſius condemnationis, ſi impugnetur ex eo, quod Judex non conceſſerit terminum ad certiorandum, & poſt condemnationem dentur probationes de ipſo primo termino denegato, non infringitur. Ita referente Magnifico Marchione Erba ſanxit Senatus die 30. Auguſti 1670. -- Egr. Secret. Belcredio.

Ad Ord. XXVIII. Maji MDCIV.

A N N O T.

ISte Ordo *in* §. *y porque &c.* eſt ſtrictè accipiendus, utpote cor-
rectorius juris communis Maranta *ſpecul. prax. tit. de Ord. jud.*
1 *par. 6. n.* 55., ubi tradit non poſſe recuſari Judicem ex eo, quod
Procurator, ſeu Advocatus partis ſit ipſius Judicis conſanguineus,
2 Alba *conſ. 92. n. 2. lib.* 1. ſuſtinet in caſu fortiori non poſſe recuſari
Judi-

Digitized by Google

3 Judicem, licet ejuſdem Filius ſit in cauſa Advocatus, quod con-
firmat Lancellot. *de attentat. par.* 2. *cap.* 6. *n.* 40. Guazzin. *de de-
fenſ. Reor. tom.* 1. *defenſ.* 1. *cap.* 21. *n.* 22. inquit id adjuvare alias
cauſas, non tamen ſufficere Advocatum eſſe Filium, vel Generum
4 Judicis, ut poſſit dici ſuſpectus; idem tenet Cavalcan. *de Brach.
Reg. par.* 3. *n.* 343. Maſtrill. *deciſ.* 151. *n.* 23., ubi per *text.* in
l. 3. §. *ſi quis. ff. de condic. cauſ. dat.* tradit ex communi opinio-
ne Bart., Baldi, Alexand., aliorumque licuiſſe Filio eſſe Judicem
5 appellationis in cauſa, in qua Pater ejus judicaverat, patremque
lætari ab ipſo Filio corrigi.

In proximioribus terminis hujus Ordinis enumerat Creſp. de
Valdav. *obſervat.* 9. *quæſt.* 3. plures conſimiles Conſtitutiones, ut
Aragoniæ, Valentiæ, Cathaloniæ, Sardiniæ, quibus ratione conſan-
guinitatis cum Advocato cauſæ arcetur Judex a voto, ſuſtinetque,
6 quod ſi expreſſæ ſunt perſonæ conſanguineæ, ad eas dumtaxat re-
ſtringendæ ſint prædictæ Conſtitutiones, ut *n.* 12. ibi: *certæ ſtatutæ
ſunt juxta Foros cauſæ ſuſpicionum*, *& nullæ admittuntur*, *niſi fue-
rint in eis expreſſæ*, & *n.* 13. repetit non recuſari Judicem ex cau-
7 ſa amicitiæ, vel conſanguinitatis cum Advocato, ubi ſpecialiter non
fuerit expreſſum, & *n.* 14. refert Conſtitutiones Valentiæ, quibus
8 prohibetur Patri eſſe Judicem in cauſa, in qua Filius eſt Advoca-
tus, non eſſe extendendas ad Generum, niſi cum Socero morare-
tur, immo cum fuiſſet ſemel ſupplicatum, ut eadem diſpoſitio Ge-
9 nerum quoque comprehenderet, id fuiſſe a Principe denegatum;
pariter *n.* 15. advertit, quod licet Conſtitutionibus Cathaloniæ ſta-
bilitum ſit, quod Pater, aut Socer Relator eſſe non poſſit in cau-
ſa, in qua Filius, aut Gener eſſent Advocati, non tamen prohi-
beatur eſſe Judicem.

Ad Ord. XVIII. Septembris MDCXIII.

ANNOT.

TItulorum pragmatica renovata fuit Proclamate Comitis de Harrach hujus Dominii Moderatoris diei 14. Septembris 1750.; & extenſa fuit etiam ad ſtemmata Gentilitia, & ad pompam externam honorificam.

Ad Ord. XXIII. Decembris MDCXIV.

ANNOT.

SUper teſtamento Eminentiſſimi Cardinalis Bandini Panciatici, in quo hæredem univerſalem ſcripſit D. Nicolaum Panciaticum cum inſtitutione perpetuæ pinguis primogenituræ favore ejus

maſcu-

maſculorum ex maſculis, & in eorum defectum favore Agnatorum cum prohibitione omnibus vocatis facta ludendi ad quamlibet ſpeciem ludi etiam pro modia ſumma ſub pœna privationis primogenituræ, dubitatum fuit an ſub dicta prohibitione comprehendantur etiam ludi permiſſi inter Perſonas Nobiles urbanitatis, & animi recreandi gratiâ. Conſultus a D. Nicolao hærede ſupremus Magiſtratus Florentiæ declaravit die *9.* Junii 1733. in dicta prohibitione non comprehendi ludos permiſſos, & inter Nobiles animi recreandi gratiâ conſuetos, & in omnibus juxta votum ejus Auditoris Franciſci Antonii Bonfini impreſſum in ejus tractatu *de jure fideicomm. diſput.* 93. ubi magiſtraliter agit de materia ludorum.

Ad Ord. XV. Decembris MDCXVII.

ANNOT.

COndemnatum in pœnam capitis, qui ſe conſtituit eadem die, purgaſſe moram cenſuit Senatus die 17. Junii 1664. in caſu
1 cujuſdam Radaelli proponente Egr. Capitaneo Juſtitiæ -- Egr. Secret. Belcredio.

In caſu Julii Cæſaris Gluſiani Belloni principalis, & Petri Mariæ Blondæ Fidejuſſoris, ſecuta condemnatione dicti Rei in Veſperis, & ſecuta præſentatione die ſequenti ante horam vigeſimam primam, & ſic intra horas viginti quatuor, Senatus referente Magnifico Sena-
2 tore Menochio decrevit die 28. Aprilis 1683. manum non eſſe apponendam condemnationi, innixus diſpoſitione hujus Ordinis, & licet tam Reus, quam Fidejuſſor allegarent citationem peremptoriam intimatam fuiſſe ad domum electi habitaculi, non autem domi habitationis ipſius Rei, vel Fidejuſſoris, conſideravit Senatus quoad præſentationis fidejuſſionem, electum fuiſſe habitaculum, ubi citari poſſet cum clauſulis *uſque ad condemnationem, & ejus executionem incluſivè*, quibus ſtantibus ex pacto inito favore Fiſci potuiſſe validè Fidejuſſorem citari ad habitaculum peremptoriè ad condemnationem -- Egr. Secret. Maddio.

Ad Ord. XIII. Novembris MDCXXVI.

ANNOT.

DOminus fundi cenſualis, non vero Cenſuarius tenetur ſolvere omnia onera ſpectantia fundo cenſuali. Ita declaravit Senatus
1 die *9.* Aprilis 1603. favore Caroli Milliavachæ contra Cauſidicum Joannem Jacobum Peronum.

Cenſus a principio laicus, qui tranſivit in Eccleſiaſticum, ſubjacet reductioni Proclamatis. Ita referente Magnifico Com. Siccoborel-

la

la ſancitum fuit a Senatu die 19. Februarii 1666. in caſu RR. PP.
2 S. Mariæ Gratiarum Alexandriæ – Egr. Secret. Annono –; & cenſus
paſſivi Communitatum erga Ecleſiaſticos ſolvi debent ſervata redu-
ctione in Ducatu ad quinque pro ſingulis libris centum. Ita referen-
te Magnifico Senatore Arconato decrevit Senatus die 16. Septem-
3 bris 1672. -- Egr. Secret. Gradignano.

Pro cenſibus decurſis debeatur intereſſe a die retardatæ eorum
ſolutionis. Ita tenent Gait. *de credito cap.* 2. *tit.* 7. *n.* 1498. Lanar.
conſ. 79. *n.* 6. Caſtill. *deciſ.* 29. *n.* 19. Capyc. Latro *conſult.* 59. *n.* 19.
4 Gratian. *diſcept. forenſ.* 987. *n.* 3. Grivel. *deciſ.* 103. & 108. Nogue-
rol. *alleg.* 11. *n.* 189. Franc. *deciſ.* 254. *n.* 12. verſic. *ex quibus*. Urſil.
ad Affict. *deciſ.* 291. *n.* 6. Thoro *comped. deciſ. par.* 2. verb. *intereſſe
alterius intereſſe*. Giurba *deciſ.* 24. *n.* 35. Andreol. *contr.* 210. *n.* 10.
de Marin. *reſol.* 199. *lib.* 2. Scaccia *de commerc. & camb.* §. 1. *qu.* 7.
ampliat. 8. *n.* 105. Theſaur. Jun. *addit. ad* Theſaur. Sen. *deciſ.* 44.
lit. A. Gayl. *obſerv.* 7. *n.* 6. *lib.* 2. Duard. *de cenſib.* §. 1. *qu.* 5. *n.* 14.
Trentacinqu. *var. reſol. lib.* 1. *tit. de intereſſe n.* 34. Bonden. *collect.
leg.* 15. *n.* 114. Medic. *conſ.* 86. Fontanel. *deciſ.* 205. *a n.* 5.

Ratio hujus concluſionis ea præ cæteris evidentiſſima eſt, quia
penſiones annuæ debitæ pro capitali cenſu eo ipſo, quod matu-
5 ratæ ſunt, & debitor eſt in mora ſolvendi, efficiuntur tot ſortes prin-
cipales, & debentur de per ſe, & principaliter, & non acceſſoriè; &
proinde ceſſat id, quod de prohibito anatociſmo opponunt ii, qui di-
cunt intereſſe de alio intereſſe non poſſe peti; hoc enim verum eſt,
quando intereſſe primum debetur ut intereſſe, non autem quando in-
6 tereſſe primum debetur ut ſors, & ita ultra Gloſ. *in l. ſocium*. 60. in
verb. *labeo ait*. *ff. pro ſocio*. firmant. Alberic. de Roſate *in cit. l. ſo-
cium*. Ruin. *conſ.* 55. *n.* 18. *lib.* 2. Rota Genuenſ. *deciſ.* 78. *n.* 16.
Franc. *deciſ.* 254. *n.* 13. Bellon. *conſ.* 25. *n.* 9. Fab. de Anna *conſ.* 48.
per tot. Roderic. *de annu. reddit. lib.* 3. *qu.* 7. *n.* 28. verſic. *ſecun. limi-
ta.* Leotard. *de uſur. qu.* 5. *n.* 17. Andreol. *contr.* 210. *n.* 8. Trenta-
cinqu. *var. lib.* 1. *tit. de intereſſe. a n.* 34. *ad* 39. Villagut. *de uſur.
qu.* 18. *n.* 37. Gratian. *diſcept. forenſ.* 206. *n.* 18. & *cap.* 224. *n.*
52. Menoch. *de arbitr. caſ.* 119. *n.* 19. *ad fin.* Fontanel. *deciſ.* 204. *n.*
7., ubi affirmat omnes quotquot de uſuris, aut intereſſe ſcripſerunt,
abſque eo quod unus diſcrepet, concordare in hoc, ut prædicta regu-
la, quod peti non poſſit intereſſe alterius intereſſe, limitetur quando
intereſſe petitur ut ſors, non ut intereſſe.

Quod autem penſiones cenſuales debeantur de per ſe, & uti ſors
principaliter, & non acceſſoriè, tenent omnes DD. ſuperius primo or-
dine recenſiti, & præ cæteris fuſius explicant Grivel. *d. deciſ.* 108. *n.*
3., & Fontanel. *d. deciſ.* 204. *n.* 7.; & clarè patet retinendo, quod
7 cenſus nil aliud eſt, quam vera venditio juris percipiendi annuam pen-
ſionem ſuper re frugifera legitimè conſtituti Duard. *de cenſib. in pro-
œm. quæſt.* 9. *n.* 3., in qua venditione intervenit res, nempe ipſum
jus venditum percipiendi annuam penſionem, ſeu annuum redditum,
& pretium, nempè illa pecunia, quæ datur ab Emptore pro capitali
ipſius

Digitized by Google

ipſius cenſus, quod remanet uti demortuum, ex quo amplius ab ipſo
8 peti non poteſt; undè ſequitur hos annuos redditus deberi principali-
ter, & de per ſe; quia ſi ipſum capitale reputatur mortuum, nec
ulla amplius ad illud petendum datur actio Cenſuario activo, ut dictum
eſt, certè illæ annuæ præſtationes, quæ ſolvuntur, non poſſunt dici
ſtare acceſſoriè ad ipſam ſortem, quæ uti demortua non poteſt amplius
peti, & ita explicant Grivel., Fontanel., & alii ſupra relati.

Hanc opinionem ſæpius canonizavit Senatus noſter, & ejus exem-
9 plo alii Judices; & ſignanter deberi intereſſe cenſuum decurſorum
declaravit Senatus die 20. Martii *1657.* referente Magnif. Senatore
Aliſero in cauſa inter Fratres Zaratas, & Communitatem Mortarii;
10 die 12. Auguſti *1659.* referente Magnif. Senatore Pattellano in cauſa
graduationis Creditorum ad bona Alphonſi de Marlianis favore Hie-
11 ronymi Tettoni, & J. C. Bonici; die 31. Julii *1669.* referente Ma-
gnif. Senatore Comite Caxa in cauſa inter Sorores Palludas, & Mat-
12 thæum Paſqualem; die 5. Maji *1674.* referente Magnif. Senatore
ſtampa in cauſa inter Belcrediam, & Egr. Secretarium Carolum
13 Franciſcum Goranum; item judicaverunt die 22. Decembris *1660.*
Magnif. Senator Pattellanus in cauſa vertente inter Marchiones
Alexandrum, & Mutium Fratres Pallavicinos, & Marchionem Ga-
leatium Pallavicinum Cremonenſes; die 13. Auguſti *1661.* Egr.
Advocatus poſtea Senator Stampa in cauſa inter Octavium Scottum,
14 & Franciſcum de Juliis de Canobio Cremonenſem; die 27. Septem-
15 bris *1642.* Egr. Capitaneus Juſtitiæ Pernigotus poſtea Senator in cau-
ſa Conſortum de Righinis contra Marchionem Malaſpinam; die 20.
16 Decembris *1669.* Egr. Capitaneus Juſtitiæ in cauſa inter Secretarium
Goranum, & Belcrediam; & die 15. Julii *1670.* Magiſtratus Ordi-
17 nar. Reddit. favore J. C. C. Novariæ Rinaldi Tettoni contra Moli-
nam.

Pro cenſibus decurſis competit hypoteca exercibilis etiam contra
tertium poſſeſſorem. Ita referente Magnif. Com. Burro cenſuit Se-
18 natus die 15. Decembris *1671.* favore J. C. Tettoni – Egr. Secret.
Annono; in tali autem caſu intereſſe Cenſuum decurſorum debetur a
die petitionis tantum, quia in tertio poſſeſſore ob ignorantiam con-
19 ſiderari non poteſt mora. Ita declaravit Senatus die 5. Maji *1674.*
in cauſa vertente inter Secretarium Goranum, & Petrum Martyrem
Belcredium.

Cenſus cum Confraternitate non indiſtinctè integrè ſolvitur, ſed
prius inſpecto an in origine conſtitutus fuerit ex pecunia ipſius Con-
20 fraternitatis ad uſos pios; nam ubi agitur de cenſu legato habet lo-
cum reductio. Ita referente Magnif. Senatore Carillo decidit Sena-
tus die 18. Septembris *1669.* in caſu Confraternitatis Luraghæ – Egr.
Secret. Maddio.

Conſtituto cenſu in tot Ducatonis cuſſionis Mediolani in ratio-
nem librarum 5. & ſolid. 15. diſputatum fuit circa augmentum va-
loris monetarum utrum nempe eſſet attendendus valor de tempore
contractus, vel ſolutionis, prout etiam an limitatio Scuti Medio-

Digitized by Google

lanenſis ſtaret taxativè, vel demunſtrative tantum. Referente Ma-
gnifico Marchione Erba cenſuit Senatus die 12. Auguſti *1671.* te-
21 neri debitorem cenſus ad augmentum monetarum de tempore in
tempus, nec non etiam ad augmentum Scuti; verum non poſſe co-
gi ad ſolutionem niſi ad normam reductionum reſpectivè, non ob-
22 ſtante pacto, & promiſſione ob factum Principis, in cauſa vertente
inter Comitatum Cremonæ, & ejuſdem Communitates – Egr. Se-
cret. Sadarino.

Cenſuum ſupra plus exactum a Cenſualiſta activo ultra taxas
a Regiis pragmaticis præſcriptas attingens certam rationabilem ſum-
mam de tempore in tempus, imputari debet in diminutionem ſor-
tis principalis. Ita referente Magnifico Com. Don Aloyſio Trotto
23 declaravit Senatus die *19.* Aprilis *1706.* in cauſa vertente inter
Excellentiſſimum Marchionem Don Cæſarem Vicecomitem, & Com-
munitatem Gallarati.

In cauſis cenſus procedi poteſt ſummariè, & executive remota
omni ſuſpenſione, & appellatione ſaltem quoad ſuſpenſivum effe-
ctum, cum de credito conſtet ex publico inſtrumento, quod dici-
tur habere executionem paratam Calvin. *de æquir. lib. 2. cap. 99.*
24 *n. 77. & 78.;* & ita cenſuit Senatus die 8. Martii 15*99.* favore
Didaci Sangres, datis literis Prætori Alexandriæ; & rurſus die 30.
Octobris 1*6*30. favore Joannis Vincentii, & Corneliæ de Pectina-
25 riis – Egr. Secret. Beſutio.

Fidejuſſor debitoris cenſus intra brevem terminum per Judicem
ſtatuendum tenetur indicare bona libera principalis debitoris, in
quibus executio fieri poſſit pro cenſibus maturatis; aliter executio
fieri debet in bonis ipſius fidejuſſoris, rejecta exceptione excuſſionis
26 principalis per fidejuſſorem petitæ; & ita judicavit Senatus die 15.
Novembris 1713. datis literis Octaviano Medæ cauſæ Commiſſario.

Super precibus autem Gaſparis Barchiochi decrevit Senatus die
22. Januarii 1*6*32.; quod ubi extarent bona principalis Debitoris,
27 ex quibus pecunia debita promptè redigi poſſet, excuſſio ipſius prin-
cipalis inprimis fieret; expenſis tamen, & periculo fidejuſſoris, ſu-
perſedendo a moleſtia contra ipſum, datis literis Prætori Novariæ.

In extinctione cenſus, pro quo ſolvitur Regiæ Cameræ dimidia
28 libra pro quolibet centenario, cogi non debet extinctor cenſus ad
ſolvendum capitale dictæ dimidiæ. Ord. Reg. 20. Octobris 1*663.*

Creditor cenſus petens manuteneri in quaſi poſſeſſione exigendi
cenſum, an teneatur exhibere Inſtrumentum creationis cenſus, con-
29 troverſum eſt apud DD.; nam non eſſe concedendam dictam ma-
nutentionem, niſi exhibito dicto Inſtrumento tenet Boccaccius *de
interd. uti poſſid. cap.* 18. *in quæſt. de cenſib. n. 49.;* contrarium
autem tuentur Cancer. *var. reſol. par.* 3. *reſol.* 14. *n.* 48., & Cen-
cius *de cenſib. par.* 2. *cap.* 2. *quæſt.* 5. *artic.* 4. *n.* 26. & latè *in ad-
dit. n.* 10. Primam opinionem eſſe meliorem dicit, & probat Me-
renda *controverſ. lib.* 24. *cap.* 35. ex rationibus latè deductis *n. 29. uſ-
que ad* 34.

Pro

Digitized by Google

Pro validè conſtituendo cenſu ſuper æſtimo reali, & perſonali Communitatum impetratur a Senatu diſpenſatio, quæ concedi ſolet cum clauſula *vocatis omnibus*, pro cujus executione tranſmitti non ſolent abſentibus a Territorio Communitatis citationes, ſeu monitio-
30 nes particulares, ſed juxta praxim ſufficit monitio facta per Edictum publicè affixum, ut ex *ſtilatu Congregationis DD. Notariorum ſeniorum dici 15. Maji 1722.*

Ad Ord. XXI. Maji MDCXXXI.

ANNOT.

OCcaſione peſtis, quæ anno 1630. horribili Civium clade graſſata eſt in hac Urbe, dubitatum fuit an decreta a Senatu condita die 17. Julii, & 11. Septembris 1577. de remiſſionibus penſionum domuum, Tabernarum, Officinarum, & ſimilium faciendis ob peſtem, locum habere deberent etiam favore Conductorum domuum a Nobili, & pro comprehenſione ponderatum fuit militare eandem rationem habita conſideratione, quod peſtis anni 1630. major fuit illa anni 1576., cum ob hanc ultimam plures etiam Nobiles objiſſent, & propterea procedere debere eandem diſpoſitionem ad vulg. *l. illud. ff. ad l. Aquil.*; & ita pluries declaravit Magnif. Senator Joannes Ruiz de Laguna Delegatus a Senatu pro dirimendis controverſiis exortis ex cauſa dictæ Epidemiæ, & ſignanter in cauſa vertente inter Quæſtorem Pirovanum, & J. C. C. Franciſcum Landrianum Locatores, & Octavium Gatellum Conductorem anno 1631., ut ex Actis penes Cancellarium Medam.

Ad Ord. XII. Septembris MDCXXXV.

ANNOT.

1 ISte Ordo, & aliter diei 15. Decembris ejuſdem anni confirmati fuerunt decreto Senatus diei 18. Novembris 1666. in caſu relationis definitivæ Curiæ Novarienſis referente Magnifico Marchione de Clericis – Egr. Secret. Coſſa.

2 Reus tenetur ſe conſtituere ſtatim poſt tranſmiſſam a Judice ad Senatum relationem definitivam, & non ſolum tempore proponendæ ipſius definitivæ. Ita referente Magnif. Com. Burro ſanxit Senatus die 31. Julii 1668. in caſu Marchionis Soncini – Egr. Secret. Maddio.

Digitized by Google

Ad Ord. VIII. Januarii MDCLXVI.

Annot.

CAncellarius Senatus, pro receptione plurium relationum, non
poteſt recipere pluſquam quinque ſolutiones ex decreto ejuſdem
1 Senatus diei 8. Julii *1667*. – Egr. Secret. Sadarino.
Expeditiones Cancellariæ Senatus conſignari non debent Can-
cellariis, niſi prius ſecuto regiſtro penes Officialem ad id deputa-
2 tum. Ita referente Magnifico Com. Burro ſanxit Senatus die 18.
Junii *1669*. – Egr. Secret. Sadarino.

Ad Ord. XX. Aprilis MDCLXVIII.

Annot.

VAgabundus, etiamſi habeat domum propriam, ſed non exerceat
artem, quam profitetur, malè in ea verſatus, & copulativè ſit
otioſus, quæ eſt prima qualitas conſiderata a Proclamate, in hujus
caſu eſt. Ita referente Magnifico Marchione Caxa declaravit Se-
natus die 4. Decembris *1668*. ſuper relatione definitiva Curiæ Pa-
1 pienſis contra Gallum e loco Bremidæ – Egr. Secret. Sadarino.
Item Vagabundi, & otioſi reputantur, & comprehenduntur in
diſpoſitione Proclamatis, qui artem non exercent, vagantur per
Tabernas, ludunt, arma deſerunt, & inquietè vivunt, non obſtante,
quod habeant domicilium. Ita poſt alios caſus cenſuit Senatus die
14. Martii *1669*. in caſu Betti e loco Caſaletti Cremonenſis, repro-
2 bato voto Curiæ, referente Magnifico Marchione de Clericis – Egr.
Secret. Annono.
Puniuntur Vagabundi in hoc Dominio pœna Proclamatis, ſcili-
cet remi quinquennalis. Ita referente Magnif. Com. Puſterla decre-
3 vit Senatus die 13. Aprilis *1673*. ſuper relatione definitiva Prætoris
Eumeniæ -- Egr. Secret. Oliverio.
Lex fuit apud Ægyptios, ut ſcribit Diodorus, qua ſinguli coge-
bantur nomina ſua apud Præſides profiteri, & oſtendere qua arte, &
4 lucro viverent, & ſi qui mentirentur, capite damnabantur, ut refert
Caſſane. *in Catal. glor. mundi part. 11. conſid. 1. col. 1. in fine.*
Vagabundi, otioſi, & ſimiles inutiles Perſonæ magis oneris quam
honori ſunt eorum Patriæ Val. *de teſtam. quæ reſcin. cap.* 2.; unde qui
Reipublicæ præſunt, otii magis, quam negotii rationem exigere de-
5 bent Gratian. *in præfat. diſceptat. n. 77. tom.* 1.; & veteres ad expel-
lendum otii vitium, Adoleſcentes, antequam epularentur, ad menſam
devocabant, ab eiſque rationem exigebant, quid officiis, quidque ne-
6 gotii per diem peregiſſent, & illis ſolis eſculenta apponebant, quo-
rum induſtriam comprobabant: illos autem ex Cœnaculo expellebant,
qui per ignaviam, & inertiam nihil egiſſent, & cibum officio, & ne-
gotio, ut lucrarentur, imperabant, ut refert Franciſcus Patrit. *de In-
ſtit. Reipub. lib. 1. tit.* 8.

Ad

Digitized by Google

Ad Ord. IV. Septembris MDCLXX.

ANNOT.

BUlla Clementina in hoc Ordine enunciata eſt in viridi obſervantia etiam in Foro Eccleſiaſtico, & ſecundum eam judicavit celeberrimus olim in noſtro Foro Advocatus, & poſtea Vicarius Generalis in Archiepiſcopali Curia Reverendiſſimus D. Franciſcus de Nigris in cauſa Sacerdotis Angeli Antonii, & Clerici Joſeph Fratrum de Vicomercatis uti hæredum R. Joannis Baptiſtæ Vicomercati alias Parochi loci Pioltelli vertente cum ejuſdem Creditoribus, decernendo die 26. Januarii 1703. dictos Fratres gaudere debere beneficio Inventarii, nec ideo ad æris alieni ſolutionem ſupra hæreditarias vires teneri, quantum tamen ſit pro duabus partibus; pro alia vero tertia ad Ludovicum alterum Fratrem delata, & ab eo repudiata, atque ideo dictis Angelo Antonio, & Joſeph jure accreſcendi acquiſita, eos pro hæredibus puris, & ſimplicibus habendos eſſe, ideoque Creditoribus pro tertia parte eorum reſpective Creditorum teneri de proprio uti pro dicta tertia parte excluſos ab Inventarii beneficio.

Ad Ord. XVI. Novembris MDCLXX.

ANNOT.

PRojiciens ſe in puteum, vel aliter tentans ſibi mortem inſerre non ex timore ob delictum, ſed tædio vitæ, & ob humores melanconicos, alias probæ vitæ, non punitur penâ corporali juxta doctrinam Clari *pract. crim. §. fin. quæſt. 68. ſub n.* 37.; & ita declaravit Senatus in caſu Antonii Petacii e Loco Buſti Arſicii ad votum Egr. Advoc. Fiſcalis Porri die 9. Aprilis 1668. referente Magnifico Com. Burro -- Egr. Secretario Belcredio.

Ad Ord. XXII. Aprilis MDCLXXIII.

ANNOT.

RAtiones adminiſtrationis a Confraternitatibus reddi debent in loco ad normam Sac. Concilii Tridentini, & ita referente
1 Magnifico Senatore Pattellano decrevit Senatus die 25. Auguſti *1661.* -- Egr. Secret. Sadarino --, & referente Magnifico Senatore Anulpho die 26. Novembris ejuſdem anni -- Egr. Secret. Ivagnez;
2 & idem præſcribitur in Ord. Senat. 20. Septembris 1687.

Digitized by Google

Ad Ord. XXIV. Julii MDCLXXXII.

Annot.

STuprum a Laico cum Virgine ſoluta commiſſum, etiam ſuppo-
ſita promiſſione matrimonii, non eſſe mixti Fori rurſus ſuſti-
1 nuit Senatus referente Magnifico Marchione Gallarato die 18. Martii
1697. – Egr. Secret. Maddio, in caſu Gulielmi Valdrenghen car-
cerati ex ordine Judicis Eccleſiaſtici, juxta doctiſſimum votum Egr.
Advoc. Com. Fiſcalis Rubini, poſtea Regentis apud Aulam Matri-
ti, & demum Præſidis S. Claræ Neapolis, qui ex ordine Senatus
egit cum Reverendiſſimo Vicario Generali Curiæ Archiepiſcopalis
Mediolani pro ejus relaxo, prout liberè fuit dimiſſus abſque impenſa.

Jure merito ſic fuit deciſum; licet enim ſtuprum utroque jure
punibile ſit; jure ſcilicet canonico in *c. 2. de Adulter. & Stupro*; &
jure civili in *§. item lex Julia. Inſtit. de pub. Judic.*, & in *l. Stuprum.
34. in fine. ff. ad l. Jul. de Adulter.*; & valdè controverſum ſit
apud DD. an ſit crimen mixti Fori; verius tamen eſt punitionem
2 hujus delicti ſpectare ad Judicem laicum, quando delinquens eſt lai-
cus, ut firmant Tondut. *de prævent. par. 2. cap. 29. n. 13. & 15.*,
Oſaſc. *conſ. 25. per tot.*, Guazzin. *defenſ. Reor. 1. cap. 11. n. 25.
in fine*, Theſaur. *deciſ. 148. n. 4.*, qui teſtatur ſic ſemper obſervaſ-
ſe Senatum Pedemontanum, ac ſe pluries vidiſſe ſic judicatum, prout
ſic ſemper ſervatum vidiſſe teſtatur Sabell. *in ſumma §. ſtuprum. n.
12. in fine;* ubi vero huic delicto eſſet annexum etiam Adulterium,
quia Stuprator eſſet uxoratus, tunc eſſet mixti Fori, & Judex Eccle-
3 ſiaſticus, ſi prævenerit, poterit cognoſcere, & punire ratione Adul-
terii quoad pœnam ſpiritualem tantum, & Judex laicus procedet
ratione ſtupri, & intereſſe Puellæ ſtupratæ pro dote, Marc. *deciſ. 2.
per tot. tom. 1.*, & Theſaur. Tondut. & Sabell. *ubi ſupra*.

Ad Ord. XXII. Maji MDCLXXXIII.

Annot.

QUamvis iſte Ordo generaliter, & indiſtinctè diſponat quoad Preces, & Acta judicialia; tamen videtur poſſe intelligi non procedere in Precibus, in quibus allegatur ſuſpectus aliquis ex Magnificis Dominis Senatoribus; licet enim ejuſmodi recuſatio juditialiter fiat, tamen videretur poſſe admitti cum ſola ſubſcriptione partis recuſantis; ubi non repeririretur Advocatus, vel Cauſidicus, qui ejuſmodi preces firmare vellet contra Ampliſſimos Patres, ut ponderat Fontanel. *deciſ. 4. ſub n. 23. tom. 1.*

Ad

Digitized by Google

Ad Ord. XX. Septembris MDCLXXXVII.

ANNOT.

ECcleſiaſticis nullam competere juriſdictionem in Laicorum Con-
fraternitates, & illis dumtaxat concedendum, ut viſitent li-
bros, in ipſis tamen Oratoriis, ut inſpicere poſſint an pecuniæ le-
gatæ ad pios uſus, in illos convertantur, declaravit Senatus anno
1 1618. favore Confraternitatis S. Mariæ in Eccleſia S. Caloceri Me-
2 diolani, & die 4. Februarii 1622. favore Confraternitatum Civita-
tis Viglevani. In creditorum exactionibus; aut ſolutionum manda-
tis Superior Eccleſiaſticus non poteſt ſe ingerere. Ita decrevit Sena-
3 tus die 1. Julii 1637. in cauſa juriſdictionali vertente inter Epiſco-
pum Alexandriæ, & Deputatos Hoſpitalis SS. Antonii, & Blaſii, &
Domus Orphanarum S. Marthæ -- Egr. Secret. Ayroldo.
Deputati Hoſpitalis tenentur reddere rationes Epiſcopo, ſed in
4 loco; neque ab Hoſpitali aſportari poſſunt Libri. Ita decrevit Se-
natus die 4. Aprilis 1664. -- Egr. Secret. Coſſa.
Hoſpitale Papiæ non eſt exemptum a juriſdictione Senatus quo-
ad reddendas rationes reſpectu bonorum a Laicis relictorum. Ita
5 referente Magnifico Senatore Puſterla declaravit Senatus die 17. Ju-
lii 1673. -- Egr. Secret. Sadarino.

Ad Ord. XII. Maji MDCLXXXVIII.

ANNOT.

ANno 1744. menſe Junii ab Excellentiſſimo Senatu ad relationem definitivam Prætoris S. Columbani condemnatus fuit ad mortem quidam detentus in Carceribus regiis Laudæ pro tutiori cuſtodia, & excitato dubio cuinam ſpectarent expenſæ pro executione dictæ ſententiæ, ſancitum fuit a Senatu illas eſſe erogandas a tota Provincia Laudenſi, & allegabatur ex parte Feudatarii exemplum alterius condemnati ad relationem Prætoris Orii, cujus ſententiæ executio facta fuit expenſis ejuſdem Provinciæ; unde videtur relatum decretum proceſſiſſe ex vi conſuetudinis in dicta Provincia jam introductæ.

Ad Ord. XXIII. Maji MDCLXXXIX.

ANNOT.

POſt editam Bullam Julii III. anni 1550. 26. Junii ſuper ſpolio, ſive fructibus inexactis defunctorum Beneficiatorum, innotuit eidem Summo Pontifici adeſſe in Statu Mediolani conſuetudinem dictum ſpolium, & fructus inexactos deferentem hæredibus eorundem

Be-

1 Beneficiatorum, & derogare nolens ejuſmodi conſuetudini, Brevi,
ſive Literis 29. Maji 1553. tranſmiſſis Octaviano Epiſcopo Terracino
ſuo in Dominio Mediolanenſi Nuncio mentem ſuam hiſce verbis
explicavit: *Nos neminem contra juſtitiam, & conſuetudinem ipſam,
etiam in futurum vexari, aut gravari volentes tibi per præſentes committimus,
& mandamus, quatenus ab executione dictarum literarum
noſtrarum*, (ſcilicet alterius Brevis ad eundem Nuncium directi)
*ab omni alia ſpoliorum exactione in futurum abſtineas, & ſi quid
geſtum eſt revoces, & irrites in contrarium facientibus non obſtantibus
quibuſcumque*, ut per extenſum referunt Hypol. Rimin. *conſ.
716. n. 41. lib. 6.* verſic. *tertiò comprobatur*, & Borgnin. *par. 2.
deciſ. 22. ſub n. 24. §. Venerabili Fratri*, qui dicit viâ juſtitiæ conſuetudinem
noſtram approbatam, & confirmatam, ut ex *eod. n. 24.
§. Quæ tacita &c.*

Sub nomine ſpolii veniunt etiam fructus inexacti, ut laudato
2 Redoan. *de ſpoliis quæſt. 1. n. 7.* Guid Pap. *quæſt.* 110. tradit in puncto
de Dominio Mediolani, & probat Rimin. *d. conſ. 716. a n. 24.*
præſertim *n.* 33. 34. 35. Capon. *diſcept. 147. n. 15. tom. 3.*, & diſertis
verbis exprimit Conc. Provinciale VII., ipſaque praxis quotidiè
docet, atque evidenter conſtat ex lectura memorati Brevis Julii
III. 29. Maji 1553. apud Borgnin. *loc. cit.*

Spolia, & fructus inexacti ſpectant in hoc Dominio ad hæredes
Beneficiatorum non ſolum vigore conſuetudinis, verum etiam
ex poſitiva ſancione dicti Concilii Provinc. a Pontifice Maximo ap-
3 probata, cui proindè ſtandum eſt tamquam legi particulari totius
Provinciæ, ut ipſa praxis oſtendit, & in puncto docet Bonacina
*oper. moral. tom. 1. tit. de obligat. Beneficiat. diſput. 4. punct. 3.
n. 8. in fine.* Vivian. *de jure patron. lib. 14. cap. 8. n. 11.* Adden.
ad Burat. *deciſ.* 852. *n.* 7. Rota Rom. coram Scotto *in Mediolanen.
fructuum 13. Junii 1714. § neque relevat.*

Et ubi dici poſſet agi de mera conſuetudine, cum hodiè eadem
conſuetudo perſeveret, meritò excipitur de non uſu cujuſcunque
Bullæ contrarium diſponentis, ut magiſtralitèr docet Card. de
4 Luca *de benefic. diſc. 65. n. 13.*, ubi Rota, & *de juriſdiction. diſc.
53. n. 5.*; & ratio eſt, quia quod poteſt Papa per privilegium, po-
5 teſt conſuetudo per uſum, ut latè docet Sanchez *ad præcepta Decal.
lib. 7. cap. 8. n. 62. text. in c. ſuper quibuſdam de verb. ſignif.*,
eſtque communis ſententia ex Felino, & Panormit. *in c. accedentes
de præſcript.* Card. *in Clementina 1. de privileg.* verſic. *ſanè. n. 1.*

Et de facto dictas pontificias Conſtitutiones non obſtare teſtantur
Capon. *diſcept. 147. n. 15. tom. 3.* Antonel. *de regim. Eccleſ. lib. 3.
cap. 9. n. 27. & 29., & de jur. Cleric. cap. 35. n. 10.* Rota *in d. Mediolanen.
coram Scotto loc. cit.*, & *in Millevitana fructuum* penes Marcheſan.
de commiſ. tom. 1. fol. 458. Ricc. *collectan.* 657. Barboſa *in c.
ſua nobis. de confirmat. utili; & de offic. & poteſtate Epiſcopi allegat.*
117. *n.* 10. Garzia *de benefic. par. 2. cap. 1. n. 103.*, latiſſimè Borgnin.
d. deciſ. 22. ſub n. 24., & deciſ. 30. par. 3.; licet autem aliqui
lo-

Digitized by Google

loquantur tantum ſacta mentione Bullæ Julii III., at eadem ratio
eſt; quidquid enim ſit, quod Bulla Urbani VIII. majorem aliquam
6 verborum expreſſionem contineat, nihilominus præcedenti Conſtitu-
tioni Julii III. quidquam quoad hoc punctum non ſuperaddit, ut
benè obſervat Card. de Luca *de benefic. diſc.* 81. *n.* 3. *in fine*. Et
in omnem eventum DD. cæteri loquuntur ſuppoſita utraque Con-
ſtitutione.

Quæ hactenus dicta ſunt de noſtris Conciliis Provincialibus, &
conſuetudine in hoc Dominio vigente pro transſmiſſione ſpoliorum,
& fructuum inexactorum ad hæredes Beneficiatorum, procedunt ne-
7 dum in Beneficiatis Inferioribus, verum etiam in Majoribus Præ-
latis Summo Pontifici immediatè ſubjectis, non obſtante contraria
opinione Tranchedini *in conſult.* 73. *tom.* 1. Veruntamen ſi Conſu-
lentium traditionibus deferendum non eſt, ut monet Card. de Luca
de dote diſc. 166. *n.* 37., *de donat. diſc.* 19. *n.* 10., & ſæpè alibi,
quantò minus Canonico Ordinario pro Cardinali Succeſſore ſcribenti?

Et ſanè ſi conſideretur conſuetudo, ne dubitari quidem poteſt,
quod comprehendat etiam Beneficiatos Majores, cum ex ſupra de-
ductis idem poſſit, quod Pontifex per privilegium; ſi verò Conci-
lium Provinciale perpenditur, probatur facilè; tum quia eidem
conſuetudini inhæret; cum quia fuit a Pontifice approbatum gene-
raliter loquens de Eccleſiis, earumque ſuppellectile, & fructibus, ut
8 ex Concilio V. Nomen autem Eccleſiæ etiam ad Majores extenditur,
Barboſa *de Canon. cap.* 15. *n.* 157. Rota coram Coccin. *deciſ.* 1867.;
& licet Concilium VII. loquatur de Clerico, eadem tamen ſignifica-
tio ſubeſt; tum quia hoc declarat V., & qui declarat nihil de novo
facit Card. de Luca *de donat. diſc.* 35. *n.* 12. *de benefic. diſc.* 36. *n.* 7. *&* 8.,
& DD. communitèr; tum quia nomen Clerici generale eſt com-
prehendens omnes Eccleſiaſticos etiam Majores; *nam generaliter Cle-*
9 *rici nuncupantur omnes, qui in Eccleſia Chriſti deſerviunt*, ut lo-
quitur *sext. in c. Cleros diſtinct.* 21., ubi ſit expreſſa incluſio Epiſ-
coporum, Metropolitanorum &c.; & omnem adimit dubitationem
notiſſima praxis hujus Provinciæ, & Regii Œconomatus, quæ ad
omnes æquè Eccleſias indiſtinctè propagatur, & authoritas d. Con-
cilii V., quod numquam aliter factum eſſe teſtatur.

Sub nomine fructuum inexactorum qui veniant in ſubjecta ma-
teria, & in terminis Bullæ S. M. Clementis IX. latè tractat Epiſ-
10 cop. Rocca *ſelect. diſputat. cap.* 124. *per tot.*

Licet Epiſcopatus Comi, & Papiæ non ſit ex Provincialibus
Mediolanenſis Metropolis, cum Epiſcopatus Papiæ ſit exemptus, &
Comenſis ſit alterius Provinciæ; nihilominus conſuetudo deferens
hæredibus Eccleſiaſtici defuncti fructus maturatos, & nondum exa-
ctos, non autem Succeſſori in beneficio, ſervanda eſt etiam in Diœ-
ceſibus Papiæ, & Comi, quæ ſunt de Dominio Mediolani, & ita
deciſum fuit a Rot. Rom. coram Ghislerio die 15. Januarii 1638.

Ad

Ad Ord. XXVI. Martii MDCCXXVI.

ANNOT.

IMmunitatis Eccleſiaſticæ cognitio quoad ſitum, in quo ſecuta ſit alicujus Delinquentis detentio, ſpectat ad Judicem Eccleſiaſticum. Ita declaravit Senatus die 4. Martii 1669. in caſu homicidii patrati a Pompeo Vicecomite in perſonam Melchioris Ambroſii Vicecomitis.

Ad Ord. XXVI. Julii MDCCXXVI.

ANNOT.

1 REgulares tenere non poſſunt Aromatariam, niſi pro eorum
uſu, & tali caſu non ſubjacet viſitationi Protophyſici. Ita
cenſuit S. Congregatio Epiſcoporum, & Regularium die 9. Januarii
1602., & declaravit S. Congregatio Immunitatis in Barchinonenſi
21. Novembris 1635.; idem poſt rem maturè diſcuſſam decrevit
S. Congregatio Viſitationis Apoſtolicæ contra Religioſos, & Eccle-
ſiaſticos quoſcunque quæſtuoſas artes exercentes pro Secularibus, ut
ex ejus decreto diei 29. Auguſti 1637. per extenſum relato a Pi-
gnatel. *conſult. canonic.* 84. *n.* 16. *tom.* 5. ibi: *nec ullo modo Secu-
laribus, aut aliis Religioſis, & Eccleſiaſticis pharmaca, panem, car-
nes, aut alia quælibet opificia quomodocunque elaborata, & ornata,
vendere etiam prætextu amicitiæ, & familiaritatis abſque ſpeciali
licentia in ſcriptis obtinenda etiam ab iis Religioſis, quibus ex par-
ticulari ſuæ Religionis, inſtituto id aliàs liceret*, ſub pœnis, & cum
opportunis derogationibus contentis in recenſito decreto.

Hinc inſtante Collegio Aromatariorum Civitatis Barchinoniæ
2 S. Congregatio Concil. Trid. die 12. Novembris 1672. decrevit
prohibendam eſſe Patribus S. Catharinæ Ordinis Prædicatorum di-
ctæ Civitatis, & aliis Regularibus facultatem exercendi publicam
Aromatariam univerſaliter pro Secularibus, concedendam tamen
pro Religioſis, Pauperibus, & Benefactoribus, ac etiam pro aliis,
dummodo vendantur jam parata bona fide, & non lucri causâ.

Ortâ deindè ſuper obſervatione hujuſmodi Decretorum con-
troverſiâ coram A. C. pronunciatum fuit, Litteras Apoſtolicas
pro eorumdem obſervatione eſſe exequendas cum declaratione,
3 quod Patribus Sanctæ Catharinæ Ordinis Prædicatorum dictæ Ci-
4 vitatis non liceat vendere medicinas aliis perſonis, quam expreſ-
ſis in decretis, ſive contra illorum formam; & quod non poſſint
dici parata bona fide, & non lucri causâ, ea pharmaca, quæ cum
Receptis Medicorum confecta fuerint.

De-

Digitized by Google

Devolutà demum per appellationem causâ ad Sac. Rotam, confirmata fuerunt ſuperius recenſita decreta deciſione coram R.
5 P. D. Rondinino diei 27. Junii 1687., deciſ. coram eod. diei 8.
Martii 1688., deciſ. coram R. P. D. Manuel. diei 2. Junii 1690., & denique deciſ. coram R. P. D. Caccia diei 14. Januarii 1692.

F I N I S.

INDEX

Digitized by Google

566072

Digitized by Google

ELENCUS
GENERALIS, ET COPIOSISSIMUS
RERUM NOTABILIUM CONTENTARUM IN HOC VOLUMINE.

ABBAS.

ABBATES Collegiorum Doctorum Civitatum hujus Dominii quot Doctores eligere debeant pro patrocinandis cauſis miſerabilium perſonarum. *Conſtit. de Advocat. miſerab. perſonar. §. Miſerabilibus. pag.* 111.

Abbates Collegii Notariorum deputare pariter debent Cauſidicos pro tuendis cauſis ut ſupra. *Conſtit. Tit. eod. §. Eo amplius. p.* 112.

Item deputare unum Cauſidicum pro defenſione Carceratorum, & miſerabilium Civitatis, & Ducatus Mediolani. *Annot. ibid. n.* 1. *p. ead.*

Abbates prædicti cognoſcunt de cauſis rititudinis judicii. *Annot. ad Tit. de Judiclis. n.* 1. *p.* 125.

Item de falſitate Notarii cumulative cum Judice ordinario. *Annot. ad Conſtit. de Notariis. n.* 23. *p.* 189.

ABBATES MERCATORUM.

Quæ ſit eorum juriſdictio. *Conſtit. de Offic. Abbatum & Conſul. Mercator. §. Abbatum. p.* 355. *Deciſ. ibid. n.* 34. 35. *p.* 363. *n.* 36. 37. *p.* 364.

Ea competit in Civitate, & toto Ducatu Mediolani, ſecus alibi. *Deciſ. ibid. n.* 3. 4. *p.* 359. *n.* 5. 6. 7. *p.* 360.

Si allegentur ſuſpecti in aliqua cauſa, hæc committi debet aliis Mercatoribus. *Deciſ. ibid. n.* 10. *p. ead.*

In cauſa ad ipſos ſpectante cognoſcunt etiamſi lis ſit inter affines. *Deciſ. ibid. n.* 13. *p. ead.*

De cauſis fidejuſſorum Mercatorum quando ob circumſtantias non cognoſcant. *Deciſ. ibid. n.* 14. 15. *p.* 361.

Quando cognoſcere poſſint de cauſis mercimonii. *Annot. ibid. n.* 17. *p. ead.*

De litteris cambii quando cognoſcant, vel non. *Deciſ. ibid. n.* 18. 19. 20. *p. ead. n.* 21. 22. 23. *p.* 362. *a n.* 24. *ad* 27. *& n.* 32. *p.* 363.

Si nolint admittere Advocatum vel Cauſidicum ad patrocinandum coram ipſis, docere debent de cauſa. *Deciſ. ibid. n.* 67. *p.* 367.

Abbates Mercatorum Lanæ Mediolani cognoſcere poſſunt de cauſis eorum debitorum ob merces venditas. *Annot. ibid. n.* 12. *p.* 360.

ABORTUS.

Abortum procurans, vel cauſans quomodo punitur. *Conſtit. de pœnis. §. Si quis, & §. Ubi vero. p.* 254.

ABSOLUTIO.

Abſolutiones, & abolitiones generales factæ per Principem quid comprehendunt. *Conſtit. de Jure & privil. Fiſci. §. Abſolutiones. p.* 292.

ACTA.

Acta civilia a quibus ſubſcribi debeant. *Annot. ad Tit. Conſtit. de reſcript. n.* 27. *p.* 7.

ACTIO.

Criminalis an detur contra hæredes delinquentis. *Deciſ. ad Tit. Conſtit. de Accuſation. n.* 1. *p.* 227.

Digitized by Google

Actor.

Actor, & Reus in reſpectivis petitione, & exceptionibus debent documenta exhibere. *Annot. ad Tit. de Judiciis. n. 2. p. 125.*

Actor in judicio poteſt uti probationum genere ad ejus arbitrium. *Deciſ. ibid. n. 3. p. ead.*

In quo loco poſſit convenire Reum. *Deciſ. ad Tit. Conſtit. de Foro compet. n. 30. p. 134.*

Actuarius.

Actuario Executorum Fiſci quid debeatur pro quolibet termino tranſmittendo debitoribus, & aliis. *Annot.* remiſſive *ad Conſtit. de Executor. Fiſci. n. 18. p. 92.*

Actuarius Notarius de Pilaſtro non poteſt recipere examina Teſtium in judicio civili durante officio, & qui veniant ſub eo nomine. *Annot. ad Conſtit. de Probation. n. 12. 13. p. 138.*

Acceptans in cauſis appellationis fidejuſſionem minus idoneam tenetur de proprio. *Deciſ. ad Conſtit. de Appellation. n. 89. p. 151.*

Quæ obſervare debeant Actuarii pro eorum officii implemento. *Annot. ad Conſtit. de Notariis. n. 82. 85. & ſeqq. p. 192. Ord. Senat. 3. Auguſti* 1751. *p. 471.*

Actuarii criminales quid exigere poſſint pro relationibus ſtatus cauſæ ante proceſſuum editionem. *Ord. Senat. 15. Julii* 1591. *p. 399.*

Actuarii præd. debent intra biduum tradere atteſtationem ab altero Officio criminali requiſitam. *Ord. Senat. 14. Novemb.* 1613. *p. 413.*

Actuarius criminalis quando nihil exigere poteſt pro viſitatione. *Ord. Senat. 7. Octob.* 1743. *p. 459.*

Accusator: Accusare.

Accuſare quilibet poteſt non notificantes, & contrafacientes Cridis Fiſcal. *Conſtit. de Offic. Quæſtor. Extraord. Red. §. Prædictos. p. 47.*

Accuſator perjurii, vel fraudis commiſſæ in contradictione Cridar. Fiſcal. quid lucretur. *Conſtit. Tit. eod. §. Quilibet. p. 49.*

Quilibet poteſt accuſare contrafacientes Ordinibus circa blada. *Conſtit. de Præfect. Annonæ. §. Contrafacientes. p. 70.*

Accuſare quilibet poteſt dies feſtos non venerantes. *Conſtit. de Feriis. §. Quilibet. p. 135.*

Accuſator calumnioſus quomodo puniatur, & quando excuſetur. *Conſtit. de Accuſation. §. Si quis. p. 224. Deciſ. ibid. n. 55. p. 231.*

Accuſator blaſphemi quid conſequatur pro præmio. *Conſtit. de Pœnis. §. Accuſatores. p. 262.*

De lenocinio adverſus Maritum quis accuſare poſſit. *Annot. ad Tit. Conſtit. de Meretricibus. n. 3. p. 346.*

Quilibet accuſare poteſt Venditores victualium non ſervatâ taxâ, & quid conſequatur pro præmio. *Annot. ad Conſtit. de Offic. Vicar. Proviſ. n. 12. p. 352.*

Adulterium.

Comiſſum a Muliere quomodo punitur. *Conſtit. de Pœnis. §. Mulier. p. 255. Annot. ibid. n. 105. p. 271. & n. 116. 117. p. 272.*

Adulteræ, & Adulteri occiſio quando ſit punibilis, vel non. *Deciſ. ibid. n. 106. & ſeqq. p. ead.*

Adultera, ſi abſente Marito ſcandalum publice præbeat, punitur exilio. *Deciſ. ibid. n. 113. p. 271.*

Adulterium cum ſoluta non reputatur vere adulterium quoad jus civile. *Deciſ. ibid. n. 114. p. 272.*

Adulterium quando cenſeatur remiſſum a Marito. *Deciſ. ibid. n. 115. p. ead.*

Adulterii actio præſcribitur, & tollitur remiſſione Mariti. *Deciſ. ibid. n. 118. 119. p. ead.*

Advocatus.

Advocati miſerabilium perſonarum Mediolani, & in aliis Civitatibus, quot eſſe, & a quibus elegi debeant. *Conſtit. Tit. de Advocat. miſerabil. perſonar. §. Miſerabilibus. p. 111. & §. In Civitatibus. p. 112.*

Non poſſunt facere pactum quotæ litis. *Conſtit. de Pœnis. §. Si Advocati. p. 260.*

Per quantum tempus non poſſunt contrahere cum Cliente. *Conſtit. Tit. eod. §. Præmiſſi. p. ead.*

Non

Digitized by Google

Non poſſunt patrocinari coram Abbat. Mercator. ſine eorum licentia. *Conſtit. de Offic. Abbat. Mercator.* §. *Advocati*. *p.* 357. *Annot. ibid. n.* 66. *p.* 366.

Si non admittantur ad patrocinandum, ut ſupra, docendum eſt de cauſa excluſionis. *Deciſ. ibid. n.* 67. *p.* 367.

ADVOCATUS FISCALIS.

Advocatis Fiſcalibus pro eorum cauſis competit forum Capitanei Juſtitiæ. *Conſtit. de Offic. Capitan. Juſtit.* §. *Poſſunt*. *p.* 83. Non vero eorum filiis. *Deciſ. ibidem. n.* 26. *p.* 85.

Fiſcales Civitatum debent eſſe exteri. *Conſtit. de Offic. Advocator. Fiſcal.* §. *In aliis*. *p.* 99.

Fiſcales omnes annuum ſalarium habent a Fiſco. *Conſtit. Tit. eod.* §. *His omnibus*. *p. ead.*

Eorum officium circa quæ verſetur. *Conſtit. Tit. eod.* §. *Curabuntque*, & §§. *ſeqq. p. ead.*; & quæ obſervare debeant pro illius implemento. *Annot. ibidem.* remiſſive. *n.* 1. *p.* 101.

In gravibus, & atrocibus delictis intereſſe debent examinibus Teſtium. *Conſtit. Tit. eod.* §. *Neceſſeque*. *p. ead.*

Advertere debent circa denuntias, querelas, accuſationes, & alia, ne ulla fraus committatur. *Conſtit. Tit. eod.* §. *Advocati*. *p.* 100.

In relationibus cauſarum criminalium quando ſe ſubſcribere debeant. *Conſtit.* §. *eod. p. ead.*

Debent ſubſcribere inquiſitiones de animo deliberato. *Conſtit. Tit. eod.* §. *Inquiſitiones*. *p. ead. Deciſ. ibidem. n.* 35. 36. 37. *p.* 103.

Non debent propalare indicia contra Reos, & alia circa proceſſus. *Conſtit. Tit. eod.* §. *Non debent*. *p. ead.*

Nihil accipere poſſunt ultra ſtipendium ipſis ſtatutum. *Conſtit. Tit. eod.* §. *Advocati*. *p.* 100. *Annot. ibid. n.* 38. 39. 40. *p.* 103.

Incumbere debent expeditioni cauſarum, in quibus agitur de intereſſe Fiſci, vel pœna ſanguinis. *Conſtit. Tit. eod.* §. *Admittantur*. *p.* 100.

Semel citati in una cauſa, uſque ad finem ſemper citari debent. *Conſtit. Tit. eod.* §. *Eoque*. *p. ead.*

Non poſſunt ſe intromittere in cauſis ad Fiſcum non ſpectantibus. *Conſtit. Tit. eod.* §. *Fiſcales*. *p.* 101.

Acceptare non poſſunt commiſſiones ad judicandum. *Conſtit. Tit. eod.* §. *Non poſſunt*. *p. ead.*, niſi concedatur diſpenſatio. *Annot. ibidem. n.* 42. 43. *p.* 103.

In Senatu qualem ſedem habeant, & an ingredi poſſint ejuſdem Sacellum tempore Miſſæ. *Annot. ad Tit. d. Conſtit. n.* 2. 3. *p.* 101.

In Curiis ſedere debent ante Judicem Monetarum, ubi ratione ſui officii interveniat. *Deciſ. ibidem. n.* 4. *p. ead.*

In functionibus publicis, quando aderant duo Magiſtratus, ſedebant cum utroque. *Annot. ibid. n.* 5. *p. ead.*

In Curiis tempore viſitationis Carceratorum quomodo ſedere debeant. *Annot. ibid.* remiſſive. *n.* 6. *p. ead.*

Non poſſunt in cauſis votum proferre, niſi ſint excitati, & quid circa illud ſervandum ſit. *Annot. ibid. n.* 7. 8. 9. *p. ead.*

In quibus cauſis votum ferre poſſint, vel non. *Annot. ibid. n.* 10. & *ſeqq. p. ead.*

Recognoſcere poſſunt omnes cauſas ſpectantes ad Reg. Fiſcum, & admitti pro quibuſcunque Actis pro intereſſe Fiſci. *Annot. ibid. n.* 14. 15. *p.* 102.

Per literas Senatus, & S. E. eis datas an, & quando cenſeantur delegati. *Annot. ibid. n.* 16. *p. ead.*

Circa petitiones pro liberatione Bannitorum, & votum ferendum in cauſis gratiarum quæ obſervare debeant. *Annot. ibid. n.* 17. 18. 19. *p. ead.*

Non poſſunt inſpicere proceſſus criminales ſine decreto Senatus. *Annot. ibid. n.* 20. *p. ead.* & libros proceſſuum recognoſcere debent in Officiis. *n.* 34. *p.* 103.

Ultra biduum non poſſunt abeſſe a Civitate ſine licentia Præſidis Senatus. *Annot. ibidem. n.* 21. *p.* 102.

Debent approbare contractus Camerales. *Ibid. n.* 22. *p. ead.*

Continuare debent in eorum munere donec fiat electio Prætorum. *Deciſ. ad d. Conſtit. n.* 28. *p. ead.*

Non poſſunt facere decreta, ſed tantum vota, & inſtantias. *Deciſ. ibid. n.* 29. *p. ead.*

Fungi debent munere Prætoris durante ejus abſentia in criminalibus, ſecus in civilibus. *Deciſ. ibid. n.* 30. & *ſeqq. p. ead.* & 103.

Digitized by Google

Quoad exercitium Fiſcalium Mediolani quid alias fuerit præſcriptum. *Annot. ad Tit. d. Conſtit. n. 25. 26. 27. p. 102.*

Fiſcalis majoris Magiſtratus non poteſt exercere Præturam feudalem. *Annot. ad Conſtit. de Feudis n. 55. p. 209.*

In cauſis criminalibus Fiſcales non poſſunt ſubminiſtrare Teſtes. *Ord. Senat. 31. Januarii 1606. p. 406.*

Advocati Fiſcales Mediolani noctu perluſtrare debent vias cum familia ſatellitia. *Ord. Senat. 4. Junii 1745. p. 469.*

Procedunt tamquam Delegati contra detentos occaſione dictæ perluſtrationis. *Ord. Senat. 16. Julii 1745. p. 470.*

AFFINIS.

Affines pro quibus perſonis contradicere poſſint Cridis proviſional. *Conſtit. de Bonis ad Crid. ponen. §. Et ut omnibus. p. 161.*

AGNATUS.

Agnati proximiores citari debent in cauſis contra Minorem carentem Tutore, vel Curatore. *Conſtit. de Tutelis. §. Et quia. p. 114.*

Non ſuſcipientes tutelam, & Curam Minorum tenentur ad eorum indemnitatem. *Conſtit. Tit. eod. §. Tenebuntur, p. ead.*

Pro quibus perſonis contradicere poſſint Cridis proviſional. *Conſtit. de Bonis ad Cridas ponen. §. Et ut omnibus. p. 161.*

ALIENATIO.

Rei fiſcalis facta ſine ſubhaſtatione ſuſtinetur de æquitate ceſſante fraude, & damno Fiſci. *Deciſ. ad Conſtit. de Offic. Quæſtor. Extraord. Reddit. n. 20. p. 53.*

Alienatio donatorum a Principe Univerſitatibus libere fieri poteſt. *Deciſ. ad Conſtit. de Feudis. n. 41. p. 208.*

Alienatio bonorum ſtabilium fieri non poteſt in Forenſem. *Conſtit. de Pœnis. §. Collegiis. p. 258.*, ſecus bonorum mobilium. *Deciſ. & Annot. ibid. n. 212. & ſeqq. p. 279.*

ALIENIGENA.

Non poſſunt Alienigenæ exercere aliquod Officium in hoc dominio. *Conſtit. de Offic. & juriſdic. diverſ. Judic. §. Alienigenæ. p. 104.*, *Deciſ. ibid. n. 146. 147. 148. p. 110.*

Quandoque ex circumſtantiis admiſſi ſunt. *Deciſ. ibid. n. 144. 145. p. ead.*

ANNATA.

Quid ſit, & a quo imponi poſſit. *Diſſert. de Annata. n. 1. 6. p. 490.*

Ut exigi poſſit requiritur titulus lucrativus. *Ibid. n. 9. p. 491.*

Non debetur ab Officialibus, & a Poſſidente Regalia vigore tranſactionis. *Ibid. n. 15. & ſeqq. p. ead.*

Abſolutio ab Annata parit exceptionem rei judicatæ. *Ibid. n. 19. p. 492.*

An debeatur pro bonis donatis non ſubdito, & ab ipſo translatis in ſubditum. *Ibid. a n. 20. p. ead. ad n. 29. p. 493.*

Non debetur pro bonis donatis provenientibus ex confiſcatione. *Ibid. a n. 30. p. ead. ad 40. p. 495.*

Succeſſor in feudo an teneatur ſolvere Annatam debitam a defuncto Feudatario. *Ibid. a n. 41. p. ead. ad n. 62. p. 497.*

Tertius poſſeſſor an & quando cogi poſſit ad ſolutionem Annatæ. *Ibid. n. 63. & ſeqq. p. ead.* Et quid ſtante conventione. *Ibid. n. 69. 70. p. 498.*

Eccleſiaſtici non tenentur ſolvere Annatam. *Ibid. n. 71. p. ead.*

Immunes ob duodecim liberos an ſint exempti a ſolutione Annatæ. *Ibid. n. 72. 73. p. ead.*

Vaſſallus pauperrimus an & quando eximatur a ſolutione Annatæ. *Ibid. n. 74. & ſeqq. p. ead.*

Calculatio fructuum pro ſolutione Annatæ quomodo fieri debeat, & quid ſervetur Mediolani. *Ibid. n. 77. 78. p. 499.*

Alia ad materiam Annatæ remiſſive. *Ibid. n. 79. & ſeqq. p. ead.*

ANIMUS.

Qualitas animi deliberati in delicto intelligitur expreſſa, ubi elici poſſit ex narrativis Inquiſitionis. *Deciſ. ad Conſtit. de Accuſat. n. 54. p. 230.*

Nec poteſt purgari per inflictionem torturæ. *Deciſ. ad Conſtit. de Pœnis. n. 97. p. 270.*

ANNO-

Annona.

Annonæ Præfectorum juriſdictio, & auctoritas quænam ſit. *Conſtit. Tit. de Præfect. Annonæ* §. *Quia.* *p.* 64.

Ad ipſos ſpectat licentias concedere, & de earum emolumentis rationes tenere debent. *Conſtit. Tit. eod.* §. *Ad Magiſtratum.* *p. ead. Annot. ibidem.* *n.* 4. *p.* 72.

Apud Acta eorum Tribunalis præſentari debent licentiæ circa Annonam conceſſæ a Principe, vel ejus L. T. *Conſtit. Tit. eod* §. *cæterum.* *p.* 65.

Non poſſunt ordinare generalem deſcriptionem Bladorum, niſi cum conſenſu Principis, vel Senatus. *Conſtit. Tit. eod.* §. *Non poſſitque.* *p. ead.*

Eligunt Perſonas ad faciendam bladorum deſcriptionem, & ab eis exigunt idoneos fidejuſſores. *Conſtit. Tit. eod.* §. *Curabitque.* *p. ead.*

Tempore inopiæ poſſunt ſuſpendere Mercata publica. *Conſtit. Tit. eod.* §. *Habeatque.* *p. ead.*

Commiſſarios, & eorum Contraſcriptores eligunt. *Conſtit. Tit. eod.* §. *Erit quoque.* *p. ead.*

Tempore penuriæ conſulto Principe, vel Senatu opportune provident. *Conſtit. Tit. eod.* §. *tempore.* *p.* 70. & Senatus concedit facultatem cogendi divites ad mutuandas pecunias pro comparanda Annona pro alimentis pauperum. *Annot. ibidem.* *n.* 20. 21. *p.* 73.

Contrafacientes Ordinibus circa Annonam a quolibet accuſari, & detineri poſſunt. *Conſtit. eod.* §. *Contrafacientes*, & §. *Sit etiam.* *p.* 70. *Annot. ad Ord. Senat. 27. Julii* 1554. *in Append.* *p.* 527.

Fraudatæ Annonæ Inventor quid conſequatur. *Conſtit. Tit. eod.* §. *In omnibus.* *p. ead. Deciſ. ibidem.* *n.* 22. 23. *p.* 73.

In caſibus fraudatæ Annonæ quando procedi poſſit. *Conſtit. Tit. eod.* §. *Non tantum.* *p. ead. Deciſ. ibidem.* *n.* 24. 25. *p.* 73. & *n.* 26. & *ſeqq.* *p.* 74.

Antianus.

Antiani tenentur accipere in adminiſtrationem bona apprehenſa nomine Fiſci. *Conſtit. de Offic. Quæſtor. Extraord. Reddit.* §. *Eaque.* *p.* 45.

Eliguntur a Præfectis Sanitatis previa approbatione S. E. *Annot. ad Conſtit. de Præfect. Sanit.* *n.* 15. *p.* 78.

Antiani, & Conſules non comprehenduntur ſub appellatione Officialium. *Annot. ad Conſtit. de Accuſation.* *n.* 9. *p.* 228.

Antiani Mediolani a quibus oneribus ſint exempti. *Annot. ibid.* *n.* 10. *p. ead.*

Antiani, & Conſules tenentur denuntiare delicta, & quomodo, & hæc quæ ſint. *Conſtit. de Accuſation.* §. *Qui Antiani.* & §§. *ſeqq.* *p.* 223. *Annot. ibid.* *n.* 13. & *ſeqq.* *p.* 228.

Antiani, & Conſules requiſiti aſſiſtere debent executionibus realibus, & cavere debent a recipiendis depoſitis fiducialibus. *Annot. ibid.* *n.* 106. 107. 108. *p.* 235.

Antiani, & Conſules tenentur denunciare Judici blaſphemos & ludentes ludis vetitis. *Conſtit. de Pœnis.* §. *Antiani.* *p.* 261.

Tenentur Antiani notificare Judicibus contrafacientes in materia Meretricum. *Conſtit. de Meretricibus.* §. *Antiani.* *p.* 345.

Appellatio: Appellans.

Appellatio a quorum ſententiis detur ad Senatum. *Conſtit. Tit. de Senator.* §. *inſuper cognoſcat.* *p.* 8.

Non datur a ſententiis, decretis, & ordinationibus Senatus. *Conſtit. Tit. eod.* §. *a decretis.* *p. ead.*

Appellationum cauſæ coram Senatoribus inſtantiam non habent, & in ipſis ſervanda eſt Conſtit. *Tit. de Appellat. Annot. ad d. Tit. de Senator.* *n.* 169. 170. *p.* 22.

Appellanti ad Senatum ſtatui debet terminus menſis ad deponendum ſalarium. *Annot. ubi ſupra.* *n.* 171. *p.* 23.

Cauſa appellationis a ſententia lata a Magiſtratu in cauſa onerum intra quod tempus expediri debeat. *Annot.* & *Deciſ. ubi ſupra.* *n.* 173. 174. 175. *p. ead.*

Cauſæ Impreſariorum Cameralium, ſecluſo intereſſe Fiſci, in gradu appellationis indiſtincte cognoſcuntur a Senatu. *Deciſ. ubi ſupra.* *n.* 176. *p. ead.*

Appellatio a ſententiis Judicis Datiorum devolvitur ad Magiſtratum. *Conſtit.*

Tit.

Digitized by Google

Tit. de Offic. Quæſtor. Ordinar. §. *cognoſcet*. *p.* 38.

Appellatio a ſententiis latis per Referendarios Civitatum, ad quem devolvatur. *Conſtit. Tit. de Offic. Quæſtor. ordinar. reddit.* §. *non tamen*. *p.* 39.

Ad Senatum devolvitur appellatio a ſententiis latis per Delegatos a Magiſtratu. *Deciſ. ad eand. Conſtit. n.* 26. *& ſeqq. p.* 41.

Item a ſententiis Executorum Reg. Cameræ. *Deciſ. ibidem. n.* 30. *p. ead.*

Appellatio a ſententiis utriuſque Magiſtratus an, & quando detur. *Conſtit. Tit. de Offic. Quæſtor. ordinar. reddit.* §. *A ſententiis*. *p.* 39., *& Deciſ. ibidem. n.* 31., *& ſeqq. p.* 41., *& Conſtit. Tit. de Offic. Quæſtor. extraordinar. &c.* §. *A quorum ſententiis*. *p.* 50., *& Deciſ. ibidem. n.* 133. *& ſeqq. p.* 62.

Appellatio quando non datur a ſententiis Magiſtratuum, competit reviſio, & coram quo. *Annot. ad Conſtit. Tit. de Offic. Quæſtor. ordinar. reddit. n.* 37. *p.* 42.

Appellatio admiſſa a ſentenia magiſtrali cognoſci debet a toto Senatu. *Annot. ibidem. n.* 38. *p. ead.*

Appellatione a ſententia Magiſtratus rejecta quoad ſuſpenſivum, ad eundem remittitur cauſa pro executione. *Deciſ. ibidem. n.* 39. *p. ead.* etiamſi judicium executionis intentatum ſit coram Capitaneo Juſtitiæ. *Deciſ. ad Conſtit. de Offic. Quæſtor. extraord. reddit. n.* 142. *p.* 62.

Appellatio non admittitur a ſententia declarante hæreditatem eſſe vacantem. *Deciſ. ibidem. n.* 134. *p. ead.*

Admittitur appellatio ad Senatum a ſententia lata in materia Annonæ. *Deciſ. ibidem. n.* 140. *p. ead.*

Item a ſententia lata pro expenſis refectionis viæ regiæ. *Deciſ. ibidem. n.* 141. *p. ead.*

Appellatio ab ordinationibus Magiſtratus Sanitatis devolvitur ad Senatum, & admittitur ſolum quoad devolutivum. *Deciſ. ad Conſtit. de Præfect. Sanit. n.* 9. 10. 11. *p.* 78.

Appellatio a ſententiis Capitanei Juſtitiæ, & ejus Vicarii devolvitur ad Senatum. *Conſtit. de Offic. Capitan. Juſtit.* §. *Appellationes*. *p.* 83., & debet cognoſci a toto Senatu. *Annot. ibidem. n.* 33. *p.* 86.

Appellatio a ſententiis Judicis Datiorum devolvitur ad Magiſtratum. *Conſtit. de Offic. Judiciis Datior.* §. *Appellationes*. *p.* 87. *Deciſ. ibidem. n.* 9. *p.* 88.

Appellatio a ſententiis Executorum Fiſci quando admittatur, & ad quem devolvatur. *Deciſ. ad Conſtit. de Executor. Fiſci. n.* 12. 13. 14. *p.* 91.

Non datur appellatio ab arbitramentis. *Conſtit. de Arbitriis.* §. *A quorum*. *p.* 130.

Appellatio interponi debet intra dies quatuor a die intimationis ſententiæ. *Conſtit. de Appellationibus.* §. *Pluſquam*. *p.* 143.

Mandanti, & Mandatario an, & quando liceat pœnitere ad evitandam pœnam. *Conſtit.* §. *Quod ſi. &* §. *Mandatariis. p. ead. Annot. ibid. n.* 60. *p.* 268.

Mandatarius crimen deferens quod prœmium

Digitized by Google

mium conſequatur. *Conſtit. Tit. eod.* §. *ſi Mandatarii*; *&* §. *Quod ſi*. *p.* 254.
Mandans committi delictum, etiam Mandatario recuſante quomodo puniatur. *Conſtit. Tit. eod.* §. *Quod ſi Mandans*. *p. ead.*
Mandatarius punitur pœna ordinaria pro mandato ad occidendum ſuſcepto in hoc dominio, vel alibi, & executo hic, vel alibi. *Deciſ. ibid. n.* 55. 57. *p.* 267.
Mandatarius punitur etiam pro actu remoto ad executionem mandati. *Deciſ. ibid. n.* 56. *p. ead.*
Aſſiſtens mandatario punitur pœna mortis. *Deciſ. ibid. n.* 58. *p. ead.*
Minor ætas etiam in hoc delicto excuſat a pœna ordinaria. *Deciſ. ibid. n.* 59. *p. ead.*
Mandantes, & Mandatarii, ut ſupra, frui nequeunt beneficio liberationis banniti. *Annot. ibid. n.* 54. *p. ead.*

Maritus.

Quale imperium habeat in Uxorem. *Deciſ. ad Conſtit. de Pœnis*. *n.* 43. *p.* 266.
Occidens Uxorem quomodo punitur. *Conſtit. Tit. eod.* §. *Occidens*. *p.* 253. *Deciſ. ibid. n.* 44. 45. *p.* 266.
Occidens Uxorem adulteram, & Adulterum an puniatur. *Deciſ. ad Conſtit. de Pœnis*. *n.* 106. *& ſeqq. p.* 271.
Proſtituens propriam Uxorem quomodo punitur. *Annot. ibid. n.* 120. *p.* 272. *ad Conſtit. de Meretricib. n.* 1. *p.* 346.
Matrimonium contrahens cum duabus mulieribus quomodo punitur. *Conſtit. Tit. eod.* §. *Si quis*. *p.* 262. *Annot. ibid. n.* 330. 331. *p.* 287.

Mater.

Ut valide contradicat uti Tutrix Cridis fiſcal. requiritur, quod valide tutelam ſuſceperit. *Deciſ. ad Conſtit. de Jure, & privil. Fiſci*. *n.* 43. *p.* 300.
Mater quoad tutelam vide Tutela.

Matrimonium.

Fieri clandeſtine prohibetur, & ſub qua pœna. *Conſtit. de Pœnis*. §. *Matrimonia*. *p.* 255. *Deciſ. ibid. n.* 131. *& ſeqq. p.* 273.
Intereſſe hujuſmodi matrimonio, aut receptare eum contrahentes prohibitum eſt, & ſub qua pœna. *Conſtit. Tit. eod.* §. *Omnibus*. *p.* 255.
Ob nullam cauſam permittitur inobſervantia hujus Conſtitutionis. *Deciſ. ibid. n.* 123. 124. *p.* 272. *& n.* 127. *p.* 273.
Pœna matrimonii clandeſtini quando habeat locum vel non. *Deciſ. ibid. n.* 125. 126. *p.* 272. *& n.* 128. 129. 130. *p.* 273.
Matrimonium cum duabus Mulieribus quomodo puniatur. *Conſtit. Tit. eod.* §. *Si quis cum*. *p.* 262. *Annot. ibid. n.* 330. 331. *p.* 287.

Medicinalia.

Vendi poſſunt diebus feſtis. *Conſtit. de Feriis*. §. *Et ſi*. *p.* 135., & quomodo. *Annot. ibid. n.* 8. 9. *p.* 136.
Non poſſunt vendi a Religioſis lucri causâ. *Annot. ad Ord. Senat.* 26. *Julii* 1726. *n.* 3. 4. *in Append. p.* 546.

Medicus.

Medici Subditi laureati extra Gymnaſium Ticinenſe non poſſunt artem ſuam exercere in hoc Dominio. *Annot. ad Conſtit. de Gymnaſio Ticin. n.* 68. *p.* 343.
Si quis alibi Lauream ſuſcepit ob juſtam cauſam quomodo admittatur. *Annot. ibid. n.* 69. *p.* 344.
Medici poſt adeptam Lauream in Gymnaſio Ticin., anteqnam exerceant, a quo examinari debent. *Annot. ibid. n.* 30. 31. 33., nec conceditur diſpenſatio. *n.* 34. *p.* 341.
Medici Pontremolenſes, ut exerceant, ſufficit eorum examen coram Phyſicis Collegii hujus Urbis. *Deciſ. ibid. n.* 35. *p. ead.*
Medici exteri exercere nequeunt ſine approbatione Senatus. *Annot. ibid. n.* 32. *p. ead.* *Ord. Senat.* 17. *Martii* 1744. *p.* 466.

Membrum.

Abſcindens aliquod membrum quomodo punitur. *Conſtit. de Pœnis*. §. *Eruens*. *p.* 262., & quomodo intelligatur. *Deciſ. ibid. n.* 329. *p.* 287.

Memoria.

Damnatorum damnari non poteſt. *Conſtit. de Accuſationib.* §. *Mortuorum*. *p.* 225. *Deciſ. ibid. n.* 67. *p.* 231.

Digitized by Google

Mercator.

Mercatores non poſſunt ſine licentia diſcedere ab hoc Dominio, ut alibi artem exerceant. *Conſtit. de Offic. Abbat. Mercator.* §. *Omnibus*. *p.* 357. *Annot. ibid. n.* 68. 69. *p.* 367.

Mercatores Cambiſtæ tenentur dare notulam Cambiorum per ipſos contractatorum pro repartu extimi. *Deciſ. ibid. n.* 2. *p.* 359.

Mercatores Alemani quibus privilegiis fruantur pro cauſis contra eorum Debitores. *Annot. ibid. n.* 38. *p.* 364. *n.* 56. 57. *p.* 365.

Mercatores non poſſunt cedere bonis in præjudicium Mercatoris habentis executionem perſonalem. *Deciſ. ibid. n.* 65. *p.* 366.

Mercatoris hæres poteſt convenire Debitores ex cauſa mercaturæ coram Abbat. Mercator., etiam ſi ipſe non ſit Mercator. *Deciſ. ibid. n.* 11. *p.* 360.

Mercatores, & Negotiatores fidefragi fugientes non ſatisfactis Creditoribus quolibet die, & ubique detineri, & quo modo puniri poſſunt. *Conſtit. Tit. eod.* §. *Quicunque*. *&* §. *Hæque*, *p.* 358.

Mercatus.

Qui fiunt in hoc dominio, qua exemptione fruantur. *Deciſ. ad Tit. Conſtit. de Publicanis*. *n.* 6. *p.* 311.

Meretrix.

Meretrici publicæ in quibus locis domus locari non poteſt. *Conſtit. de Meretric.* §. *Non ſatisfactum*. *p.* 344. *Annot. ibid. n.* 4. 5. 6. *p.* 346.

Domum locans Meretrici in locis prohibitis quam pœnam incurrat. *Conſtit.* §. *eod. Annot. ibid. n.* 7. *p.* 347.

Meretrix contrahere non poteſt, ut proſtituatur, nec tenere Lenonem. *Conſtit. Tit. eod.* §. *Omnibus*. *&* §. *Et e converſo*. *p.* 345.

Meretrici nemo poteſt mutuare pecunias, nec dare veſtes, ut ex quæſtu corporis lucrum faciat. *Conſtit. Tit. eod.* §. *Nemo*. *p. ead.*

Meretrices quibus diebus non poſſint ire, & morari per Urbem, & Suburbia, *Conſtit. Tit. eod.* §. *Meretrices*. *p. ead. Annot. ibid. n.* 10. *p.* 347.

Tenentur deferre mantellum album, nec poſſunt induere habitum virilem, & deferre arma. *Conſtit. Tit. eod.* §. *Eoque caſu*. *p.* 344. *Annot. ibid. n.* 11. 12. *p.* 347.

In cauſis Meretricum quomodo procedi debeat per Judices. *Conſtit. Tit. eod.* §. *Juſdicentes*. *p.* 346.

Fœmina faciens quæſtum corporis quando poſſit expelli a Parocchia, & duci ad poſtribulum, & expulſa quas veſtes in publicum deferre non poſſit. *Conſtit. Tit. eod.* §. *Et eo.*, *&* §§. *ſeqq. p. ead. Annot. ibid. n.* 15. *p.* 347.

Miles.

Milites delinquentes quando ſubſint minori Magiſtratui. *Deciſ. ad Conſtit. de Offic. Collateral. General. n.* 17. *& ſeqq. p.* 76.

Miles non poteſt eſſe Judex. *Deciſ. ad Tit. de Offic. & juriſdic. diverſor. Judic. n.* 133. *p.* 109.

Proceſſatus, & bannitus, finito ſervitio regio, punitur a Judice ordinario. *Deciſ. ad Tit. de Foro compet. n.* 23. *p.* 134.

Miles inſerviens Principi extero in comparandis Militibus pro ejus ſervitio a quo Judice puniri debeat. *Annot. ibid. n.* 24. *p. ead.*

Cauſa Militis Caſtri vulnerati a Satellite extra ambitum Caſtri cognoſcitur a Senatu. *Annot. ibidem*. *n.* 25. *p. ead.*

Miles debitor ex cauſa civili non poteſt detractare ſolutionem debiti ex titulo militiæ, nec fori. *Annot. ibid. n.* 26. *p. ead.*

Militi debitori conceditur ſalvuſconductus durante impedimento militiæ. *Annot. ad Tit. de Salviſconduct. n.* 12. *p.* 184.

Miles loco Satellitis non poteſt ſe ingerere in exactione onerum. *Annot. ad Tit. Conſtit. de Onerib. n.* 37. *p.* 318.

Milites cujuſcunque gradus obſervare debent diſpoſita circa victualia. *Annot. ad Conſtit. de Offic. Vicar. Proviſion. n.* 13. *p.* 353.

Militum apothecæ victualium ſubjacent viſitationi Judicis, & Officialium victualium. *Annot. ibid. n.* 30. *p.* 354.

Mi-

Digitized by Google

Minæ.

Minas inferens Doctori, Magiſtratui, vel Commiſſario, coram quo litem habet, quomodo punitur. *Conſtit. de Pœnis.* §. *Si quis auſus.* *p.* 260.

Minor.

Minor diſpenſatus quoad ætatem excluſus remanet a reſtitutione in integrum. *Deciſ. ad Conſtit. de Senator.* *n.* 101. 102. *p.* 17.

Minoris fidejuſſio invalida eſt etiam favore Fiſci. *Deciſ. ad Conſtit. de Offic. Quæſtor. Extraord. Reddit.* *n.* 27. *p.* 54.

Minoris educatio decernitur penes Matrem, vel Aviam attentis circumſtantiis. *Deciſ. ad Conſtit. de Tutelis.* *n.* 19. 20. *p.* 116.

Minori ob omiſſum inventarium competit juramentum in litem pro ſumma taxanda per Judicem. *Deciſ. ibid.* *n.* 48. *p.* 118.

Pro Minoris in judicium citati indemnitate tenentur illi, ad quos tutela, vel cura ſpectat de jure. *Conſtit. de Tutel.* §. *Tenebuntur.* *p.* 114.

Ceſſio reportata a Tutore adverſus Minorem quomodo ſuſtineatur. *Deciſ. ad d. Tit.* *n.* 5. 6. *p.* 115.

Minoris Creditor ex mutuo quid probare debeat, ut conſequi poſſit creditum. *Deciſ. ibid.* *n.* 4. *p. ead.*

Minor non obtinens coram Senatu non cenſetur condemnatus in expenſis, niſi exprimatur. *Annot. ad Ord. Senat.* 13. *Novemb.* 1553. *in Append.* *p.* 527.

Miserabilis.

Miſerabilium cauſæ quam citius, & gratis expediri debent. *Conſtit. de Advocat. Miſerabilium.* §. *Judices autem.* *p.* 112.

Alia vide in verb. Pauper: Paupertas.

Molendinarius.

Quibus pœnis ſubjaceant Molendinarii, ſi transfretent, aut non detineant, aut non denuntient conducentes Blada ſine licentia. *Conſtit. Tit. de Præfect. Annonæ.* §. *Et non ſolum.* *p.* 68.

Quomodo ipſis liceat Blada conducere ad eorum Molendina. *Conſtit. Tit. eod.* §. *Molendinariis.* *p.* 69.

Tenentur in principio anni fidejubere de ſervandis Ordinibus. *Conſtit. Tit. eod.* §. *Teneantur.* *p. ead.*

Non poſſunt accipere Blada in locis non comprehenſis in licentia, nec conducere Granum de uno loco ad alium. *Conſtit. Tit. eod.* §. *His quoque.* *p. ead.*

Non poſſunt emere, vel emi facere Blada in quovis loco. *Conſtit. Tit. eod.* §. *Sub pœnis.* *p. ead.*

Nequeunt locare operas conducendi Blada his qui licentiam habent hinc inde conducendi. *Conſtit. Tit. eod.* §. *Et item.* *p. ead.*

Poſſunt tamen locare operas pro conducendo Blada ad Civitatem. *Deciſ. ibidem.* *n.* 16. 17. 18. *p.* 73.

Non tenentur obtinere a Magiſtratu licentiam exercendi eorum artem. *Deciſ. ibidem.* *n.* 19. *p. ead.*

Pro contraventionibus tenentur pro eorum familia. *Conſtit. Tit. eod.* §. *His quoque.* *p.* 69.

Molendinarii Fluminis Olonæ poſſunt qualibet die irrigare eorum Inſulas, & quomodo. *Conſtit. Tit. de Offic. Judicis, & Commiſ. Flum. Olonæ.* §. *Molitoribus.* *p.* 374.

Moneta.

Monetam falſam fabricans, aut cooperans qua pœna puniatur. *Conſtit. de Monetis.* §. *Quicunque.* *p.* 93. *Deciſ. ibidem.* *n.* 13. *p.* 96. & *n.* 14. 15. 16. *p.* 97.

Expendens, vel expendi faciens monetam falſam qua pœna puniatur. *Conſtit. Tit. eod.* §. *Expendens.* *p.* 94. *Deciſ. ibidem.* *n.* 17. 18. 19. *p.* 97.

Introductores falſæ monetæ quomodo fuerint puniti. *Deciſ. ibidem.* *n.* 20. 21. *p. ead.*

Monetam diminuens, vel deteriorans qua pœna puniatur. *Conſtit. Tit. eod.* §. *Eadem.* *p.* 94. *Deciſ. ibidem.* *n.* 22. 23. *p.* 97.

Inſtrumenta apta ad cudendam, tondendam, & imprimendam monetam, exceptis Fabris, teneri non poſſunt domi, & ſub qua pœna. *Conſtit. Tit. eod.* §. *Interdictum.* *p.* 94.

Moneta non poteſt ſecerni, vel fundi & ſub

Digitized by Google

ſub qua pœna. *Conſtit. Tit. eod. §. Nullus. p. ead.*

Sciens fabricari monetam falſam tenetur notificare Judici, & ſub qua pœna. *Conſtit. Tit. eod. §. Si quis. p. 94.*

Omnibus prohibitum eſt facere formas, & ſpontonos ad cudendam monetam ſine licentia Judicis. *Conſtit. Tit. eod. §. Nemini. p. ead. Deciſ. ibidem. n. 25. p. 97.*

Monetarii hujus Dominii non poſſunt laborare extra Dominium ſine licentia. *Conſtit. Tit. eod. §. Monetarii. p. 94.*

Extra hoc Dominium exportari nequit aurum, aut argentum in petiis, verghis, granis, & monetis bolzonatis, nec etiam moneta extera. *Conſtit. Tit. eod. §. Omnibus. p. ead. Annot. ibidem, n. 26. p. 97.*

Conducentes monetam exteram, & tranſeuntes per hoc Dominium, tenentur illam notificare. *Conſtit. Tit. eod. §. Et intelligantur. p. 94. Annot. & Deciſ. ibidem. n. 27. 28. 29. p. 98.*

Quinam monetæ valor attendi debeat in ſolutionibus faciendis vigore contractuum. *Deciſ. ibid. n. 7. & ſeqq. p. 96.*

MONIALIS.

Monialem profeſſam carnaliter cognoſcens capite punitur, & eſt incapax gratiæ, & liberationis banniti. *Conſtit. de Pœnis. §. Carnali. p. 255. Annot. ibid. n. 135. p. 273.*

Monialium monaſterium ingrediens in quam pœnam incurrat. *Conſtit. Tit. eod. §. Cuicunque. p. 255.*

Receptans Monialem quomodo puniatur. *Conſtit. Tit. eod. §. Eademque. p. 256.*

MONITORIUM.

Auditoris Cameræ Apoſtolicæ non poteſt intimari ſine *Exequatur* Reg. Æconomi. *Annot. ad Ord. 10. Aprilis 1648, n. 2. p. 435.*

MULCTA.

Solvi debet Fiſco a Judice indebite mulctante. *Conſtit. Tit. de Senator. §. Cum autem.* verſic. *Ea tamen lege. p. 9.*

Mulctæ per Judices tranſmitti debent ad Magiſtratum Extraord. *Conſtit. de Offic. Quæſtor. Extraord. §. Prætores. p. 44. Annot. ad Conſtit. de Mulctis. n. 7. p. 288.*

Mulcta ad Cameram quando tranſmitti poſſit, vel non. *Conſtit. de Mulctis. §. Mulctæ. p. 287.*

Irrita eſt, ſi inobediens ante tranſmiſſionem pareat, *Conſtit. Tit. eod. §. Omnique. p. ead.*

Ut locus ſit mulctæ, quando ſufficiat præceptum eſſe intimatum domi habitationis, *Deciſ. ibid. n. 1. 2. 3. p. 288.*

Locus non eſt mulctæ, ſi Reus non compareat ob impedimentum, *Deciſ. ibid. n. 4. p. ead.*

Mulcta per Fiſcum quando exigi debeat prius, quam confiſcatio. *Annot. ibid. n. 6. p. ead.*

NAUTA.

NAutæ, Portitores, & Cuſtodes pontium transfretare non poſſunt conducentem blada ſine licentia, & ſub qua pœna. *Conſtit. Tit. de Præfect. Annonæ. §. Portitoribus. p. 68.*

Tenentur prædicti detinere conducentes blada ſine licentia, & ubi non poſſint, quem monere debeant. *Conſtit. Tit. eod. §. Si vero. p. ead.*

Singulo anno fidejubere debent apud acta Magiſtratus de ſervandis ordinibus. *Conſtit. Tit. eod. §. Portitoreſque. p. ead.*

Nautæ per Ticinum, Padum, & Abduam non poſſunt conducere blada ſine ſpeciali licentia. *Conſtit. Tit. eod. §. Cæterum. p. ead.*

Quid ſervare debeant circa conducentes blada extra Dominium cum licentia. *Conſtit. Tit. eod. §. Conducentes. p. ead.*

Non poſſunt vehere ſal, quod non ſit ex gabella Principis. *Conſtit. de Publicanis. §. Portitores. p. 302.*

NEGATIVA.

Coarctata quando probari poſſit a Reo. *Deciſ. ad Tit. de Accuſation. n. 5. p. 228.*

NOMINATIO.

Teſtium, vel Inſtrumentorum exiſtentium extra locum judicii producendorum in cauſis civilibus quomodo fieri de-

Digitized by Google

debeat. *Conſtit. de Judic.* §. *Et quia. p.* 121. *Deciſ. ibid. n.* 31. *p.* 127.

Intra quod tempus fieri debeat. *Conſtit. Tit. eod.* §. *Qua nominatione. p.* 121. *Deciſ. ibid. n.* 32., & an concedatur diſpenſatio. *Ibid. n.* 33. *p.* 127.

Nominationi factæ nihil addi poteſt, nec ea denuo fieri. *Conſtit. Tit. eod.* §. *Qua nominatione. p.* 122.

Notaria.

Notariæ maleficiorum, aut damnorum conduci nequeunt ab aliquo Magiſtratu, vel Potentiore. *Conſtit. de Pœnis.* §. *Sancitum eſt. p.* 260. *Annot. ibid. n.* 309. *p.* 285.

Notarius.

Notarii criminales nunc approbantur a Senatu. *Annot. ad Conſtit. de Offic. Queſtor. Extraord. Reddit. n.* 17. *p.* 53.

Notarii Camerales, quando incumbere poſſint cauſis, & rogare acta. *Deciſ. ad Tit. d. Conſtit. n.* 7. 8. *p.* 52.

Notarius Cameralis intereſſe debet cum Notario Capitanei Juſtitiæ, vel Pretoris deſcriptionibus favore Fiſci. *Conſtit. ut ſupra.* §. *In Capitaneatus. p.* 46.

Notarii tenentur notificare Fiſco intra menſem cum dimidio inſtrumenta Creditorum, & acquiſitionum condemnati a decennio citra. *Conſtit. ut ſupra.* §. *Intraque, &* §. *Non teneantur. p.* 47.

Quando excuſentur a pœna ob lapſum d. termini. *Deciſ. ad d. Conſtit. n.* 82. 83. *p.* 58.

Notariis quid debeatur pro deſcriptionibus, & apprehenſionibus bonorum favore Fiſci. *Conſtit. ut ſupra* §. *Notarii. p.* 50. *& Deciſ. ibidem. n.* 148. *p.* 63.

Notarii pro expenſis dictarum deſcriptionum, & apprehenſionum quomodo ſibi cavere poſſint. *Conſtit. ut ſupra.* §. *Liceat tamen. p.* 51.

Si pro dictis deſcriptionibus, aut expenſis committant fraudem, aut dolum in quam pœnam incurrant. *Conſtit. ut ſupra.* §. *Hi tamen. p. ead.*

Notarii Camerales pro dictis deſcriptionibus, & apprehenſionibus an poſſint alios Notarios ſubſtituere. *Deciſ. ibidem. n.* 147. *p. ead.*

Notariis Cameralibus in Ordinibus, Reſcriptis, & Decretis Magiſtratus debetur titulus *Nobilis, & Dilecti. Annot. ibidem. n.* 145. *p. ead.*

Notariis quid debeatur pro ſententiis Magiſtratus, & pro quibus cauſis nihil debeatur. *Conſtit. ut ſupra.* §. *Interdictum.* §. *Quinimo. &* §. *In cauſis. p.* 51.

Notario Executorum Fiſci nullum debetur ſalarium, aut honorarium. *Annot. ad Conſtit. de Executor. Fiſci. n.* 17. *p.* 92.

Notarii in Officiis Variſii, Martheſanæ, & Seprii non poſſunt eſſe Oppidani. *Annot. ad Conſtit. de Offic. & juriſdic. diverſ. Judic. n.* 149. *p.* 110.

Quilibet Notarius poteſt rogare arbitramenta. *Conſtit. de Arbitris.* §. *Acta. p.* 130.

Notarii non poſſunt redigere in Inſtrumentis atteſtationes Teſtium factas non ſervata forma Conſtitutionum. *Conſtit. de Probationibus.* §. *Nemini. p.* 136.

Pro cauſis criminalibus non poſſunt accipere ſportulas. *Conſtit. de Sportulis.* §. *Pari modo. p.* 139.

Notarii rogantes inſtrumenta contra formam Conſtitutionis de Bonis ad Cridas ponen. qua pœna puniantur. *Conſtit. Tit. eod.* §. *Notarii. p.* 161.

Notarii rogantes inſtrumenta contra tenorem Conſtitutionis de Bonis in ſolut. dand. quomodo puniantur. *Conſtit. Tit. eod.* §. *Notarii. p.* 170.

Notarii criminales nihil poſſunt exigere ultra ordines. *Conſtit. de Notariis publicis.* §. *Notarii. p.* 185., & quid ipſis debeatur pro proceſſibus. *Annot. ibid. n.* 7. 8. *p.* 188.

Quidve pro relationibus, informationibus, & deſcriptionibus. *Ibid. n.* 18. 19. *p.* 189. Et quid pro aliis Actis &c. *Conſtit. Tit. eod. a* §. *Si quis. p.* 185. uſque ad §. *Pro Teſtium. p.* 186.

Quas qualitates habere debeant pro exercendo hujuſmodi officio. *Annot. ibid.* remiſſive. *n.* 1. *p. ead.*

Antequam exerceant debent approbari a Senatu, & quæ officia eodem tempore gerere nequeant. *Annot. ibid. n.* 2. *& ſeqq. p. ead.*

Notarii criminalis Officium laudabiliter exercitum non præjudicat honeſtati perſonæ, & familiæ. *Annot. ibid. n.* 6. *p. ead.*

Ad ipſos ſpectat facere viſitationes pro delictis, & quid exigere poſſint, vel non. *Annot. ibid. a n.* 9. *ad* 17. *p. ead.*

Si

Si viſitatio pro eodem delicto fiat a majori, & minori Magiſtratu cui debeatur merces. *Annot. ibid. n.* 14. *p. ead.*

Syndicari debent. *Conſtit. Tit. eod.* §. *Syndicenturque. p.* 185., nec amplius exercere poſſunt, niſi obtenta ſyndicatus liberatione. *Annot. ibid. n.* 21. *p.* 189.

Quæ emolumenta conſequi poſſint durante ſyndicatu. *Annot. ibid. n.* 22. *p. ead.*

De falſitate Notarii quis cognoſcat. *Annot. ibid. n.* 23. *p. ead.*

Notarii criminales quæ obſervare debeant pro implemento eorum Officii. *Annot. ibid. a n.* 25. *ad* 37. *p.* 189. *&* *a n.* 38. *ad n.* 59. *p.* 190.

Notarii cauſarum civilium, & qui non ſolvunt datium Notariæ nihil accipere poſſunt ultra præſcriptum ab Ordinibus. *Conſtit. Tit. eod.* §. *Notarii cauſarum. p.* 186. *&* §. *Notarii, & Scribæ. p.* 187.

Notarii præd. dumtaxat poſſunt conficere Acta, & ſententias rogare in cauſis civilibus in juriſdictione Prætoris Mediolani. *Conſtit. Tit. eod.* §. *Hac Sanctione. p.* 186. *Annot. ibid. n.* 89. *p.* 192.

Inſtrumenta, quæ fiunt cum Mulieribus nomine proprio, rogari non poſſunt a Notariis ſine ſolemnitatibus ſtatutariis. *Conſtit. Tit. eod.* §. *Nulli Notarii. p.* 187. Etiam ſi agatur de dote. *Deciſ. ibid. n.* 101. *p.* 193.

Notarius laicus ſi fiat eccleſiaſticus privatur Notariatu, & Imbreviaturis. *Annot. ibid. n.* 76. *p.* 191.

Pro obtinendo Notariatu quænam requirantur, & quæ præſtanda, & obſervanda ſint a Notariis civilibus pro eorum Officii implemento. *Annot. ibid. a n.* 66. *p.* 191. *ad n.* 80. *p.* 192.

Notarii rogantes ultimas voluntates debent Teſtatoribus ſuggerere Loca pia Terræ Sanctæ. *Annot. ad Tit. de Teſtamentis. n.* 1. *p.* 194.

Notarii quibus Locis piis edere debeant teſtamenta, & legata ſoluta tantum mercede ſcripturæ. *Annot. ad Tit. Conſtit. de Teſtamentis. n.* 11. *p.* 195.

In inſtrumentis venditionum quomodo deſcribere debeant bona. *Annot. ad Tit. de Emptione. n.* 1. *p.* 218.

Notarii liberati a crimine falſitatis non cenſentur reſtituti ad Officium tabellionatus; & ſi fuerint fænerati, ad illud non poſſunt reſtitui. *Conſtit. de Pœnis.* §. *Cauſidici. &* §. *Hi quoque. p.* 260.

Tenentur notificare intra unam diem Deputatis Sanitatis querelas, & denuncias de blaſphemia. *Conſtit. Tit. eod.* §. *Eo amplius. p.* 262.

Notarii criminales tenentur in libro deſcribere imputatos de furto, vel ſcacho. *Ord. Senat.* 21. *Julii* 1609. *p.* 409.

Notificatio: Notificans.

Notificatio a quibus; de quibus juribus; intra quodnam tempus; & ſub qua pœna fieri debeat publicatis Cridis fiſcal. *Conſtit. de Offic. Quæſtor. Extraord. Reddit.* §. *Quicunque. p.* 46. *Deciſ. ibidem. n.* 79. *& ſeqq. p.* 58.

Notificanti datur tertia pars bonorum ejus operâ ad Fiſcum perventorum. *Conſtit. Tit. eod.* §. *Prædictos. p.* 47. *Deciſ. ibidem. n.* 84. *p.* 58.

Notificans perjurium, vel dolum commiſſum a contradicente Cridis fiſcal. quid lucretur. *Conſtit. Tit. eod.* §. *Quilibet. p.* 49.

Notificatio admittitur a quolibet in materia defraudatæ Annonæ. *Conſtit. de Præfect. Annonæ.* §. *Contrafacientes. p.* 70. etiam a Bannito. *Deciſ. ibidem. n.* 22. 23. *p.* 73.

Nullitas.

Sententiæ ob lapſum inſtantiæ, vel fatalium a quo non poſſit allegari. *Deciſ. ad Conſtit. de Appellation. n.* 34. *p.* 147.

Quando eſt notoria, & reſultat ex Actis, poteſt proponi etiam poſt lapſum terminum. *Deciſ. ibid. n.* 37. 38. *p.* 148.

Ob defectum citationis inſanabilis eſt etiam in cauſis criminalibus, & allegabilis etiam in limine executionis ſententiæ capitalis. *Deciſ. ad Conſtit. de Accuſation. n.* 130. *p.* 237.

Nullitas condemnationis declarata favore unius ex coreis prodeſt etiam aliis. *Deciſ. ibid. n.* 162. *p.* 239.

Oblatio.

Oblationes vulgo *vantaggi* an admitti debeant in licitationibus jurium Cameralium favore Oblatoris. *Annot. ad Conſtit. de Offic. Quæſtor. Ordinar. Red. n.* 21. *p.* 41.

Ocu-

Digitized by Google

Oculus.

Oculum eruens alicui quomodo punitur. *Conſtit. de Pœnis. §. Eruens. p. 262.*

Oculum eruentis pœna procedit etiam in cauſante ammiſſionem virtutis viſivæ, *Annot. ibid. n. 327. p. 287.*

Offensa.

Nomine offenſæ venit etiam capitalis, & graviſſima. *Annot. ad Ord. Senat. 16. Octobr. 1610. n. 1. 2. 3. p. 412.*

Officialis: Officium.

Officiales omnes requiſiti præſtare debent auxilium Quæſtoribus. *Conſtit. Tit. de Offic. Quæſtor. Ordinar. Reddit. §. Prætoreſque. p. 39.*

Officiales tenentur tranſmittere Magiſtratui mulctas, & condemnationes pecuniarias. *Conſtit. Tit. de Offic. Quæſtor. Extraord. Reddit. §. Prætores. p. 44.*

Non poſſunt exigere condemnationes pecuniarias, & ex iiſdem ſalarium ipſis ſolvi debet. *Conſtit. Tit. eod. §. Prohibitum. p. ead. Deciſ. ibid. n. 29. p. 54.*

Tenentur ſingulo menſe mittere Magiſtratui notulam querelarum, denuntiarum, & condemnationum, in quibus pœna ſanguinis, vel Fiſci intereſſe vertitur, & monere Senatum de delictis atrocibus. *Conſtit. Tit. eod. §. Teneantur. p. 51., & Annot. ibidem. n. 150. p. 63.*

Officiales electi a Præfectis Annonæ durant biennio, tenentur fidejubere, & ſubjacent ſyndicatui. *Conſtit. Tit. de Præfect. Annonæ. §. Electi. p. 65.*

Officiales prædicti a nemine impediri poſſunt in pertinentibus ad Annonam. *Conſtit. Tit. eod. §. Gubernatoribus. p. ead.*

Officia omnia ſunt biennalia, etiam ſi conceſſa ſint ad beneplacitum, vel ad ulterius tempus. *Conſtit. de Offic. & juridic. diverſ. &c. §. Officia omnia. p. 104.*

Officiales non poſſunt diſcedere a loco eorum reſidentiæ ſine licentia. *Conſtit. Tit. eod. §. Officiales. p. ead.*

Officiales condemnati pro aliquo delicto commiſſo in munere admitti amplius non debent ad aliquod officium ſine Principis Diplomate. *Conſtit. de Pœnis. §. Officiales. p. 258.*

Officiales corrumpere tentans circa eorum officium quomodo puniatur. *Conſtit. Tit. eod. §. Si quis. p. 259.*

Officiales, & eorum conjuncti non poſſunt conducere vectigalia Principis ipſo inconſulto. *Conſtit. Tit. eod. §. Nullus. p. 293.*

Officialis Salis delinquens in officio eſt incapax gratiæ. *Annot. ad Conſtit. de Publicanis. n. 9. p. 311.*

Officialium Civitatis Mediolani ſubſtituti quomodo admitti debent. *Annot. ad Conſtit. de Offic. Vicar. Proviſ. n. 23. p. 353.*

Olona.

Jus derivandi aquas fluminis Olonæ quibus competat. *Annot. ad Tit. Conſtit. de Offic. Judicis & Commiſ. flum. Olonæ. n. 1. p. 376.*

Hoc Flumen eſt mere juris privati. *Annot. ibid. n. 2. p. ead.*

Controverſiæ ortæ ſuper uſu illius aquarum inter Reg. Fiſcum, & Utentes conciliatæ ſunt tranſactione. *Annot. ibid. n. 3. p. ead.*

Ordinationes, quæ fiunt per M. Conſervatorem hujus Fluminis pro notitia utentium Eccleſiaſticorum, & Monaſter. publicandæ ſunt per Edictum. *Annot. ibid. n. 5. p. ead.*

Commiſſarius hujus fluminis non perſeverat ultra biennium, dat juramentum, fidejubet, ſyndicatur, & a quo nunc eligatur. *Conſtit. Tit. eod. §. Commiſſarius. p. 371. Annot. ibid. n. 7. 8. 9. 10. p. 377.*

Quod ſalarium habeat, & quomodo ſolvendum ſit. *Conſtit. Tit. eod. §. Is quoque. p. 371. Annot. ibid. n. 11. 13. p. 377.*

Condemnare debet contrafacientes Ordinibus, quomodo, & ubi fieri debeant condemnationes. *Conſtit. Tit. eod. §. Condemnare. p. 371. Annot. ibid. n. 14. 15. p. 377.*

Viſitare debet flumen a quo loco, & quo uſque. *Conſtit. Tit. eod. §. In primordio. p. 371. Annot. ibid. n. 16. p. 377.*

Camparii duo, & quales eligi, quidve exequi debeant pro implemento officii. *Conſtit. Tit. eod. §. Eliganturque. p. 371. Annot. ibid. n. 18. p. 378.*

Senator hujus fluminis Conſervator alias deputandus a toto Senatu nunc eligitur

a ſolo

a ſolo Præſide. *Conſtit. Tit. eod.* §. *Deputabit.* *p.* 372. *Annot. ibid.* *n.* 19. *p.* 378.

Utentes his aquis fidejubere quotannis, aliaque obſervare debent circa illarum uſum. *Conſtit. Tit. eod.* §. *Nemini.* *p.* 372. *Annot. ibid.* *n.* 20. 21. *p.* 378.

Ducens aquas hujus fluminis vi & potentia contra Ordines quomodo punitur. *Conſtit. Tit. eod.* §. *Commiſſarium.* *p.* 374. *Annot. ibid.* *n.* 22. *p.* 378.

Commiſſarius ubi, & quomodo debet purgari facere fontes. *Conſtit. Tit. eod.* §. *Teneatur.* *p.* 375. *Annot. ibid.* *n.* 23. *p.* 378.

Quibus, & quomodo liceat uti his aquis pro exercitio eorum artis. *Conſtit. Tit. eod.* §. *Liceat.* *p.* 375. *Annot. ibid.* *n.* 24. *p.* 378.

Quid ſervandum ſit circa condemnationes, earumque compoſitiones. *Conſtit. Tit. eod.* §. *Condemnationes.* *p.* 375. *Annot. ibid.* *n.* 25. *p.* 378.

ONERA.

Onera pro bonis feudalibus ſolvi debent ex eorum fructibus. *Deciſ. ad Tit. Conſtit. de Feudis.* *n.* 22. *p.* 207.

Onera ſolvi debent ab omnibus pro bonis quocunque titulo acquiſitis. *Conſtit. de Oneribus.* §. *Acquiventes.* *p.* 314. *Deciſ. ibid.* *n.* 52. 53. 54. 66. *p.* 319. *n.* 67. 76. 78. 79. *p.* 320.

Non valet conventio ut onera ſolvantur ab alienante. *Conſtit. Tit. eod.* §. *Eoque amplius.* *p. ead.*, valet autem ut ſolvantur a Conſtituente cenſum. *Deciſ. ibid.* *n.* 56. *p.* 319.

A Venditore quando onera ſolvi debeant. *Deciſ. ibid.* *n.* 57. *p.* 319. & *ad Conſtit. de Aquis.* *n.* 17. *p.* 326.

Onera localia perſonalia, ultra Ruſticos, a quibus ſolvi debeant, vel non. *Conſtit. Tit. eod.* §. *Quicunque.* *p.* 314. *Deciſ. & Annot. ibid. a n.* 67. *ad* 72. & *n.* 74. 75. *p.* 320.

Pro bonis eccleſiaſticis quænam onera, a quibus, & quomodo ſolvi debeant. *Deciſ. & Annot. ibid.* *n.* 82. 83. 84. *p.* 321.

Pro debito onerum cameralium non admittitur compenſatio alicujus crediti contra Communitatem. *Deciſ. ibid.* *n.* 80. *p.* 320.

Onerum menſualium impoſitiones ſolvi debent in pecunia numerata, & non in nominibus debitorum. *Deciſ. ibid.* *n.* 81. *p.* 321.

Ad Principem ſpectat ſubditis onera imponere. *Annot. ibid.* *n.* 85. *p. ead.*

Onera quomodo debeant diſtribui. *Annot. ibid.* *n.* 87. & *ſeqq.* *p. ead.*

Communitates non poſſunt concedere immunitatem ab oneribus, aut cedere earum credita minori pretio ſine diſpenſatione, & hæc quando, & quomodo concedatur. *Conſtit. Tit. eod.* §. *Communitates.* *p.* 314. *Annot. & Deciſ. ibid. a n.* 58. *ad n.* 65. *p.* 319.

Qui ſuam onerum portionem ſolvit, quando pro aliorum debito onerum moleſtari poſſit, vel non. *Conſtit. Tit. eod.* §. *Onera.* & § *Hoc tamen.* *p.* 315. *Annot. & Deciſ. ibid.* *n.* 92. *p.* 321. *n.* 93. 94. 95. *p.* 322.

Onera taxarum Equorum & hoſpitationis Militum ab omnibus ſolvi debent exceptis exemptis & quomodo. *Conſtit. Tit. eod.* §. *Oneribus.* *p.* 315. *Deciſ. & Annot. ibid.* *n.* 97. 98. 99. *n.* 105. 106. *p.* 322. & *a n.* 107. *ad* 119. *p.* 323. & *n.* 120. *p.* 324.

Oneris taxarum Equorum origo, & augmentum. *Annot. ibid.* remiſſive. *n.* 96. *p.* 322.

Immunitate ab oneribus taxarum Equorum conceſſa fieri debet illorum detractio favore Communitatis. *Conſtit. Tit. eod.* §. *Quo caſu.* *p.* 315. *Annot. ibid.* *n.* 121. *p.* 324.

Pro debito ex cauſa onerum vendi non poſſunt arbores a cima. *Deciſ. ibid.* *n.* 45. *p.* 318.

OPERARIUS.

Operarii monetalis Officinæ non poſſunt laborare extra Dominium ſine licentia. *Conſtit. de Monet.* §. *Monetarii.* *p.* 94. Ipſi actu exercentes pro delictis non exceptis ſubſunt eorum Præpoſito. *Deciſ. ibidem.* *n.* 4. *p.* 95.

Immunitas a quibus oneribus, & quando ipſis competat. *Annot. & Deciſ. ibidem.* *n.* 5. 6. *p. ead.*

Operarii non poſſunt ſine licentia diſcedere ab hoc Dominio, ut alibi locent operas ſuas, & ſub qua pœna. *Conſtit. de Offic. Abbat. Mercator.* §. *Omnibus.* *p.* 357. *Annot. ibid.* *n.* 68. 69. *p.* 367.

Qui veniant ſub hoc nomine. *Annot. ad Ord. Senat.* 28. *Martii* 1546. *p.* 518.

OPPO-

Digitized by Google

Oppositio.

Facta Executoribus Juſtitiæ quomodo punitur. *Conſtit. de Pœnis. §. Prohibitum eſt. & §. Quod ſi. p. 259. Deciſ. ibid. n. 268. & ſeqq. p. 283.*

Osculum.

Præbens Puellæ in loco publico quomodo fuit punitus. *Deciſ. ad Conſtit. de Raptu Mulier. n. 23. 24. p. 246. & ſeq.*

Ostiarius.

Senatus Oſtiarii fruuntur foro Capitanei Juſtitiæ. *Deciſ. ad Conſtit. de Offic. Capitanei Juſtitiæ. n. 30. p. 85.*

Oſtiariis Magiſtratus quid debeatur pro deſcriptionibus, & apprehenſionibus pro Fiſco. *Conſtit. de Offic. Quæſtor. Extraord. Reddit. §. Notarii. p. 50.*

Oſtiariis Senatus debentur ſoldi decem pro liberationibus factis vigore Indulti. *Ord. Senat.* 8. *Julii.* 1716. *p.* 455.

Oſtiarius Senatus ſenior tenetur quolibet menſe deferre Theſaurario ejuſdem expeditionum Schedulas, quæ dietim publice exponuntur in Cancellaria. *Ord. Senat. 2. Maji 1746. p.* 471.

Pactum.

Pactorum in forma Cameræ confirmationes a Senatu conceſſæ quando tribuant juriſdictionem Executoribus Fiſci. *Annot. ad Tit. Conſtit. de Executor. Fiſci. n. 2. 3. p. 91.*

Convalidatio pacti in forma Cameræ habet locum a die petitionis, non vero contractus. *Deciſ. ibidem. n. 16. p. 92.*

Pactum in forma Cameræ initum inter contrahentes non tribuit juriſdictionem ſine approbatione Senatus. *Deciſ. ibidem. n. 12. 13. p. 91.*

Pactum per Ponentem factum cum Creditoribus, quod Cridæ eis non noceant, invalidum eſt. *Conſtit. de Bonis ad Crid. ponen. §. Si ponentes. p. 162.*

Pactum quotæ litis quibus prohibitum eſt, & quamdiu duret prohibitio. *Conſtit. de Pœnis. §. Si Advocati, & §. Præmiſſi. p. 260.*

Panis.

Extra Civitatem exportari poteſt ſine licentia. *Conſtit. de Præfect. Annonæ. §. Extra. p. 67.*

Panis, vel Macinæ Vectigal fraudans quomodo punitur. *Conſtit. de Publicanis. §. Fraudanti. p. 303.*

Pane gabellæ uti debent Hoſpites tam pro uſu ſuo, quam alieno. *Conſtit. Tit. eod. §. Non poſſunt. p. ead.*

Panis ab Immunibus non poteſt vendi niſi moram trahentibus in eorum hoſpitiis. *Conſtit. Tit. eod. §. Exempti. p. 304.*

Paritas.

Cauſæ criminalis deſumitur a qualitate pœnæ, non delicti. *Deciſ. ad Conſtit. de Pœnis. n. 50. 51. 52. p. 267.*

Pater.

Non tenetur ad expenſas cavalcatæ factas per Judicem pro perficiendo proceſſu contra filium. *Deciſ. ad Tit. Conſtit. de Sportulis. n. 66. p. 142.*

Tenetur autem ſolvere ſportulas pro filio excarcerando. *Deciſ. ibid. n. 67. p. ead.*

Tenetur pro filio & tota familia contraveniente in materia Vectigalis Salis. *Conſtit. de Publicanis. §. In præmiſſis. p. 303.*

Pauper : Paupertas.

Cauſæ Pauperum & Miſerabilium inſtantiam non habent. *Annot. ad Conſtit. de Judiciis. n. 5. p. 125.* neque in gradu appellationis. *Deciſ. ad Conſtit. de Appellat. n. 64. p. 149.*

In ipſorum cauſis Acta, Proceſſus, & Sententiæ confici, & edi debent gratis. *Conſtit. de Notariis. §. Notaris in cauſis. p. 187. Annot. ibid. n. 90. p. 192.*

Si in eorum cauſis condemnetur Adverſarius in ſalario, hoc poteſt exigi. *Conſtit. §. eod. Annot. ibid. n. 91. p. ead.*

Atteſtationes paupertatis, & miſerabilitatis a quibus, & quomodo fieri debeant. *Conſtit. Tit. eod. §. Hi vero. p. 187.*

Atteſtationes præd. pro exiſtentibus extra carceres quomodo fieri debeant. *Annot. ibid. n. 93. p. 192.*

Digitized by Google

Atteſtationes ut ſupra legitime factæ proſunt etiam Reis exiſtentibus extra carceres, & in quocunque caſu ſolutionis. *Annot. ibid. n. 92. 94. p. ead.*

Hæ atteſtationes quando recipi poſſint a Theſaurariis Sportularum & ubi regiſtrari debeant. *Annot. ibid. n. 97. 99. p.* 193.

Pro quibus perſonis admitti non debeant, & non excludunt probationem in contrarium. *Annot. ibid. n. 98. 100. p. ead.*

PECUNIÆ.

Pro paranda Annona tempore penuriæ mutuari debent a ditioribus. *Annot. ad Conſtit. de Præfect. Annonæ. n. 20. 21. p. 73.*

Pecuniæ poſitæ ſuper Banco S. Ambroſii non veniunt ſub nomine reddituum, nec cenſuum. *Decif. ad Conſtit. de Pœnis. n. 216. p. 279.*

PŒNA.

Pœna extraordinaria pro delicto excepto non facit caſum gratiabilem. *Decif. ad Conſtit. de Senatoribus. n. 244. p. 27.*

Pœnæ pecuniariæ quando applicari debeant Fiſco Reg., vel feudali. *Conſtit. de Feudis.* §. *Si contingat. p.* 205. *Decif. & Annot. ibid. n.* 127. *& ſeqq. p.* 214.

Pœnæ alternativæ electio eſt Fiſci. *Decif. ad Tit. Conſtit. de Pœnis. n.* 19. 20. Et quando electio ſit Judicis. *n.* 21. *p.* 264.

Pœna minor delicto impoſita ob levitatem indiciorum augetur ſuperventis indiciis majoribus. *Annot. ibid. n.* 11. *p.* 263.

Pœna extraordinaria non irrogat infamiam juris. *Decif. ibid. n.* 12. 13. *p. ead.*

Pœna minuitur ob momentaneam contraventionem. *Decif. ibid. n.* 15. *p.* 264.

Pœna exilii ad arbitrium Senatus quando tollatur, vel non, remiſſione. *Decif. ibid. n.* 16. 17. *p. ead.*

Pœna inſulti facti ad domum cum armis non tollitur remiſſione. *Decif. ibid. n.* 18. *p. ead.*

Pœna transferentis bona ſtabilia in non ſubditum quænam ſit. *Conſtit. Tit. eod.* §. *Collegiis. p.* 258. *Annot. ibid. n.* 235. *p.* 280.

Pœnæ pecuniariæ ob blaſphemias irrogatæ comprehenduntur in generali criminum abolitione. *Annot. ibid. n.* 325. *p.* 287.

Pœnæ pecuniariæ pro blaſphemiis applicari debent pro medietate Officio Sanitatis. *Conſtit. Tit. eod.* §. *Harum autem. p.* 262. & ad idem tranſmitti debent condemnationes pro eodem crimine. *Annot. ibid. n.* 326. *p. ead.*

Pœna corporalis infligi non poteſt, niſi caveatur ex Conſtitutionibus, vel Statutis. *Conſtit. Tit. eod.* §. *Nullus. p.* 263.

Pœna imponi debet ſecundum leges loci patrati delicti. *Decif. ad Conſtit. de Jure & privil. Fiſci. n.* 20. *p.* 298.

Pœna impoſita *ipſo jure & facto* non poteſt exequi niſi ſecuta ſententia declaratoria facti ante mortem Rei, vel conceſſionem Indulti. *Decif. ibid. n.* 18. *p.* 298. *& n.* 24. *& ſeqq. p.* 299. *Annot. ad Ord. Senat.* 2. *Auguſti* 1552. *in Append. p.* 521.

Pœna indignationis Principis quid importet. *Decif. ad Conſtit. de Gymnaſio Ticin. n.* 59. *p.* 343.

Pœna pecuniaria ob contraventionem mortuo Reo exigitur ab ejus *hærede*, vel fidejuſſore. *Ord. Senat.* 19. *Januarii* 1601. *p.* 402., & quando ex circumſtantiis poſſit minui. *Annot. ibid. n.* 1. *& ſeqq. p.* 403.

Pœna torturæ commutari poteſt in pœnam pecuniariam. *Ord. Senat.* 3. *Julii* 1625. *p.* 422.

Non punitur pœna corporali tentans ſibi inferre mortem ob humores melanconicos, & non ex timore ob delictum. *Annot. ad Ord. Senat.* 16. *Novemb.* 1670. *in Append. p.* 541.

PERJURIUM: PERJURUS.

Perjurium commiſſum in contradictione ad Cridas fiſcal. quomodo detegi poſſit. *Conſtit. de Offic. Quæſtor. Extraord. Reddit.* §. *Hæ autem. p.* 48.

Perjurus, aut dolum committens, ejuſque hæredes ad quid teneantur pro bonis eorum cauſâ per Fiſcum relaxatis. *Conſtit. Tit. eod.* §. *Perjuruſque. p. ead.*

Pro perjurio poteſt criminaliter procedi intra menſem. *Conſtit. de Accuſation.* §. *Ex cauſa. p.* 225. *Decif. ibid. n.* 68. *p.* 231.

PERQUISITIO.

Scripturarum, rei derobatæ, vel de contra-

Digitized by Google

trabanno, & ſimilium, quomodo fieri poſſit in loco immuni. *Indult. Pontif. cap.* 27. *p.* 484.

PESTIS.

Remiſſio penſionis domuum ob peſtem habet locum etiam pro domibus a Nobili. *Annot. ad Ord. Senat.* 21. *Maji* 1631. *in Append. p.* 539.

PETITIO.

Quando intelligatur admiſſa. *Conſtit. Tit. de Judiciis.* §. *Libellus. p.* 119.

PISCATOR.

Piſcatores transfretantes, vel non detinentes, aut non denuntiantes conducentes blada ſine licentia quomodo puniantur. *Conſtit. Tit. de Præfect. Annonæ.* §. *Et non ſolum. p.* 68.

PENSIONANS.

Penſionantes ſubſunt minori Magiſtratui. *Conſtit. de Feudis.* §. *Non comprebendit. p.* 204. *Annot. ibid. n.* 113. *p.* 213.

PERCUSSIO.

Facta ſine armis, pugno, vel manu, fuſie, baculo, vel lapide quomodo puniatur. *Conſtit. de Pœnis.* §. *Quicunque vero.* & §. *Ubi autem. p.* 256. *Annot. ibid. n.* 145. & *ſeqq. p.* 274.

PONENS AD CRIDAS.

Debet poſſidere, vel quaſi nomine proprio bona, vel jura proclamanda, nec ſufficit detentatio. *Conſtit. de Bonis ad Cridas ponen.* §. *Multum. p.* 154. *Deciſ. ibid. n.* 2. *p.* 164.

Poteſt ponere ad Cridas bona ſubjecta juri redimendi, & domum ab alio poſſeſſam, & quomodo. *Deciſ. ibid. n.* 3. 4. 5. *p. ead.*

Quomodo jurare, & exprimere debeat bona, & jura proclamanda. *Conſtit.* §. ut ſupra.

Si non habitat in Civitate, debet eligere habitaculum. *Conſtit. Tit. eod.* §. *His ſic actis. p.* 155.

Non poteſt alienare bona poſita ad Cridas ſi contradictum fuerit jure dominii. *Conſtit. Tit. eod.* §. *Comparentes. p.* 157.

Quomodo ea alienare poſſit, ubi non ſit contradictum jure dominii. *Conſtit. Tit. eod.* §. *Si vero. p. ead.*

Quid ſi vendat, & aliquis prætendat acquiſiviſſe jus a die publicationum Edicti. *Conſt. Tit. eod.* §. *Caſu quo. p. ead.*

Si alienare velit tenetur notificare, & quomodo Creditori, vel Creditoribus, qui contradixerint. *Conſtit. Tit. eod.* §. *Quotieſcunque,* & §. *Si plures. p. ead.*

Si Ponens ſit Tutor, vel Curator alicujus Minoris quid peragere debeat. *Conſtit. Tit. eod.* §. *Quinimo. p.* 158.

Ponens quem terminum habeat ad probandum, & producendum. *Conſtit. Tit. eod.* §. *Finitis. p. ead.*

Si permittat labi inſtantiam cauſæ condemnatur in expenſis. *Deciſ. ibid. n.* 46. *p.* 168.

Tenetur contradicere pro creditis ſibi ceſſis. *Deciſ. ibid. n.* 10. *p.* 165.

PORTITOR.

Portitores non poſſunt trajicere Salem, quod non ſit de Gabella Principis. *Conſtit. de Publicanis.* §. *Portitores. p.* 302.

POSSESSIO: POSSIDENS.

Cui prius dari debeat electis Senatoribus Quæſtore, & Advocato fiſcali cum Diplomate ejuſdem diei. *Annot. ad Conſtit. de Senatorib. n.* 82. *p.* 16.

Poſſidens ultra annum citari debet in conceſſione præcepti continuativi favore hæredis. *Conſtit. de Continuanda poſſeſ.* &c. §. *Inſuper. p.* 199.

Poſſeſſionis continuatio in poſſeſſione defuncti competit etiam hæredibus legitimatis. *Deciſ. ibid. n.* 4. *p. ead.*

Continuatio d. poſſeſſionis non retardatur ſub prætextu creditorum vel melioramentorum. *Deciſ. ibid. n.* 24. *p.* 201.

Continuatio, ut ſupra, datur Donatario univerſali in concurſu hæredis Donatoris in ſumma reſervata ad teſtandum. *Deciſ. ibid. n.* 28. *p. ead.*

Alia vide in verbo Hæres.

Poſſeſſio immemorabilis præſefert cauſam lucrativam. *Diſſert. de Annata. n.* 14. *p.* 491.

Digitized by Google

Præbet titulum meliorem, & magis bene viſum. *Annot. ad Ord. Senat. 30. Octobr. 1550. in Append. p. 519.*

Positio.

Poſitionibus a Parte productis quomodo ſit reſpondendum. *Conſtit. de Judiciis. §. Poſitionibus. p. 123.*

Ad reſpondendum poſitionibus in cauſa principali productis nemo admittitur re non integra. *Annot. ibid. n. 62. p. 129.*

Præceptum.

Præcepta generalia contra Debitores an & quando concedi poſſint per Judices. *Conſtit. de Offic. & juriſdic. &c. §. Omnes Juſdicentes. p. 104.*

Præceptum continuativum favore hæredis concedi debet citato poſſidente ultra annum. *Conſtit. de Continuanda poſſeſ. &c. §. Inſuper. p. 199.*

Præceptum ut ſupra concedi non debet, niſi citato hærede jam continuato. *Annot. ibid. n. 1. p. ead.*

Præceptis pœnalibus contra imputatos de maleficio procedi non poteſt per Judices inconſulto Senatu. *Conſtit. de Accuſation. §. Omnibus. p. 225.* Et quando concedatur hæc facultas. *Annot. ibid. n. 94. p. 234.*

Præceptis pœnalibus procedere poteſt Magiſtratus. *Annot. ibid. n. 95. p. ead.*

Præceptum in via criminali tranſmiſſum revocari debet remiſsâ cauſâ ad judicium civile. *Deciſ. ad Conſtit. Tit. In quibus caſibus &c. n. 5. p. 243.*

Præcepta Judicum non extinguuntur per eorum mortem, vel mutationem. *Annot. ad Conſtit. de Mulctis. n. 5. p. 288.*

Præcepta Superioris Laici quoad Monaſteria, & Eccleſiaſticos loco intimationis publicantur per Edictum. *Ord. Senat. 19. Julii 1623. p. 420.*

Præceptum tranſmiſſum non expreſſâ causâ nullum eſt. *Annot. ad Ord. Senat. 4. Januar. 1594. in Append. p. 531.*

Preces *vide* Supplicatio.

Præfecti Sanitatis.

Magiſtratus Sanitatis a quo primum fuerit erectus, & a quibus confirmatus. *Annot. ad Tit. de Offic. Præfector. Sanitat. n. 1. p. 77.*

Officiales hujus Magiſtratus quæ ſervare debeant, quidve exigere poſſint pro expeditione mercium. *Ibidem.* remiſſive. *n. 2. 3. p. ead.*

Quid ſervandum ſit a Commiſſariis forenſibus deputatis ab hoc Magiſtratu. *Ibidem.* remiſſive. *n. 4. p. ead.*

Iſti Præfecti eligebantur a Senatu quotannis. *Conſtit. d. Tit. §. Singulo. p. 76.* nunc vero eliguntur ſingulo biennio. *Annot. ad d. Conſtit. n. 8. p. 78.*

Præſes hujus Magiſtratus eligi debet indiſtincte ex omnibus Senatoribus. *Annot. d. n. p. ead.*

Iſte Magiſtratus eligit Auditorem ex Collegio Doctorum Mediolani. *Conſtit. Tit. eod. §. Singulo. p. 76.*

Quænam ſit ejus auctoritas. *Conſtit. Tit. eod. §. Hi abſolutam. p. ead. Annot. ibidem. n. 12. p. 78.*

Appellatio ab illius ordinationibus devolvitur ad Senatum, & admittitur ſolum quoad devolutivum. *Deciſ. ibidem. n. 9. 10. 11. p. 78.*

Quomodo expurgari debeat quelibet ſpecies mercium. *Annot. ibidem.* remiſſive. *n. 13. p. ead.*

Atteſtationes pro introducendis mercibus quid continere debeant. *Annot. ibidem.* remiſſive. *n. 14. p. ead.*

Huic Magiſtratui parere debent omnes Officiales, & Juſdicentes. *Conſtit. Tit. eod. §. Omnes. p. 76.*

Quando hic Magiſtratus congregari debeat. *Conſtit. Tit. eod. §. Hi ſalubri. p. ead.*

Eligit, & amovet Miniſtros, & Officiales. *Conſtit. Tit. eod. §. Miniſtros. p. 77. Annot. ibidem. n. 16. 17. p. 78.*

Officiales hujus Magiſtratus exercere debent perſonaliter. *Annot. ibidem. n. 15. p. ead.*

Ad Officium Sanitatis tranſmitti debent pœnæ pecuniariæ ob blaſphemiam pro medietate. *Conſtit. de Pœnis. §. Harum autem. p. 262. Annot. ibid. n. 326. p. 287.*

Præses Senatus.

In decidendis cauſis habet votum præponderans; duplex autem in nominationibus, quæ fiunt per Senatum. *Annot. ad Conſtit. de Senator. n. 11. p. 10.*

Digitized by Google

Abſente Præſide illius vices ſupplet Senator Decanus, & iiſdem prærogativis fruitur. *Annot. ubi ſupra. n.* 12. *p. ead.*

Habet poteſtatem convocandi Senatum quando ipſi placuerit. *Annot. ubi ſupra. n.* 13. *p. ead.*

Quæ ſervanda ſint ab allegante Præſidem ſuſpectum. Remiſſive. *in Annot. ibidem. n.* 14. *p. ead.*

Præſes juſte recuſatus quænam adhuc peragere poſſit. *Deciſ. ad eund. Tit. n.* 15. *p. ead.*

Non abſtinet a voto in cauſa, in qua habet intereſſe, qui ipſum non ſalutat. *Deciſ. ubi ſupra. n.* 16. *p. ead.*

Præſidis Jo. Baptiſtæ Rainoldi honorifica mentio. *Annot. ubi ſupra. n.* 129. *p.* 20.

PRÆSES MAGISTRATUS.

In functionibus publicis ſedere debet cum proprio Tribunali. *Annot. ad Tit. de Offic. Quæſtor. Ordinar. Reddit. n.* 2. *p.* 40.

Quando evocatur ad Senatum pro deciſione cauſæ in quo loco ſedere debeat. *Annot. ubi ſupra. n.* 3. *p. ead.*

PRÆSCRIPTIO.

Imputationis alicujus delicti currit etiam ignoranti. *Annot. ad Tit. Conſtit. de Accuſation. n.* 8. *p.* 228.

Habet locum in homicidio. *Deciſ. ad Conſtit. de Pœnis. n.* 68. *p.* 268.

Allegari non poteſt contra Fiſcum quoad incorporationem bonorum delinquentium. *Conſtit. de Jure & privil. Fiſci.* §. *Nec opponi. p.* 294.

